animè. Plato enim duas eſſe puniendi cauſas, vnam ad corrigēdū, alteram propter exemplum. Licet Taurus in commentarijs quos in Gorgiam Platonis inſcripſit tres puniendi cauſas dixerit, vna caſtigandi, & emendandi, altera vt dignitas, autoritasq; in quē eſt peccatum, tueatur, ne prætermiſſa animaduerſio conteptū eius pariat, & honorem leuet. Tertia propter exemplum, vt cęteri à ſimilibus peccatis, quæ prohiberi publicitus intereſt metu pęnæ deterreantur. Et hæc maxima eſt. Hodie enim hæc minimè effectum hēt. Sicque in hoc iuſtitia fruſtratur, effectu. Are. Vera vtique dicis, & cùm ſemper reputauerim animaduerſionē & crudelem & odibilem. modo reputo ſanctam & bonā. Cumq; principaliter intendat ad cōponendos aliorum mores, cuperē vobiſcum ratiocinari de ea, & quomodo ad illā peruenīri poſſit, vt ritè recteq; procedat. Gand. Mirum admodum de his diſſerere pluries deſideraui. ſi placet, poterimus introire domum, & operam dare noſtro dialogo, Foller. Libet certè, introeamus, & vertamus, nomina noſtra Tu. Gādine vocaberis Iudex, Tu Aretine inquiſitus, At ego Fiſcus. Vnuſquiſq; noſtrum quæſtiones præponet; Gandinus autem quid iuris ſit diffiniat. Gandin. ſic fiet. Aret. Primam igitur partem aſſumere, tu iudex aſſume, ſic placet Iud. Cùm enim principaliter animaduerſio eò tendat, ut cæteri vidētes terreantur, & ſaltim metu à peccatis abſtineāt. eaque à magiſtratu depēdeat, cuius functionem valde eſſe illuſtrem, cùm præſit hominibus, Plato affirmat. quam licet multi alij nomē hoc vſurpare ſibi velint, quaſi populi ſint paſtores, atq; nutricij, cuiuſmodi ſunt mercatores agrycolæ, gymnaſtæ, & medici, eo ꝙ victum ſubminiſtrēt, & valetudini conſulant, tn̄ ei ſoli proprium eſſe nomē illud, qui populum legibus, moribusque regit: Is, enim arte quadā imperat, nec refert, an volentibus imperet, an inuitis, an ex ſcripto: nec ne pauper ſit, an diues: Multi. n. ſunt (inquit Ariſt.) qui in priuatis virtute vti pnt, in cæteris, q̄ ad alium ſpectant, non poſſunt, vn̄ recte illud Biātis dictum videtur: Principatus virū oſtēdet, quippe cùm ad alterum iam, & in ſocietate Princeps verſetur ob id quoque ipſum iuſtitia ſola ex omnibus virtutib. eſſe alienum bonum videtur, quia ad alterū ſpectat, agit enim ea, q̄ alteri condu cunt, aut Principi, aut Reip. qui enim iuſtitiam ipſam miniſtrat, agere debet, quę ſua, & Reip. intereſt, in dialogo enim. 6. de legi. in princ. ſic inquit, nulli dubium eſt, qn cū magna res legū latio ſit ſiquis ciuitati p leges bene patatæ nō idoneos magiſtratus cōſtituat, quamuis leges benè poſitæ ſint, tamen non modo id nihil proderit riſumque mouebit, verum, etiā calamitates maximas ciuitatibus pariet. Sicque expedit perſonam eius prius vitā, & mores, componamus de in qualiter ad animaduerſionē ꝓcedat dicamus, Oportet enim magiſtratum ipſum, cōpoſitos & non diſperſos habere mores, vt aliorū componere meres ualeat &c. Nam ait tex. in c. forus in fin. extra de verb. ſignif. quòd nō poteſt iuſtitia cum ſcelerato habere cōmercium. Et alicubi dicit Cicero, Cupiditatibus principum, & vitijs infici ſolet tota ciuitas: ſic emendari, & corrigi continentia. Et paulò poſt ait: Nec enim tātum malū eſt peccare princeps (quamquam eſt magnū hoc per ſe ipſum malū) quantum illud, ꝙ per multi etiam imitatores principum exiſtunt. Nam licet uidere, ſi uelis refricare memoriam temporum, qualeſcunque ſummi ciuitatis viri fuerint, talem ciuitatem fuiſſe, quęcunq; mutatio morū in principibus extiterit, eandem in populo fuiſſe ſequutā. Et rurſus ait. Quo perniciofius de repu. merentſ vitioſi principes quod non ſolū vitia cōcipiunt ipſi, ſed ea etiam infundunt in ciuitatē. neq; ſolū obſunt quod illi ipſi corrumpuntur, ſed etiam quod corrumpūt. plus exēplo, quā peccato, peccant atque nocent. Ait etiā Sapiēs in lib. eccleſiaſtes c. 10. Rector ſapiens erudit populū ſuū & principatus cordati. eſt cōpoſitus. qualis rector ciuitatis eſt, tales & miniſtri eius. qualis itē princeps urbis, tales & oēs eius incolæ. Rex imperitus pdet populū ſuum, at prudētia procerum vrbs incolis frequentabitur. Et idē in lib. Prouer. c. 29. ait. Cognoſcit ſapiens miſerorum cauſas;

impius verò nihil prudentiæ, aut cognitionis hēt. illuſores illaqueant vrbē: at ſapiētes auertūt iram. princeps qui animū aduertit ad res uanas, atq; mendaces, huius miniſtri omnes impij ſunt. Et ibidē. Quum præſunt impij, creſcit trāſgreſſio. at iuſti cāſum eorum intuebuntur. Debet enim qui aſpirat ad regimen ciuitatis, ante oculos ſemper habere id, ꝙ ſcribitur ꝑ Sapien. lib. Eccle. c. 32. dnm inquit: Si rector cōſtituturus es, ne efferaris, ſed cęteris te præbeas æquabilem. habe curam eorū, & ſic demū reſide: fac omni tuo fungaris officio, & quieſce cū laude, vt lætetis nomine eorum, de eoriſque gratia coronam accipias. Inquit enim Augu. in lib. de rectit. catholi. conuerſa. c. 16 in hæc verba. (viri ſublimis culpa, graue peccatum eſt. Quanto. n. perſona eius ſupplicior eſt, tantò magis leue delictum eſt eius. Quod ergo à ſummo viro, vtpote à doctore populi fit, acerbiſſimum eſt peccatum) & in lib. de 12. abuſio. gradi. in gradu 9. Nonus abuſionis gradus eſt, rex iniquus. Etenim regem non iniquum, ſed correctorē iniquorum eſſe oportet. Inde in ſemetipſo nominis ſui dignitatem cuſtodire oportet. Nomen. n. regis intellectualiter hoc retinet, ut ſubiectis omnibus rectoris officium procuret. Sed qualiter alios corrigere poterit, qui proprios mores ſi iniqui ſunt, non corrigit? Qm̄ in iuſtitia regis exaltatur ſoliū, & in veritate regis ſolidātur gubernacula populorū. Iuſtitia uerò regis eſt neminē iniuſte per potentiam opprimere, ſine acceptione perſonarum inter virum & proximū ſuū iudicare, aduenis & pupillis & viduis defenſorē eſſe, furta cohibere, adulteria punire, iniquos nō exaltare, impudicos, & hiſtriones nō nutrire, impios de terra ꝑdere, parricidas & peierātes uiuere non ſinere, eccleſias defendere, pauperes eleemoſinis alere, iuſtos ſuper regni negotia cōſtituere, ſenes & ſapiētes & ſobrios cōſiliarios habere. Magorū & hariolorū pythoniſſarumq; ſuperſtitionibus nō intendere, iracundiā ſuā differre, patriam fortiter & iuſtè contra aduerſarios defendere, per oīa Deo cōfidere, proſperitatibus nō eleuare animū, cūcta aduerſa patienter tolerare, fidē catholicā in Deū habere, filios ſuos, non ſinere impiè agere certis horis orationibus inſiſtere, ante horas congruas nō guſtare cibum. & cætera. Quare optimè dicebat Plato, nō decere quemquam petere principatum, & magiſtratus ambire. Nō enim malos admittendos putat, ad magiſtratū. Sed probos homines, qui neque auaritia, neque ambitione moueātur eo dumtaxat diſcrimine, metuq; prouocari ad rempublicam oportere, nè videlicet ipſi deteriorum iniuſtæ gubernationi, ſubijciantur. Cùm enim in primis curandum ſit, nè ciuium mores deprauētur: curandum eſt, vt hi ad quorum curam hæc ſpectare videntur, taliter ſe gerāt, ut exēplum præbeant eorū vitæ, ſubditis. Libet propterea iuxta diuini Platonis ꝓceptū, ſeniores imperare oportere; iuniores ſubeſſe, ex eiſq; officiales eſſe eligēdos, quippe cū illi magnam habeant peritiam recte & rite gubernādi, & regendi ciuitates
1 & loca. Requiritur ſecundò ut magiſtratus habeat authoritatem, alias nō diceretur magiſtratus, & ꝙ hanc auctoritatem, in maieſtate officij, & laudabili uita conſeruet. Decet enim officialē in Trono iuſtitiæ aſſidētem, cūctis, uultu, uita, & maieſtate, ſe eſſe talem qualem ſe gerit, oſtē
2 dere. Tertium requiſitum, quod requiritur in iudice, eſt ſcietia, licet iſtud tertiū nō in omnibus requiratur, cum adminiſtratores prouinciæ, & alij officiales poſſint creari illiterati, dum tamen habeant penes ſe aſſeſſores peritos, ut dicit tex. in auth. de iud. & ut nulla, uer. noſtros. col. 6. ut docet Marſ. §. occurrunt. nu. 3. uer. 3. ſi uis. in prax. cri. In aſſeſſoribus aūt, & alijs officialibus, q nō habēt aſſeſſores, requiritur concurſus iſtius tertij requiſiti, cum iudex habere debeat duplicē ſalē, uidelicet, ſcientię, & cōſcientiæ in mente ſua, ut dicit Bal. in l. 2. C. de ſent. ex peric. rei. quòd ſine ſcientia eſſet inſipidus, & ſine conſcientia eſſet diabolicus. Iudex enim debet habere notitiam boni & æqui, ut dicit tex. in l. 1. in prin. ff. de iu. & iur. & ita propter adminiſtrationem iuſtitiæ, q̄ eſt notitia ſeparationis iuſti, ab iniquo, & iniuſto uocant ſacerdotes. Ad declarādum enim, quid uelit lex, nō ſufficit, quòd ſit

3 iudex,ſed etiã quòd ſit peritus. Quartum requiſitum eſt experientia, vt dicit tex.in d.auth.de iudi.& ut nulla, poſt prin.ver. nõ.n.exiſtimauimus.vbi Imperator deteſtatur etiã eorũ iudicum nomine,qui carent peritia legũ,& illorum, qui cauſarũ non habent experientiam,& ſic non ſolũ requiritur vita,ſed uita cum ſciẽtia,& nõ ſufficit uita cum ſciẽtia, ſed etiã requiri-
4 tur cauſarum experientia in iudice.Præcauere enim debet iudex,ut nõ ſit partialis, ſed communis.Nam,vt dicit Bar.in trac. de Gebel.& Guelf. non decet honeſtũ virum aliquod dictorũ nominũ partialitatis aſſumere,maximè uerò in eo,q ius addere debet, eſt abominabile: cũ ſicut lex eſt cõis,ita etiam debet eſſe iudex. vnde dolendum de eo, qui per partialitatẽ, & pecuniã, atque fauores, & inſuper abſq; eo, ꝙ in ſufficientia ſit approbatus, ut decet, ad tribunal, ubi ius reddi debet ſe intrulit. Intentio enim iudicis debet eſſe in utilitatẽ communẽ: hoc eſt: quòd in iudice nõ debet eſſe particularis cõſideratio vnius perſonę,ſed nulla habita conſideratione ad perſonam debet legẽ effectui reddere.aliàs nõ diceretur legis exequutor,ſed potius legis trãſgreſſor:vnde iudex euitare debet omnem occaſionem, ne eius intentio in alterã partem decline-
5 tur. Nec debet fauere vni parti magis quam alteri. aliàs recuſari poſſet, ſecundum Innoc.in c.accidens,vt lit.non cõt. & Bal.in Marga.verſ.iudex. Taliter enim ſe debet habere,ut apud eum nõ ſit accep. perſonarum. ſecũdum Spec.in tit. de deleg. uerſi.8. Item ꝙ eſt odio, & proinde debet carere paſſionibus animi, ꝙ non debet moueri prece, pretio, & odio uel amore. Clem.1.gl. & ibi Cardin.de hære.
6 11.quęſt.3.quatuor. Debet enim iudex proſpicere antequã ius partibus reddat, nequid durius, aut remiſſius conſtituat, quàm cauſa expoſcit. nec enim aut ſeueritatis,aut clementię gloria affectanda eſt, ſed perpẽſo iudicio,prout quæque res expoſtulat,ſtatuẽdum eſt. Plane in leuioribus cauſis proniores ad lenitatẽ iudices eſſe debent: in grauioribus ſeueritatẽ legum cum aliquo tẽperamento benignitatis ſubſequi.l.reſpiciendum.& l.hodie.ff. de pœ. & debet habere reſpectum ad id, quod fieri ſolet.ſecundum gloſ.d.l.reſpiciendum. & l.ſi finita,in prin.ff.de dãno infect. punireque debet coniunctũ, ſicut extraneum, & magnum, ſicut paruũ: cauereq; debet ab acceptione perſonarum. l.fi.& ibi gl. ff. de re.di.neq; fauorem impietati pro iuribus impartire debet, c.qui poteſt obuiare. 23. q.1. aliquando enim ſecundum iura utetur mera iuſtitia,quãdoque rigore iuris,quãdoq; æquitate,ſecundum perſonas, cauſas loca & tẽpora: vt c.ſicut dignũ,extra,de homi.quinimo etiam æquitatem præ oculis habere debet; l.quod ſi Ephesi.ff.de eo quod certo.
7 Dicit enim glo. l.ad ſplendidioris. C.de diuer.offi.& appa.iudi.lib.12. Diſcite ergo iudices finiũ terræ, præbere aures,qui cõtinetis multitudines, & placetis uobis in turbis nationũ quoniã data eſt à Domino poteſtas uobis. & uirtus ab altiſſimo qui interrogabit opera ueſtra,& cogitationes ſcrutabitur.Qm̃ cùm eſſetis miniſtri regni illius,nõ recte iudicaſtis,nec cuſtodiſtis legem iuſtitiæ,neque ſecũdũ uoluntatem Dei ambulaſtis,horrendè,& citò apparebit uobis. Quoniam iudiciũ duriſſimũ in his qui præſunt,fiet.Cuſtoditio legũ conſummatio incorruptionis eſt, incorruptio facit eſſe proximũ Deo,
8 vt ſapien.c.6. Debet etiam iudex habere fidelitatem, ut dicit tex. in proœ.inſti §. cũque hoc. ibi, circa noſtras iuſſiones fidem & hæc eſt fidelitas, quam iudex dẽt habere circa iuſſiones principis, quæ ſibi committũtur,hoc eſt,ut leges, quas facit princeps, obſeruet eas ad unguem. Si enim iudex diſcrepat in aliquo à lege infidelis eſt; ſiue hoc faciat malitia, ſiue ignorãtia, & pdit effectũ iudicis, & hoc eſt,quod dicit tex.in c.iudicet.3.quæſt.7. Bonus iudex nihil ex arbitrio ſuo facit, & ex propoſito domeſticæ volũtatis, ſed
9 iuſta,leges, & iura pronunciat. Item Iudex debet eſſe mitis, & placidus omnib. & habens paternã affectionẽ, ut in auth.
10 de manda. princi. §. præcipue. Licet in examinãdo reos criminis debeat ſe oſtẽdere terribilem, vt in d. auth. de manda. prin. §.talem uerò, not.in l.obſeruandũ.
11 ff. de offic. præſid. Non tamen debet eſſe

nimis crudelis, aliàs remoueri poſſet, ſicut ſi eſſet nimis negligēs. l. 1. & ibi Bar.
12 C. de of. præf. vrb. Imò debet ſubditos ex dilectione, & nō ex odio corrigere. 23. q. 4. c. ita & quanto maius eſt peccatum, tāto ſeuerius eſt vindicandum, vt q. 1. c. ex
13 multis. Et in cognoſcendo neq; excandeſcere aduerſus eos, quos malos putat, neq; precib. calamitoſorū illachrymari oportet, id certè nō conſtātis, nec recti iudicis eſt, cuius animi morum vultus detegit: ſummatim ita ius reddere dēt, vt authoritatem dignitatis ſuo ingenio augeat. l. obſeruandum. ff. de of. præſ. & l. quiſquis.
14 C. de poſtu. Benigne aſcultet ſubditos venientes ad eum, & iuſtitiā petentes, prouideatq; indemnitati eorū, eoſq; nō repellat; aliàs, teneretur de iuſtitia denegata, & puniretur criminaliter, ac parti teneretur ad intereſſe. l. 1. de va. & extraor. cog. & quot modis dicatur iuſtitiam denegare, vide Pa. de Pu. in lib. ſyndi. in ti. de quin. ſyndi. offi. verſi. qualiter autem probabi-
15 tur. Sed nec admittat de facili omnes accuſationes, & quærimonias, nec eis ſtatim credat, ſed moneat, & examinet deferentes, cuius exiſtimationis ſint cuiuſve qualitatis, & famæ, & qua intentione accuſent, quaſue probationes afferant, & non ſtatim iraſcatur contra delatos, eos proſequendo odio, vt ſolent facere quidā proterui iudices, qui ſtatim habita accuſatione iraſcuntur contra miſeros accuſatos, & eos odio ingenti proſequuntur, vt de his omnibus habetur per Spe. in tit. de iudi. præpara. verſ. circa iudicem. Solent enim frequēter per calumniam fieri querelæ, vt aliquid extorquatur à delatis, vt dicit Pa. à Put. in lib. ſynd. in fi. ſui tractatus. ver. quidam vir multos caſus in facti contingentia referens. Conſideret ēt, ſi delictum de quo fit accuſatio, poterat impune fieri, vel ſecundum formam ſtatuti, vel aliter. vt ſic non admittat, nec recipiat dictam accuſationem ſecundum Bar. in l. ſi ſeruus. C. de his, qui ad eccl. cōfu. videatq;, ſi accuſare volens tacitè, vel expreſsè renuntiat accuſationi, φ repellēdus eſt. l. accuſationem & l. ſi ea quæ. C.
16 qui accu. non poſſ. Similiter redigi in actis faciat nomen, & cognomen querelā producētis, aliàs querela non teneret ſecundum Bal. in l. pen. C. de accuſ. & Alex.
17 l. libellorum. ff. eo. tit. Caueat vt ab igne, vt violentas manus in ſuæ iuriſdictioni ſubiectos non imponat, verberando, vel eos alijs iniurijs afficiendo, quia teneretur actione iniuriarum. l. 1. §. iniuriā autē ver. quotiens manus inferuntur. ff. de iniu. hodie eſt conſti. regni incipit, eos tantum. qua cauetur φ ex iniuria facta ab officialibus eorum ſubditis oritur duplex iniuria, facta regi & facta ſubditis, & etiā quod pars non querelaſſet in ſindicatu poteſt fiſcus inſtare φ condemnetur, & eſt pœna publicationis tertiæ partis bonorum, remotionis ab officio, infamiæ & φ nullo tempore ad officium admittantur. vt ibi no. Affl. & adde φ de iure communi eſt pœna infamiæ & vltimi ſupplicij. l. 1. C. de of. præ. præt. aph. & dicam in d.
18 conſti. vna cum Affli. Nec inferat eis metum, vt ipſos reducat ad compoſitionem, ſed in cauſis procedat ſeruato iuris ordine, cum aliàs committeret concuſſionē, & teneretur criminaliter, & puniretur. ſecundum Par. de Put. in lib. ſynd. in titu. de
19 qui ſyndi. offi. Audiat & recipiat allegationes partium, & eas non recuſet videre, & audire & cum aduocatis partium diſcutere, aliàs puniretur. per l. argentarius. §. cum autem. ff. de edend. φ dicit Bal. in l. nec quicquam. §. proficiſci. 17. q. de of. proc. procedere potius de allegationibus facti, quàm iuris. vt dicit ēt Par. a Put. in lib. ſyndi. in verbo, legationes. Temere
20 allegantibus ſilentium imponat, cum ad id teneatur, ſecundum Bal. in l. 2. C. de lega. ſtudeatq; partes ad concordiam reducere, cum etiam ad id teneatur. l. æquiſſi-
21 mum. ff. de vſufru. Appellantibus ab eius ſententijs aliquam iniuriam non inferat,
22 aliàs puniretur. l. minime. C. de appel. Et qa iudicare eſt munus publicum. l. quippe. & l. iudicare, de iud. ideo oportet iudices cuncta rimare. cap. cum Ioannes, extra, de fi. inſtr. c. ſuper quæſtionum. de of. dele. §. intentionis. & debet à ſeipſo iudicare, & non habere conſilium cum aduocato partis aduerſæ. ſecundum gl. in l. proxime ff. de his quæ in teſt. delen. poteſt tamen cum aduocato partis aduerſæ diſputare,

ſputare, & ipſũ reducere ad inconueniẽs.
l.Offidius ff.de leg.3. & poteſt emendare
libellum ab aduocato formatum,& quod
pronunciauit defendere.c.dilectus. extra
23 de reſcript. Maleficia puniat, inueſtiget,
& inulta non ſinat pertranſire,nã diſſimu
lantes maleficia, & nõ punientes,acriter
debẽt puniri.l.1.de deſert. ſecũdũ Bar.ibi.
& l.fi.C.de publi.læti.lib.12. & ibi Bar.&
puniẽtur,ſicut ipſi ſcelerati.vt l.fi. C. ne
ſanct.bap.& l. ſi quis in hoc genus. C. de
24 epiſ.& cler. Et boni iudicis eſt vti gratifi-
catione in pœnis & abſoluere, vel condẽ
nare, tamen recta via eſt condemnare, &
vti ſeueritate, & non pietate in enormib.
l.diuus.ff.de re iu.in verbo,ſentire.& Bal.
in l. ea,quæ.C.de condic. inde. & ſi gratia
vel diſſimulatione nõ punit maleficia, ip
ſe debet puniri,ſecũdum Bar.in l. 1. de de
25 ſer.lib.12. in Arbitrarijs non ſit nimis fa-
uorabilis q̃a cui datur laxior habena, ma
gis præoculis habere debent æquitatẽ.l.
quod ſi Epheſi.ff.de eo,quod cer.lo. & in au
th.de iureiu.quod pręſt.ab his.ſecundum
Bal.in l.fi.de pe.iud.& Inn.in c.cum ęter
26 ni,de re iu.in 6. Sit diligens in recipiẽdis
querelis ſeruatis prędictis , & ipſis rece-
ptis procedat ad examen teſtium & ad di
ligenter inueſtigandum,&celeriter de ex
poſitis in querelis quærendo indicia, cõ
iecturas,& præſumptiones,ex quibus ani
mus ſui meritò moueri, & informari po
teſt ad credendum, vel non credendũ ea,
quæ expoſita fuerunt in querelis,aliàs di
ceretur negligens, & faceret litem ſuam.
l.argentarius.§.cum autem.ff.de eden. in
verbo.indice.& l.mancip.& ibi Bal.C.de
ſer. fugi.& non admittẽs querelas iuſtas,
& non examinans teſtes ſuper eis,quomo
do puniatur,vide Ang.de Are.in libro ma
le.in verbo,nec hoc ad querelam.col.24.
27 Similiter in caſibus, in quibus ex offi-
cio poteſt inquiri, & procedi, attẽdat cũ
omni diligẽtia ad inquirendũ aliàs tene
retur de negligentia, ſecundum Bal.in l.
Gallus.ĩ prin.ff.de lib.& poſth. & ibi Im.
Tenetur.n.ex neceſſitate officij purgare
prouinciam malis hominibus.l.cõgruit.
ff.de offi.præſid.& facit, quod not. Bal.&
28 Ang.in l.mancip.C.de ſeru.fugit. Occur-
rat cum diligentia rixis,tumultibus,& ar
morum terroribus,& obuiare videat ma-
leficijs : alias poſſet ab officio remoueri,
ſecundum Bal.in l.1.§ quies.ff.de of.præ
fe.vrb.& Bal.in l.1.C.de ſum.trin. & fide
cath.& in l.nullus.C.eo.ti.& Cy. in l.ſer-
uus.de noxa. quod limitat Par. à Put. in
lib.ſynd.in verbo,negligentia. ver.quali
ter autem arguatur officialis videns . niſi
eſſet rixa cum armis , quæ nõ poſſet ſeda
29 ri abſq; periculo ſuę perſonæ.Proſpiciat
inſuper iudex,ne quid per calumniã po-
tatur.vt l.2. C.de fal.& non audiat calum
nioſe petẽtes, ſed ad anteriora procedat,
ſecundum Inn.in c.poſt electionem. ext.
de conceſ. præb. quem Bal.refert in l.pe-
remptorias. C. de ſenten. reſcin. non po.
debet autem obſtantia amouere , & ad rẽ
de qua agitur venire : & non debet pati,
quod per cauillationẽ cauſa protrahatur
30 l.ita nobis pudor.C.de adult. Sed inueſti-
get veritatem, & de hoc conetur totis vi-
rib.l.is apud quem. ff. de eden.& l.fin.de
prob.& l.ſi actor malit.eo.ti.& l.compro
batio.ff.de prob.& l.per hanc.de temp.ap
pe.& ob id, dum ſuſpicatur de falſitate te
ſtium,debet ipſos interrogare,ſi ſtarẽt,vel
ſederent tempore eorum depoſitionum,
& de multis alijs qualitatibus,ſecundum
Baldum, & Salyc. in l. teſtium. C. de teſt.
Imò debet laborare , vt intercipiat teſtes
ſi ei ſuſpecti videbuntur. ſecũdum Bal. in
margarita.in ver.iudex laborare debet,&
dicit ita velle Inn.in c.cauſam.in fi.de te
ſti.interrogando teſtes de circunſtantijs,
& eos inuoluẽdo in multis circunſtãtijs,
in quibus ẽt non cõſiſtat ſubſtantia nego
tij ſecundum Dec.in regula,ea quæ.de re
gu.iu.nu.4.cum ſeq. & plenè habetur per
31 do.Tho.Gra. noto 3.nu.16. Audiat eum
magna attentione iura vtriuſq; partis,&
illa diligenter examinet ipſis præſentib.
vel contumaciter abſentibus quia cũ ma
gno ſtrepitu,& conflictu eſt danda ſentẽ-
tia definitiua.l.1. C. cõminatio. vel epiſt.
ſecundum Bal. in l.ab eo.C.quo. & quan-
do iu. nec aliquid faciat ad clamorẽ quia
legibus magis , quàm clamoribus .debet
adhærere.l.decurionum.C.de pœn.& ibi
32 Bal. Nec extendat ſe,niſi ad ea, quæ ſunt
a ſe petita, & non vltra.l.1. ff. vt in po. le-
ga.& no.in l.vinum.ff.ſi cer.pet.& l. fi.de
fidei.

fidei.liber. niſi veniat in cōſequentia petitorū.l.ſi quis.§ iudex. ff.de damno inf.
33 Debetq; caſus dubios per argumēta,& rationes legum determinare. l. qui filiū, §.ſi.ff.ad Treb.& l.diui.de iure pat.procedendo etiam de ſimilibus ad ſimilia, non
34 derogādo legibus.Boni enim iudicis eſt controuerſias dirimere per ſententiā,vel concordiam. l.1. § & poſt de no.op.nū. arg. l.æquiſſimum. de vſuf. & in l.quidā exiſtimauerūt. ff.ſi cer.pet. faciat omnia per regulas artis,leges,& conſtitutiones. alias punitur, nec eū excuſat prætēſa cōſciētia,quia iniuriam faciūt legibus, qui volūt ſe meliores videri,quàm ipſe leges vt ī auth.de iudi.§ oportet.& in eius mēte debēt eſſe duo ſales.ca. cum æterni.de iu. ſecūdū Bal.in l.2.C.quomodo,& quā
35 do iu.Caueat ne patiatur illicitas extorſiones,ſed ex officio eas repellat. l.vbi pactum.de tranſa. & l.illicitas.ff.de off. præ
36 ſi.Nec quem grauet in plus, quàm lex, quia magis iudicis præſumitur eſſe cōformis mēti legis.l.& puto.ff.fami.her.§.1. & l.nam & ipſum.ff.de iuſt.& iur.ſecun-
37 dum Bal. in l.2. C.ſi pen. appel. Nec debet grauare comitātēſes angarijs, ſeu per angarijs,mādādo, ut cum beſtijs portent ei victualia, vel xenia,ut in auth.vt iudi. ſine quo. ſuffra. §. non permittas. & ibi
38 Ang. Habeat puras,& mundas manus,vt in auth.ut iud.ſine quo ſuffr. § ſi quis autē quia Deus præcipue quærit omniū ſacerdotum puritatē, ut in auth.quo,opor. epiſ.§.ſi quis autē,& in § oportet.de mā da.prin.extra,de vi.& hone.cler.c.ab omni vnde & præſes iubetur cōſiliariū aſſumere virum optimum, purū vndique, & cōtentū his, quæ a fiſco ſibi dantur, vt in auth. de man. prin. § feſtinabis. alias ſatisfactione parti, quā læſit,punitur,ut in auth. de armis. §. ſi quis autem. & l.1.de extraor.crimi. & in l.1. C.in quibus cau. colo.Iudices enim maculāt iudiciū octo modis: timore,cupiditate,odio,& amore.11.q.3.quatuor.& qn pauperū nō miſerentur in iudicio. 23.q.4.cap.eſt in iuſta. & Exodi.24 & nimia ſeueritate,& nimia remiſſione 45.diſtin.diſciplina & ignorātia.inſtitu.de obliga.ex quaſi deli.in princip.& ſi ipſi iudices ſe furtis,& ſceleribus deturpāt,omni dignitate priuantur,inſignibus ornamētis,nobilitatibus,honoribus, quæ omnia ex dignitate iudiciali, ſi bene ſe gerunt, conſurgunt. l.iudices, de dignit.& l.pen.de veter. Nā cum à iuſtitia deuiant,quia dicūtur ius dicētes.c.forus.de verb.ſig.perdunt nomen iudicum. 11.q.3.cap.ipſe. Nam debent eſſe iuſti & quaſi immobiles,vt columnæ 2.q.11.cap. reuera. vt non ſe flectant contra legē,ſed iuris integritatem cuſtodiant, vt in auth. de trien.& ſemiſ.§ ſi quis autem.ideo debent ſic ſuas adminiſtrationes gubernare vt nullus eorum aut cupiditati ſit deditus aut violentias aliquas vel ipſe inferat,vel iudicibus,aut eorū officijs,aut quibuſcūque alijs inferre permittat.de off.præfec. præt.Afri.l.1.§.optimus. & dicitur in d.c. forus, ꝙ iudex debet eſſe vt neruus, qui non frangitur, ſed plicatus, alias non eſt iudex, eſt enim Dei miniſter in terris.15. q.1.nec is.33.q.5.non ſolum.pronuntiabit igitur uelut de vultu Dei iudiciū, qui
39 eſt via,veritas, & vita c.vt noſtrum.de appel.& c.1.vt eccle.benefic. Debet conformare iudicium ſuum cum veritate. & ipſum ſummopere ad lucē producere. l. ſi. ff.de prob. & l.illicitas. §.veritas.ipſiuſq; ueritatis probationes omnes ampliare,& eis fauere, vt ſaluæ ſint.l.curetur.ff.de teſti.& l.ne qd.ff.de incē.rui.nau.qui ſi ſeruata legis litera repugnantis conſciētiæ veritatem ſupplantet, animā occidit, & eius iudiciū ſordeſcit in cōſpectu ſuppremi iudicis. quia ab ipſis legibus dānatur quia verba legis non ſunt calūniāda, ſed qua mente dicta ſunt, cōſideranda.l.exhibere.ff.de exhib. fugiendum (inquit Plato) eſt, eſſe nimirum ſui amorem,qui.n. eo uitio laborant,quid iuſtum,quid pulchrum,quid honeſtum, ut non recte poteſt iudicare. In ijs etiam,quæ in hāc uitā incidūt,in gaudio, mœrore,ſimilibuſque rebus tenēdus eſt modus,& quoſcūque uitæ caſus animo forti præferendos
40 oſtendit. Nec debet propitijs auribus audire iniuſta petentem. l.ſi extraneos.ff.de iur.dot. §.1.ubi gl.auribus audio, ore lo-
41 quor, ſic ore locuta eſt. Sed debet iniuſtitias remouere, ꝓſumptiones abſcindere, laborātibus ſuccurrere,opprobrijs locum

cum non prębere,& ei,qui calumniā,vel
opprobrium patitur, adiutoriū ferre.l.1.
42 C. de nu.& 3.quæſtio.1. c. Deus. Debet
etiā tueri ſubiectos, nec illatas illis iniu-
rias inultas permittere.l.2.in fi.de luc.ad-
uo. quia ſceleſtorū graſſatur iniquitas,ſi
tranſit impune eorum præſumptio nam
rigide ī eos eſt exercēda iudicialis autho
ritas,ne amplius creſcat ſpes eis talia cō-
mittendi.23.q.5.relegantes.pęna quippe
ſapientem facit,quem culpa oſtendit in-
ſipientem 38.diſt. quia ea, & l. congruit.
de offic. præſi. & per indulgentiam datur
iterata occaſio iterata flagitia committē-
43 di.50.diſt. c. de his. Nam iudices officio
incumbit violentias prohibere,& purga
re prouincias malis hominibus, ſecundū
Spec.in titu.de offic.omnium iudi.§.7.&
l.congruit. ff.de offic.præſi.
44 Debet etiā lites dirimere ſecundū Spec.
in tit. de aduo.§ 6.ver. Vel ſic in qualibet.
45 Officio enim iudicis incumbit partes re-
leuare à grauaminibus,& expēſis,& emē
dare cuncta,quæ lites impediunt,& exa-
ctiones officialiū & notariorum reſfiena
re ſecundū Spec. in tit. de ſalar. § 2.verſ.
ſed quid erit. Curare enim debet,ne pro-
ceſſus friuolis exceptionib. pro teletur.
c.cum ceſſante. & ibi doct.de app.& l.nō
46 ignorat C. de fruct. & li. expen. Debet
etiam iudex oſtendere vultum terribilē
delinquētibus.ut in auth. de mand.prin.
§. tale. non autem contra innocentiam,
niſi ad præludia & principia inueniendi
veritatem.vt l.fi. C.ad Syllan.ſecundum
Alex.in l.1.in prin. ff.quod met.cau.Du-
plicem quoque naturam (inquit Plato in
lib. de repu.) in hominibus præſertim in
magiſtratu,oportere ineſſe,ut uidelicet;
ſit ſeuerus & clemēs.quorū illud erga ꝓ-
fractus, alterum uero erga tractabiles ac
47 emēdationis cupidos ualere debeat.Cū
cōtigerit aduocatos cauſarum ad iudicē
uenire pro allegādis iuribus clientulorū
debet ſedere: & non ſtare, vt dicit Specu.
in tit.de ſen.& iuſta. verſi.itē eſt nulla ra-
tione. & diligenter inueſtiget. & intelli-
gat,quæ dicantur & quæ ad inſtructionē
cauſæ faciant interrogandi, reſpondēdi
obijciendiq́; habita facultate eis,donec
acto amborū partium ſit pleniter lumi-
nata. ut 30.quæſt.5. iudicantem. extra de
offi.dele.ſuper quæſtionū.§.intentionis.
l.iudices. C.de iudic.Quia ueritas exagita
ta magis ſplendeſcit in lucem. 35.quæſt.
9. c.graue. nec motum animi ſui uultus
aperiat,ſed diſſimulet nūc pro hac parte,
nunc pro alia allegando, & reſpōdendo,
ut.C.ad l.Cor.de fal.l.1. Nec ulla interlo
quutione diuulget, qd ſentiat, poſtrema
ſentētia,quid ſibi liqueat,ꝓditurus.l.ob-
48 ſeruandum.ff.de offi.præſi.ibi.cuius ani-
mi motū uultus detegit. Nec nimiū de-
bet dictū unius aduocati extollere,ne al-
teri honorem detrahat,dum alteri nimiū
impēdit honorem,ut 89.diſt.nullus.in fi.
& c.ecce. nec quicquā uni honorabilius
exhibeat, unde alter ſcrupuloſo corde
moueretur.16.q.7.c.decimas.Cum enim
nimium unum cōmendat,alium uitupe-
rat.arg.extra de præſumpt. c.nōne. & 25.
95 diſtin. c.qualis. Item patienter audiat
aduocatos, nec etiam ſubito eis ſilen-
tium imponat, ut ad lōgū ponit Spec.in
50 titu de diſpu. & alleg. §.6. Caueat iudex
ut nimiam familiaritatem cū ſubditis nō
contrahat, ſed ſtet ſēper in maieſtate offi
cij ſecreta eorundem nemini ſubditorū
pandat,parce loquatur. Ait enim Salamō
in lib. Prouer. c.20. Ne in eas amicitiam
cū eo, qui ſecretū reuelat, aut qui ut mer
cator circuit,& blandiloquus eſt.Sit tar-
dus ad irā, & in furore ne ſe ponat. Nam
dicit ſapiens in eo. lib Prouer. Ne cōtra-
has amicitiam cum homine iracundo,&
cū homine furioſo ne uerſeris. c. 22. Nō
accedat cęnatum foras cum ſubditis,ſe-
cundum Aul.Gel. lib.2. c.23. Parce con-
uerſetur, & caueat nimiū circuire per pla
teas. Nimia enim familiaritas parit con
tēptū. Sit iuſtus, æquus, æqualibus, me-
dius, & cōis,nō declinās ad dexterā, uel
ſiniſtrā, ſecūdum Spec.in titu.aduo. §.5.
uerſic. commendat autem.& § 6.
51 Cuncta diligenter inſpiciat,& rerum or
dinem inquirat, & alterius neceſſitatem
ſuā exiſtimet, & delinquentes canonice
puniat,ut docet Spec.in tit.de offi.om.iu
dic §.ſi nerſ.ſecūdò uidēdū. Debet enim
fungi offic.boni, & innocentis uiri.l.cæ-
tera, § mala. ubi Bal. ff.fam.herc. ubi di-
xit, ꝙ ſunt iudices, tanquā iuſtitia ani-
mata, & ideo obſcura eorum arbitrio cō-
mittūtur. Quia iudex bonus uir uocatur
legis

legis authoritate ſuffultus, p d. §. cætera.
52 Aduertat etiam iudex, vt antequam incipiat officium & decretum exercere, omnino conetur de omnibus ſeipſum a præceſſore ſuo informare, quia ad hoc tenetur, ſecundum Bal. in l. 1. C. an ſe. ex ſuo ſa. vt ſit ad plenũ inſtructus, & informatus tam de geſtis in officio, & de his quę remanẽt expędiẽda de cõtumacijs, forbannitis, & alijs caſibus, quàm de moribus ciuitatũ, conſuetudinibus, ſtatutis, & de omnibus his, quæ quoquo modo pertinẽt ad decorem officij, bonum laudabile, & perfectũ
53 regimen ipſius. Et in diebus feſtiuis debet viſere carceratos, & exquirere, an aliquid eis deſit, & prouidere, vt eis alimenta non deſint & negligẽtes iudices in hoc puniuntur in 20. lib. auri. l. iudices. C. de
54 epi. audient. Caueat inquantũ poteſt, vt non accedat ad terras, vbi ſunt diuiſiones in populo. Quia non poſſet ſalua conſciẽtia pertranſire, ſed oportet eum ſequi partialitates & incidere in pęnam. c. cum æterni. de re iud. in 6. & in conſti. regni, ſi
55 damna clandeſtina. Nec aſſumat officia, vt quæſtui, & pecuniæ deſeruiat, contra tex. in l. ad ſplendidoris. de diuer. offi. vnde Ambro. 2. de offi. ait. Decet omnes cenſura frugalitatis, cõtinentię, authoritatis, & maxime eum, qui honori pręeſt. ne pręeminentiæ virum theſauri poſſideant ſui & pecuniæ ſeruiat, quæ præeſt liberis. Illud magis decet, vt ſuper theſaurum ſit animo & infra amicum obſequio. Humilitas enim auget gratiam, hæc plena laudis, & digna primario viro. Contrarium veró munera affectare quod malũ facile imponere iudicum animis conſueuit. l. propetandum. §. finañt vtraq;. C. de iud. vnde ob id Par. a Put. in lib. ſynd. in verb. of. exclamat, ꝙ hodie in regnis ſatis cupiditas abundat, quia aurum imperat, aurũ iudicat, argentum remouet, paſſio promouet affectionem, ſilent leges, & canones, ratio & æquitas proſcribitur, mendicat bonæ fidei literatus. Abundat malæ fidei exaltatus. ibi nullus quantum mereatur, ſed omnes quãtum dare poteſt æſtimat. ibi omne tribunal pecunijs expugnatur. ibi nulla ĩtegritas, nulla fides, nullus humilis, munduſue magiſtratus eligitur. nõ iuſtitia Dei quæritur, ſed magis pecuniæ venerantur, & nobiliſſima officia ſordes reputantur, poſtquam iuſt a ſecũdum libitum pretio comparantur. Quid ergo faciãt leges vbi ſola pecunia regnat? aut
56 vbi pauperes vincere nulla poteſt? Inſuper non ſit deditus mulieribus, & ſcortis. Ait enim Salomon in lib. Prouerb. Vinũ, & mulieres apoſtatare faciunt ſapientes. Perſonam pauperis nõ conſideret, & vultum potentis non honoret, vt habetur in
57 lib. Leuit. Debetque eſſe totaliter alienus ab auaritia, & eam euitare. Nã dicit text. in c. cum in iuuentute. de pręſu. quod auaritia in iudice eſt deterrimum vitiũ. Nec
58 ſit facilis ad capturam eorum qui deferũtur, ſed potius conetur ſummatim inueſtigare, an vera ſint, quæ delata fuerunt, & an factum ſe habuit, prout in accuſatione dictum eſt, & an crimen ſit commiſſum, vel ſaltem ſit ſuſpicio fore commiſſum, vt docet Bald. in l quod euitandi, in fi. C. de cond. ob turp. cau. & per Frã. Are. in l. ſi quis poſt ff. de teſt. 2. col. Solent. n. vt plurimũ offenſores recurrere ad iudices, max. cum ſunt potentes, & querelare offenſos, & eos in carceribus detrudi faciunt, & ſic eludunt curiã, & Iudices non abſq; ignominiæ eunt in ore vulgi. Statim. n. populares, & vulgus prorũpunt ad vulgare dictum; O bella iuſtitia haue hauuto le maze, & le Cepolle. Et id quod p negligentiã euenit in nõ informando ſeipſos iudices de prædictis, dicetur factũ corruptione. Et ita intelligitur id, qd dicitur, ꝙ in criminalibus eſt permiſſa captura, & ab ea põt inchoari indicijs non præcedentib. & licet non ſit capta informatio, ſecundum Bal. & Alex. in l. conſentaneum. C. quo. & quã. iu. & Bal. in l. 2. de his, qui latro. & Alex. in l. ſi. ad l. Iul. pecu. & Ang. in auth. de defen. ciuit. § audiant. ver. item dico. col. 3. Procedit. n. facta dicta diligentia præhabita aliquali informatione ſummaria vt docet Fran. Brun.
59 in tract de indi. & tor. in fine ſui tract. Et aduertas etiam, ꝙ iudex tenetur viſitare carceratos, vt ſupra dixi, & ſi repetierit aliquem abſq; cauſa carceratum, ex officio tenetur illum dimittere, vt not. Bar. in l. ſi quis vxori. §. ſi fugitiuum. ff. de furt.

Itẽ iudex debet eſſe fortis, & firmus & æquus, vt libra, nec declinans, nec clau-

dicans

dicas ad dexterā, nec ſiniſtram. ſed æqua
lance debet eſſe medius inter partes, & de
60 bet habere truncū fortitudinis, corticem
veritatis, medullā æquitatis. quam quili-
bet iudex ante oculos habere debet, vt
not. ff. de eo, quod cer. loc. l. ꝙ ſi Epheſi.
Debet etiā habere frōdes humilitatis, fo
lia ſagacitatis, flores honeſtatis, fructus
bonę operationi s. & ſic dici poterit de eo
dē, quod in canticis dicitur, iuſtus vt pal-
ma florebit, vt dicit Iacobus de Beluiſo
in ſua praxi crim. in titu. de q̄onibus. co-
61 lumna 38. Item eſt aduertendum, quòd
licet à iure multa relinquātur arbitrio iu
dicis, non tamen ex hoc cogitet habere
liberam poteſtatem faciendi quæcunque
voluerit. Quia dictū arbitrium debet eſſe
regulatum à iure, & æquitatis cōſonū ſe
cundum Lud. Ro. in conſi. 376. incip. quę
ſtio eſt nunquid, in pen. col. vbi pro hoc
allegat gl. in l. eas cauſas. ff. de condit. &
62 demonſtr. & ſequitur. Marſi. in ſua praxi
cri. in §. diligentes. nu. 24. Et etiam ad-
uertendum per iudices maleficiorum, vt
benignè, & patienter audiant, & aſcultēt
reos inquiſitos in eorum iuribus, & eorū
conſanguineos, amicos & procuratores.
Nam benigna audiētia iudicum videtur
quodam modo præſtare tolerātiam pę-
næ impoſitæ, vel imponendæ ipſi reo,
ècontra impatiētia, & arrogantia iudicis
in audiēdo reū, & agentes pro eo, ſæpius
reducunt ipſum reum, & affines ſuos in
deſperationem, & ad effundēdans infini-
tas quærimonias, ut docet optime Marſ.
63 in §. occurrunt. nu. 2. in praxi. crim. Et ſi
vis lector amantiſſime eſſe rectus iudex,
abſtineas te à muneribus. nam ſępiſſime
munera euertunt iuſtitiam, & ex cæcant
oculos ſapientum, & mutāt verba iuſto-
rum, vt ſcribitur Deut. c. 15. facit tex. in c.
qui rectè. 11. q. 3. refert Ang. & poſt eum
Iaſ. in l. non dubium. in prin. C. de teſt.
64 Et inſuper habeas ante oculos id, quod
ſcribitur in c. cùm æterni. in princ. de re
iud. lib. 6. vbi alloquēs iudicē ait, Caueāt
iudices, & prudenter attendāt, ut in cauſa
rum proceſſibus nil uendicet odium uel
fauor uſurpet: timor exulet, præmium,
aut expectatio ꝑmij iuſtitiam nō euertat,
ſed ſtaterā geſtent in manibus, & æquo
libramine ꝓcedant, vt in omnibus, quæ
in cauſis agenda fuerint, præſertim in cō
cipiendis & ferendis ſententijs, præ ocu-
lis habeāt Deum. & ſimiliter apud iudicē
lachrymis nullus locus ſit. Quia ſolet ſe-
cum ferre inſidias, maximè, ſi a mulierib.
proueniunt: & iō lachrymæ nō ꝓſint ca
dēti. Quia iuſtitia lachrymis nō regitur,
65 nec officia lachrymis gubernātur. Debet
etiam iudex ſemper inclinare in mitiorē
partem, & minorem pęnam amplecti ſe-
quens iuris regulam: quòd ſemper inob-
ſcuris in mitiorem partem debemus incli
nare, ut regula, in obſcuris. ff. de reg. iur.
66 Et quomodo, & qualiter debeat officia-
lis facere ingreſſum in officio, vide for-
mā traditam per D. Pau. de Put. lib. ſyndi.
in tit. de mo. & for. ſyn. in prin:

SVMMARIVM.

Secundæ partis.

1 *Quæſitorū officiū et poteſtas antiquitus quæ.*
2 *Crimē maieſtatis, dāni clādeſtini, & de falſa moneta Regij officiales tātū hodie cognoſcūt.*
3 *Delictum eſſe commiſſum, debes conſtare ante omnia. & nu. 45. & 16.*
5 *Occiſi qui dicantur.*
6. *Praxis capiendis informatio. ē, unde ſumpta.*
7 *Propriè mortuus quis dicatur.*
8 *Delicta quædam nominata alia innominata.*
9 *Homicidium unde dictum.*
10 *Maleficia omnia quatuor modis cōmittuntur.*
11 *Requiſita ad probandum ſacrilegium de iure ciuili, & canonico.*
12 *Requiſita ad probandum falſæ monetæ crim. ē.*
13 *Requiſita ad probandū delicta dicto cōmiſſa.*
14 *Defenſiones quę poſſunt fieri aduerſus probationem curiæ, quòd delictum ſit in genere cōmiſſum, & num. ſeq.*
15 *Occiſi à feris quàmplures fuere.*
16 *Furtum fore commiſſum quomodo conſtet. & nu. 19. & 20.*
17 *Coniecturę ſufficiunt ad probandum delictū in genere commiſſum.*
18 *Defenſiones quæ poſſunt fieri aduerſus probationem, quòd furtum non ſit commiſſum.*
19 *Stuprum commiſſum in genere quō probetur.*
20 *Adulterium in genere commiſſum quomodo poobetur. Et quomodo fiat defenſio.*
21 *Mulieri iurāti ſe virginē, nō facile credēdū.*

Et

Et quando eius iuramento de virginitate con tra aliquem ſtandum. ibidem.
22 Mulieres de facili iuſiurandum contēnunt.
23 Mulier in conuincēdo ſtupro, nuda non inſpi cienda.
24 Suffocationem in genere, & venenationē eſſe factam quomodo probetur.
25 Venenorum genera tria.
26 Venenorum diuerſorum diuerſa genera.
27 Venenorum ſigna fallunt aliquando: eueniūt namq; ex ordinarÿs morbis.
28 Iudex quomodo debeat capere informationem
29 Vulnera cadaueris, & loca vulnerum, quare deſcribenda particulariter. cum ſeq.
30 Vulnera mortalia quæ dicantur.
31 Cadauer occiſi ſepultum antequam à iudice in ſpiciatur, diſſepeliri debet, vt eius vulnera inſpiciantur.
32 Depoſitio offenſi quando indicium ad torturā faciat.
33 Vicini poſſunt detineri, torqueri, & capi ad indagandam veritatem.
34 Propinqui defuncti num examinandi ſuper morte occiſi: & a quo. Et vtrum hoc cum iuramento, vel ſine?
35 Multa fiunt per calumniam.
36 Familiares domus debent ad informationē curiæ examinari.
37 Delictum commiſſum in domo, præſumitur ab illis de domo commiſſum.
38 Teſtes an & quādo poſſint torqueri. et nu. 39. 40. 41. & 42.
39 Frequentans ſtratam, habet indicium cōtra ſe de delicto ibi commiſſo. cum ſeq.
40 Teſtes quando cogantur teſtificari. & nu. 41.
41 Teſtes an cauſa ferendi teſtimonium, poſſit reuocare de loco ad locum.
42 Teſtes de quibus debent interrogari.
43 Mala conuerſatio malę actionis indicium.
44 Mala phyſiognomia, malumquè nomen ſuſpi tionem indicant.
45 Delicta abſque cauſa committi non ſolent.
46 Exhibēdus eſt homo teſtibus, de quo deponūt.
47 Aetas teſtium nunquid debeat deſignari, & apponi in examine.
48 Offenſor quando non nominatur, nec cognoſcitur, per teſtes, per nomen & cognomen, qualiter debeant deponere teſtes.
49 Iudex poteſt examinare teſtes à querulante non productos.
50 Teſtes inimici an debeant recipi.
51 Teſtes an poſſint ſe referre ad primum examen.
52 Teſtes qui cogi poſſunt, quando aliter veritas haberi non poteſt, an cogantur per torturā.
53 Teſtes, an, & quando poſſint eorum dicta corrigere.
54 Teſtes an poſſint ſemper declarare eorum dicta.
55 Teſtis prima vice deponēs per verbum, credo, & ſecunda vice per verbum veritatis aſſertiuum, an dicatur varius.
56 Teſtis an poſſit addere eius dicto.
57 Teſtis deponens per verbum, ſibi videri, & demum per verbum veritatis aſſertiuum, an dicatur varius.
58 Teſtis deponens prima vice dubitando, ſecunda affirmando, an probet.
59 Et quid ſi dicat ſe neſcire, poſtea vero ſcire.
60 Teſtes domeſtici, & familiares vtrum debeāt admitti, ſi producuntur per accuſatorem.
61 Teſtes varÿ, & vacillantes qui dicantur.
62 Teſtes quomodo cogantur teſtificari.
63 Saluuſconductus an poſſit teſtibus concedi, vt tutè veniant depoſituri. & nu 68.
64 Teſtes an debeāt habere ſumptus à parte producente.
65 Teſtis dictum indiminutè ſcribi debet.
66 Fama debet precedere inquiſitionem.
67 Actio ciuilis vbi non oritur parti, non procedit inquiſitio.
68 Auxilium præſtans non debet moleſtari, niſi confiteatur de delinquente.
69 Mandans non debet moleſtari, niſi confiteatur de mandatario.
70 Auxilians quando puniatur. & 60 61. 62.
71 Homicidium eo ipſa probatur factum per Seium, ſi rixabatur cum Titio, qui poſtea reperitur mortuus.
72 Teſtes deponentes, quòd Titius occidit Seiū, gladio, uel claua, an probent.
73 Teſtes poſſunt examinari impuberes quando aliter non poteſt veritas haberi.
74 Indicium ſumitur ex vita præcedenti.
75 Fama mala inducit indicium.
76 Adulterium quomodo probetur.
77 Vulneratus debilis præſumitur ex vulnere mortuus.
78 Teſtes citati, & condemnati ad pœnam in mādato contentam, ſi adhuc non ueniant, quid ſit faciendum num. 71. & qualiter condemnentur. 72.

Pars

Pars Secunda.

CAPIAT INFORMATIONEM. Rubr.

FISC. In ſuperiori parte, quàm opti-
mè nobis notũ feciſti, de magiſtra-
tus officio, moribus, & vita. adeò vt parũ,
aut nihil aliud, in ea materia reſtet dicen
dum. Et ſi daret Deus, vt hæc in perſonis
officialiũ hiſce tẽporib. cernerẽtur, vti-
que non tam ingentia mala fierent. Su-
pereſt vt hodierna die, de principali intẽ
tu, videamus, qualiter ſcilicet procedi de
beat ad cõponẽdos aliorũ mores exẽplis
pęnarum. Si placet, igitur, ne diuertamus
ad alia, donec abſolutiſſimus inter nos
ſermo, de his fiet. Iud. Nõ ſũ immemor,
eius quod nobiſcum, heri conuentũ fuit,
& ideo votis veſtris pro poſſe ſatisfacere
nõ dedignabor. Potiſſimã igitur partem
puniendorum maleficiorum, & bene re-
gendi ciuitatem, aliorumq́; mores corri-
gendi, aut moderandi, in eo verſari non
uobis latet, ut detur opera, ut delicta inue
ſtigent̃, moresq́, deprauati, & peccata ci-
1 uiũ perſcrutentur. Nimirum ergo, ſi pri-
ſcis temporibus apud Romanos quæſito-
res deputati fuerint, qui ea poteſtate fun-
gebant̃, ut crimina q̃rerent, & capitalib.
criminibus præeſſent. Imò uetuſtiſſimo
tpe, vſq; ad annũ ſexcẽteſimumquartũ
publicæ qõnes extraordinariè cõmitte-
bãtur. Anno aũt ipſo ſexcẽteſimoquarto
Cẽſorino, & Manilio coſ. ꝑpetuæ qõnes
ſunt inſtitutæ. Eã aũt vim qõnes ꝑpetuæ
habuerũt, ut cùm eo tpe ſeni quotãnis ꝓ-
tores crearent̃, duo qui ius de priuatorũ
cõtrouerſijs dicerẽt, quatuor qui in pro-
uincias iuriſdicũdi cã cũ imperio mitte
rent̃, poſthac rõ cõuerterent̃, atq; quatuor
illi, qui ſortiri prouincias ſolerẽt, Romæ
ſuas quiſq; qõnes ſortirent̃, vt maieſtatis
peculatus, inter ſicarios, ambitus, repeten
darũ. Adeo vt ſi quo de horũ criminum
eſſet quærendum, non nouo quæſitore, q
extra ordinẽ q̃reret, opus eſſet, ſed ille qui
ei quæſtioni præeſſet, adiretur, isq́; vt an
te, cum conſilio, de eo crimine cogno-
ſceret. Hodie uerò penes quemlibet iudi-
2 cẽ, & magiſtratum qui merum habet im
perium, poteſtas quærẽdi de criminibus
cernitur. Maieſtatis tamẽ crimen, damni
clandeſtini; falſæ monetæ, & quorũdam
aliorum nõ penes unumquemque ineſt;
ſed penes regios officiales. Sicq́ue in pri-
mis cauendum eſt, ne quis quærat de ijs
delictis & criminibus quorum notio ſoli
Regi ſeruata reſtat. In cæteris verò quo-
rum, ex priuilegio, vel aliter cognitionẽ
3 habuerit quis, hoc ordine procedat. Ante
omnia debet præcedere, vt diligenter iu-
dex capiat informationem de delicto. &
primò debet conari, vt cõſtet delictum,
de quo quæritur, fore cõmiſſum in gene-
re, iuxta practicã traditã per tex. in l. j. §.
iam illud aũt. ff ad Syll. & ut ibi habetur.
& cõmuniter habetur per criminaliſtas,
& ꝑ Marſ. in ſua prax. cri. in §. 1. & ad hoc
vide omnino Marc. Ant. Blã. in repe. l. fi.
ff. de quęſt. nu. 16. 17. 18. & ſeq. qui opti-
me declarat. Ibi enim diſtinguit, ꝙ aut
delictum, de quo quæritur, ſubijci poteſt
oculis, vt corpus mortuum, vel quid ſimi
le: & tunc iudex nõ procedit etiam ex in-
quiſitione generali, niſi viderit cadauer;
aut res nõ põt oculis ſubijci, prout eſt de
homine proiecto in mari, uel in igne cõ-
ſumpto, uel re furto ſubtracta, tunc ſi fa-
ma eſt de certa perſona, & in indiuiduo,
iudex procedat; aut incerta eſt perſona, &
incerta res, tunc iudex nõ poterit proce-
4 dere per inquiſitionẽ. Ideo ſi quęratur de
homicidio cõmiſſo, faciat, redigi ĩ actis,
ꝙ accerſitis magnificis dominis poteſta-
te, & iudice ad locũ delicti, & iuxta ſuos
fines, ſub tali die unà cum actuario, ibiq́;
inuẽto cadauere talis recogniti, & viſo ꝑ
infraſcriptos, qui ibidem fuerunt exami-
nati, ꝙ fuerint reperta talia, & talia vul-
nera in dicto cadauere, & deſcribant̃ par-
ticulariter ipſa vulnera, & ſuper recogni-
tione ipſius cadaueris, & vulneribus ipſis
examinentur teſtes. & ſic dicetur conſtare
de delicto in genere commiſſo, ut docẽt
omnes. Inqui Pro Deo, dic mihi dñe iu-
dex, ſufficit ne probari & verificari inuẽ-
tionem cadaueris, abſque eo ꝙ probetur
taliter quòd reſultet eſſe delictum? & vř
5 dicendum, quòd non. Nam illi dicuntur
occiſi, qui per vim & cædem ſunt in-
terfecti,

terfecti, vt puto per iugulationē, ſtrāgulationem, præcipitationem, vel ſaxi, aut fuſtis, aut lapidis percuſſionē, aut alterius teli necationē. d l. 1. §. occiſorum co. tit. ad Sylla. poterit enim eſſe ꝙ quis metu criminis aut tædio vitæ vel impacientia doloris ſe ipſum occiderit, & tñ ad alterius punitionem inquiſitio nō procedit. Item multis aliis modis contingere poterit mors violēta, & tamē abſque delicto,
6 vlterius ille idem tex. in §. item illud. Vñ ſumpta eſt praxis capiendi informationem, de delicto in genere cōmiſſo, probat, nō ſolum occiſionem eſſe probādā, ſed etiam quòd ſcelere illa facta ſit, quod idem eſt, dicere cum delicto. Nam licet mortis appellatio ēt interfectionē cōti-
7 neat. l. qui duos. §. 1. ff. de reb. dub. Tamen mortuus morte violenta nō dicitur propriè mortuus, ſed occiſus. ſecundum Bar. per illum tex. in l. 1. §. ſi occiſorū. ff. ad Syl. & Guliel. de Be. in c. Raynucius. in verbo mortuo teſtatore el 1. num. 23. vnde videtur concludendum, debere probari & verificari, qualiter fuit inuentum cadauer hoīs mortui, & cum multis vulneribus, & ꝙ per impietatē, crudelitatē, & ſæuitiā alterius fuit occiſus & animo delinquendi. Fiſc. Pro certo in hoc puto ad-
8 uertendum eſſe. Nam quædam ſunt, delicta nominata, & qdā innominata; nominata ſunt illa quæ habēt nomina à iure, ut furtum, nam ex animo lucrandi & ex cōtrectatione, colligitur vnum: quod appellatur furtum. Item homicidium ex percuſſione ſequuta exinanitione, appellatur homicidium. Idem de adulterio, nā ex fornicatione habito reſpectu ad matrimonium, colligitur hoc nomen, quod vocatur adulterium. Innominata delicta ſunt percutere, uerberare, domum introire, & ſimilia; vt l. lex Cornel. ff. de iniu. Hęc enim ſunt noīa actus, non delicti, cum poſſim percutere ſine delicto, ingredi domum ſine delicto, ſed furtū, & adulteriū nō poſſum cōmittere ſine delicto, ut declarat Bar. in l. nunquā plura, col. 2. uerſ. Itē oppo. de l. infitiādo. ff. de priua. delic. ūñ dicēdum uī, ꝙ in delictis noīatis, q̄ non poſſunt cōmitti ſine delicto, probatis illis actibus, probata reſultāt delicta in genere cōmiſſa eſſe, cum ex illis actibus reſultāt noīa delictorum. In delictis innoīatis, fateor, ꝙ ultra ꝓbationē actuū debēt probari qualitates inferētes ad delictum, alias nō diceret̄ cōſtare de delicto in gñe cōmiſſo. IVDEX. non futiles certe, uidentur hęſitationes ueſtræ ideo conuenit, meum in his interponere iudiciū. quare in his dicēdum puto, ꝙ aut q̄ritur de effectu inquiſitionis, aut de principio inquiſitionis, primo caſu, ſi de effectu, ut ex inquiſitione, poſſit cōtra certā pſonā, ad torturā procedi, dicēdum eſt indubitāter, non ſufficere ſi probent̄ illi actus, ex quibus reſultant noīa delictorum, à iure impoſita, ſed opus erit probari de qualitatibus inferētibus ad delictum, & ſcelus; & ita loquitur tex. in d. §. itē illud, ſecundo uerò caſu ut formari poſſit inquiſitio, ſufficit probari inuentum fuiſſe cadauer cum plurib percuſſionib. & uulneribus, factā fuiſſe cōtrectationē cum aīo lucrādi, & ſic de ſingulis, nā iō formatur inqui-
9 ſitio, ut ſciatur, qūo & qualiter illud acciderit, & à quo id factum ſit. Cui. n. dubiū eſt, ꝙ ꝓbata intētione cadaueris, uerificati ſue percuſſionibus, & uulnerib. reſultet probatū eſſe ex homicidio, id accidiſſe. Homicidium. n. à cędo & cędēdo dictū eſt l. ita uulneratus. ff. ad l. Aquil. & uī qs occiſus qñ fuit uulneratus. l. huic ſcripturæ. ff. ſi quad. paup. fec. dic uñ quoties reperitur hō exinanitus, & eū uulnerib. iā dici meritò pōt, inuētum eſſe homicidiū
10 factum. Quatuor enim modis oīa maleficia cōmittuntur l. ex maleficijs in prin. ff. de act. & obli. & ponit Bal. ī l. data opera. C. qui acc. non poſſ. 3. col. in fi. ſequit̄ Ang. in lib. malef. in uerbo Gayum Sempronij nu. 1. facto, ſcilicet d. conſilio, & ſcriptura. in delictis q̄ facto committuntur, cōprehenduntur homicidia, uulnera, pcuſſiones, ſacrilegia, furta, adulteria, ſtupra, falſificationes, falſæ monetæ, incēdia, fractiones pacis, raptus, & ſimilia, in delicto homicidij ſufficit (ut dixi) ſi cōſtat de uulneribus, & exinanitione, in delicto uulnerū, ſufficit conſtare de uulnerib. apparētibus, in delicto pcuſſionū cum ſit delictum innominatū, ut probetur in genere neceſſe, ut conſtet in ſpecie,

tie, in delicto ſacrilegij) cum illud plurib. modis cõmittatur. vt quando quis auſert rem ſacrã de loco ſacro, de eccleſia & monaſterio, ſufficit iſto caſu, vt probetur cõmiſſum furtum per qualitates de quib. in
11 fra in materia furti, † & vt reſultet ſacrilegium debet probari qualitas loci item & rei, ſecundum ius ciuile; cum eo iure non cõmittatur ſacrilegium ſi auferatur ſacrũ de non ſacro. l. diuus ad l. iul. pe. ſed ſecundum ius canonicum, committitur ſacrilegiũ, ſiue res ſacra auferatur de loco ſacro, vel dedicata, ſiue nõ 27. q. 4. c. quiſquis, & dr̃ res ſacra, corpus domini, reliquiæ ſanctorum, libri diuini officij, & ſimilia. vt p Bonif. in ti. de pę. commi. ſacri. & dicitur locus ſacer, qui conſecratus eſt per põtificem. inſt. de re. diuiſ. §. nullus. Item cõmittitur ſacrilegium per eum qui rem veneream cum moniali ſacrata habuit, quo in caſu, vt delictum in gñe commiſſum appareat, ne dum ea quæ infra dixi, vbi de ſtupro, apparere debent, ſed etiã qualitas quæ ſacrilegium notat. Et ſic de ſingulis in quib. ſacrilegium committitur. Furta eſſe in genere cõmiſſa, habes infra. Et pa
12 ri modo de adulterijs & ſtuptis. † Falſæ monetæ crimen, vt in gñe probetur, dẽt apparere de inuẽtione monetæ, ſeu fabricatione, itẽ de imagine qua impreſſa erat q̃ eſſet regis, vel imperatoris, & qđ ſit falſa in cuneo, vel argento, liga, aut auro, & ſic de ſingulis. Sic ẽt in oĩb. alijs delictis
13 nominatis quæ facto committũtur. † In delictis vero quæ dicto cõmittuntur, nedũ dictum probari debet, ſed doloſe id dictum, & quod inde factum ſit. arg. tex. in l. famoſi. ff. ad l. iul. maie. cum ſim. ſi tñ oĩ reſpectu & conſideratione, dictũ arguit, importat, & delictũ notat, illud probari ſufficit, & quod inde ſecutũ ſit, ſi tñ tale ſit dictum, quod poſt ſe delictum ab alio ſubſequi facit, exempli gratia, qñ dr̃, ammazza ammazza, vel mandatur, vt quis interficiatur. aliàs ſi tale ſit dictum, q̃ in ſeipſo, ineſt delictum, ſine eo quod aliud ſubſequatur, verbi gratia, blaſphemia, & tunc ipſum dictum probari ſufficit. Idem dicendum eſt, in delictis quæ conſilio patrantur & pariter in delictis quę ſcriptura committuntur. In delictis innominatis, nõ ſolum debẽt probari actus in ſe, ſed ẽt ea, quæ in ſpeciem delicti illos transferant. FISCVS. Sed quid ſi non poteſt apparere de corpore mortuo, vt, quia diu eſt, q̃ qs occiſus fuit, & eius corpus reperiri nõ pt,
14 quid faciendum eſt eo caſu? IVDEX. Eo in caſu, qñ de corpore mortuo nõ poteſt apparere, debẽt examinari teſtes de fama, qui deponent, q̃ publica vox. & fama eſt, q̃ talis interfectus, & occiſus fuit, & qđ eius corpus nunquã potuit apparere, forte quia dr̃ eſſe interfectum prope flumẽ, vel mare, & in aquas eſſe proiectum, vel in loco nemoroſo, & occulto eſſe ſepultum. & hoc ſufficiet, vt plene dixi in prima par. tertiæ partis princi. huius praxis. nu. 34. cum ſeq. INQVISITVS. Sed nunquid aduerſus hanc probationem reo inquiſito competere poſſit aliqua defenſio, & quomodo? IVDEX. Certe ſic, probando primò, poſito caſu, q̃ cadauer reperiatur cum vulneribus, q̃ fuit occiſus a feris ſylueſtribus, & q̃ ibi nonnullæ reperiantur feræ ſylueſtres Plures enim fuerunt &
16 ſunt † qui occiſi fuerunt a færis vt puta a ſerpentibus, vt fuit Euridicæ Orphei vxor, Ariſteum (a quo adamabatur fugiẽs) morſu colubri in herba latentis interfecta eſt. Opheltes (qui alio nomine Archemortus dicitur) filius Licurgi regis Nemeæ, dum negligenter ab Hiſiphile nutrice cuſtodiretur, ſerpẽtis morſu extinctus eſt. Ouid. In Ibin. Itẽ filius Adonis Cineræ ea myrra filius, dum venaretur ab apro interfectus eſt. Ouid. lib. 10. Meta. & Martialis lib. 1. ait, Dedalum quendam feris obiectum ab apro laniatum fuiſſe. Item Anceus filius Aſtypaleæ Phenicis & Neptuni filię, rex Sami, dum vellet occidere aptũ agros ſuos vaſtãtẽ ab eodẽ eſt interfectus. Hyas Athlantes ex Aetra filius, dũ venaretur a Leæna interfectus eſt Oui. li. 5. Faſt. Euripid. poeta noctu tędiẽs a cęna Archelai regis Macedoniæ canibus a Promero quodam ęmulo immiſſis, extinctus eſt Diogenes philoſoph⁹ deceſſis ex morſu canis eodem die, quo Alexander Macedo. in Babilone mortuus eſt. & ſic de ſingulis. item q̃ alias ibidem acciderit alijs, vel probãdo, quod ſeipſum interijt tędio vitæ, vel ob aliam cauſam, probando hoc

per

per efficaces coniecturas, vel qđ ſcloppetum, quod geſtabat, in ipſum ictum proiecit, vt multoties ſolet euenire: vel ꝙ ex arbore cecidit, vel aliter probando. Quia vna probatio, vel coniectura tollit aliã, vt per Bar. in l. fi. C. fam. hercif. in tantum, ꝙ ſi ſunt probationes contrariæ, neutri ſtandum eſt. c. imputari. de fi. inſtr. l. ſcripturę. & ibi Bar. & doct. C. eo. ti. & ſi ſunt inęquales hincinde, non valent, quia faciũt rem dubiam, ſecundũ Bal. in l. fi. in §. q. ver. 7. Qualiter. C. de edi. Adr. toll. Si verò, vt ſupra dixi. ponatur nõ conſtare de corpore mortuo ſpecifice, ſed tantum per famam publicam, poteſt probari de contraria fama per validiores probationes ꝙ mortuꝰ fuit pp febrem & infirmitatem, vel alia de cauſa. Quia probatio famæ contrariæ per meliores ꝓbationes officit probationi alterius famæ pro fiſco, & plenè deduxi inf. in verb. item ſuffocauit eius vxorẽ, in cap. de fama: vel aliter probando, ex quo veriſimiliter poſſit coniecturari ita eſſe, ꝙ circunſpectus iudex perpendere poteſt. FISCVS. Sat cõcludere vtriq; dñe iudex ſatisfeciſti, in hoc delicto homicidij, ſed qũo conſtabit in crimine furti fur

17 tum fuiſſe in gñe commiſſum? IVDEX. Pluribus modis poteſt furtum committi: aliquando ſubripitur aliquid de arca, capſa, vel camera. & tunc debet cõſtare de fractura oſtij domus, arcæ, vel capſæ vñ furtum eſt commiſſum, & de quãtitate, & rebus ibi exiſtentib. paulò ante, & quod ex pòſt facto fuerunt reperta ſubtracta, & ꝙ ibi fuit inuentum, de bona fama, & legalitate dñi furtum paſſi, & de lamentationibus quas ſtatim cum multis fecit de iam dicto furto, & de alijs ſignis, & coniecturis indicãtibus verè furtum commiſſum, de quib. ad longum per Marſ. in conſ. 8. & in praxi cri. § principium num 6. & in §.

18 conſtante. nu. 78 Et licet verum ſit debere conſtare verè, & non præſumptiue de delicto in genere commiſſo, & plenè, vt l. ſi qñ in verbo patefacta. C. vnde vi. vbi Bal. & Iaſ. in 4 not. & Ang. in l. certum. ff. de confe. & Alex in conſ. 33. col. 1. lib. 1. & conſ. 10. lib. 7. & Dec. in conſ. 410. col. 2. & Panor. in c. 1. & ibi Dec. col fi. de of. dele. & habetur per Ha. m. Ciau. cõſ. 244. in 2. lib. & conſ. 260. in 2. lib. id tñ procedit regulariter Fallit tñ vbi concurrit difficultas nimia probationis, quia eo caſu cõſtando per coniecturas validas, & à iure approbatas, ſufficit vt hr̃ in prædictis locis, maximè in caſibus, qui ſecreto committi ſolent, & vbi de facili non põt conſtare de delicto in gñe commiſſo, niſi per probationes ſuper ipſo deli cto, vt videbi

19 mus in plurib. exemplis. INQVIS. quænam defenſiones poſſunt cõpetere inquiſitis aduerſus prædicta? IVDEX. Dixi ſupra ꝙ vna coniectura tollit aliam, & vna probatio eliditur per aliã idcirco in hoc caſu circunſpectus aduocatus videat, per quas cõiecturas conetur verificare fiſcus ſuam inuentionem, furtum fuiſſe cõmiſſum. & tunc econtrario formet exceptiones, & probet contrarias coniecturas, vel elidentes, probando ꝙ nulla reperta fuerunt ſigna fracturę, ſed apertionis, & ꝙ ita quilibet expertus, iudicaſſet item probando malam famam furtum paſſi. Item ꝙ non eſt veriſimile eam quantitatẽ ibi fuiſſe reconditam, ſtãte nimia paupertate ipſius. Item quod paulò ante ibi nulla bona fuerunt viſa, vt quia inde ipſe idem dñs ſuſtulerat, & alia, quæ curioſus aduocatus ſecundum contingentiam facti ſtudeat inuenire. Aliquando verò ſolet committi furtum in equo, vel alijs animalibus, & tunc probabitur dominium equi. Item probabitur, ꝙ fuit viſus, & repertus equus in poſſe alicuius, quia contra eum oritur ſuſpicio, maximè ſi ſolus viſus eſt, & ſi eſt homo non bonæ famæ per l. inciuilem. C. de furt item, ꝙ equus fuit viſus paulò ante in ſtabulo furtum paſsi, & demũ ibi minime repertus fuit: & ꝙ fuit repertum ſtabulum equi fractum, & aliter, vt iudici circunſpecto videbitur, & prout qualitas facti expoſcet. Aliquãdo ẽt committitur furtum in perſonam in ſtratis quod latrocinĩ vulgo dicitur, & tunc non poſſunt haberi indicia, & probationes contra aliquem, quin non probent etiam furtum in ſpecie commiſſum: ſed probabitur ꝙ fuit viſus paulo ante exire de ciuitate furtum paſſus cum tali quãtitate pecuniæ & demum fuit ſtatim viſus redire plorans, & flebili, ac lamentabili voce dicens, ſe eſ

ſe

ſe diſrobatum, item, quòd fuit viſus exire conuincatur quis etiam per vnum teſtẽ, redijt ſine: item, quòd redijt cũ vulnere, vel cũ percuſſione aliqua in eius pſonã, item, quòd ibi ſolet diſrobari: vel probãdo, ꝙ fuit repertus ligatus in loco furti & latrocinij, vel aliter, vt natura facti exposcet, itẽ redigat in actis eius depoſitio cum iuramẽto. Iſtis enim probatis conſtabit in genere de delicto. Si tamẽ in his cautus iudex, quia ſolẽt fieri plures fraudes; vt exploretur & probetur qualitas pſonæ diſrobatę, loci, vbi latrociniũ dicetur commiſſum, temporis, & etiam quantitas rerũ diſrobatarum, & hoc maximè fieri debet, in regno vbi vniuerſitates tenentur de diſroborationibus factis in eorũ territorijs, vbi patratores ignorantur. Plures enim vidi cõquerentes ſe diſrobatos, & ẽt in ſeipſos ſæuiſſe, vt ſic magis pſuadere poſſent, ſe diſrobatos, & petẽtes emendationẽ ab vniuerſi actibus, & tãdẽ fuiſſe detectos. Et de ſimilibus fraudibus plura cõgerit Par. de Put. in lib. ſyndi. in fi. ſui tract. in verſ. quidam vir leuis opinionis & vitæ. Vbi in iſtis & ſimilibus caſibus, ſi apparent coniecturæ de calũnia accuſatoris, qui nullas probationes, veriſimilitudines & indicia affert torquẽdus erit, vt tenuit. Idẽ Par. vbi ſupra. FISCVS. Sum etenim plenè informatus domine iudex, qualiter debeat conſtare delictũ in genere cõmiſſum in crimine furti, qd
20 in ſtupro? IVDEX. In crimine autem ſtupri commiſſi in fœminam per maſculũ, uel per marem in marem, vt conſtet delictum in genere cõmiſſum, debẽt examinari matronæ, & obſtetrices, vel alij experti, quibus tradatur fęmina inſpiciẽda, vel maſculus, eis prius delato iurõ de veritatẽ dicẽdo, & facta inſpectione, curię referant, an ſit mulier ſtuprata, an nõ; vel maſculus an ſit ſtupratus an nõ, vt docet Abb. in c. propoſuiſti. extra de proba. nu. 3. & Alber. de Roſa. in l. 1. § ex hoc reſcripto. nu. 8. ff. de ven. inſpi. & examinẽtur teſtes, qui forte viderunt linteamina ſanguinolẽta, vel camiſiam ſanguinolentã; & ſuper alijs adminiculis, quę haberi poſſunt, ex quibus meritò iudex poſſit ſe informare, ſtuprũ fore cõmiſſum. itẽ examinetur mulier ſtuprata, quia ei creditᷣ, ꝙ antea fuerit virgo, vt dixi in prima parte tertiæ partis principalis huius praxis, ſub nu. 146. & ſi nulla potuerit apparere fractura anni in puero, vt quia diu eſt, ꝙ fuerat cognitus carnaliter, tũc, quia ſimiles fornicationes, & ſtuprũ, & adulteriũ, probãtur p cõiecturas c. præterea. de teſti. l. cũ ꝓbatio. de prob. l. q̃ro. § fin. ff. de ędi. edic. ſimiliter delictũ eſſe cõmiſſum in gñe in ſimilib. probatur p eas cõiecturas quæ haberi pñt: & ea indicia, q̃ inducũtur ad probationem ipſius ſtupri, probãt ẽt delictum in genere. Immo probari nõ poſſunt, quin probetur delictũ in ſpecie, vt dicit Marſ. in conſ. 5. in pri. lib. num. 1.
21 Et hoc etiam procedit in adulterijs, & inceſtis, alijsq; fornicationibus, in quib. nõ poteſt cõſtare delictum in genere cõmiſſum de per ſe, niſi p eas coniecturas, & indicia, quæ inducuntur ad probationẽ delicti, vt quis torqueatur, vel cõdẽnetur, quia bene dicetur probatum, & cõcludẽter. In his enim & ſimilibus caſib. ſit cautus & verſutus iudex, ut ex qualitate pſonarum, tẽporis & loci, veriſimilitudinis aut potius in veriſimilitudinis, cõſideret num uera, an potius falſa ſint, quæ proponuntur. multoties enim verſutę mulieres machinari ſolẽt, in miſeros iuuenes, vel ut illos in maritos uẽdicẽt, vel ut ab eis dotes conſequẽtur. Nec hiſce (maxime
21 tpibus) de facili credat mulierum iuramentis, aſſerentium ſe virgines; vt dixi. Sed potius ex qualitate earũ, vita, & moribus, arbitretur, num credendũ ſit, licet enim de virginitate ſtetur dicto & iurõ mulieris contra delinquentem in ſe, vt conſuluit Alex. in conſ. 229. in 6. lib. ex mente not. per Doct. in c. 1. de adult. & maxime Car. & Abb. vbi ad hoc allegant rationem tex. in c. unico. ut eccle. bene. Id tamen uerum eſt, ſecundum Doc. Abb. in d. c. 1. ſi ꝓ uirgine habebatur, & ſic uides, multũ attẽdẽda eſt, in hoc, qualitas mulieris. Si enim eſſet mulier, quæ malum nomen haberet, & pro uirgine non reputaretᷣ, ut que eius iurõ nõ eſſet ſtandum
22 mulieres enim facile iuſiurandi contemptrices ſunt. Id. n. conſtat ex eo, quòd Sceledrus Plautinus, cum Philocomaſium mulier quod iurauerat, facere recuſaſſet. (ait) muliebri feciſti fide. Et apud eundẽ

B. Amphy-

Amphytrion. Mulier, audacter iuras. Et quod ſcribit Propertius li. 2. hoc pdit miſeras, hoc pdidit ante puellas, quicquid iurarunt, ventus & vnda rapit. In hāc ſententiam Græcorum eſt Senarius, mulieris iuſiurādum in uino ſcribo. Antiqui enim res prorſus irritas, futiles, euanidas in uino & aquā ſcriptas, ſcribēdaſue dicebāt. Id ēt in noſtris legibus nō eſt incognitū: ut habetur in auth. de nupt. §. quæ uerò nunc ſequitur, ubi dicitur ꝙ in mulierib. omnino periurium promptum. Et pro eademmet re eſt, tex. in auth. ut ſi prohima. § quia uerò multam, ubi quia ſciebat (ab experto) imperator periurare facilè mulieres, ut periurij tolleretur occaſio, quandā legē abrogat, quæ & à mulierib. quoq; iuſiurandū exigebat, latè p Tiraq. in tract. de leg. connu. noua. l. num. 43. cū
23 ſeq. Caueat unuſquiſque iudex, ut ad conuincendum ſtuprum, non ſinat mulierē nudam conſpici à maribus, id enim penitus prohibitum eſt. l. ult. C. quādo cur. uel tut eſſe deſ. & §. 1. inſti. quib. mo. tu. fini. ad ſtipulaẗ his, quod Plato ſanxit. lib. 11. de legi. Conuenientiā enim (ait) ætatis ad nuptias, & contra, iudex nudos oīno mares, nudas tātū ad pubē uſq; fęminas cōſpiciens, iudicet. Voluerūt enim leges (ubi oportet mulieres nudas inſpici) à mulierib. & ipſis honeſtis & pbatæ fidei, inſpici, non aūt à uiris. l. 1. in princ, & per totam. ff. de uen. inſpi. & in c. propoſuiſti. & c. cauſam matrimonij. de pba. & in ca. fraternitatis, & c. ult. extra de fri. & male. facit tex. in c. nec alia, ibi manus obſtetricū. 27. q. 1. Denique legimus, Deas caſtitatis pſides, ægerrimè tuliſſe, ſi qñ eas nudas à uiris ēt imprudentibus inſpici contigerit, neq; id impunitū reliquiſſe. Nā cū ſe Pallas aliqñ & Chariclo in Heliconia Hippocrenæ nudæ p æſtū lauarēt, ac tum fortuito Tyreſias uenator ad eum fontem ſitiens acceſſiſſet, Palladē imprudens nudā conſpicatus ſtatim oculis captus eſt, ut deſcribit Callimachus in eo himno cui titulum fecit, in lauacra Palladis. Acteon quoq; cum etiā interuenandū fortè fortuna. Dianam in fonte nudā conſpexiſſet, eiuſdem indignatione in ceruū cōmutatus, & à ſuis canibus diſcerptus, ut adnotauit Ouid. lib. 3. Meta. Plura alia exēpla de his habes p And. Tiraq. in trac. de leg. cōnu. in 4. l. nu. 16. cum ſequen. nec huiuſmodi aduertētiam paruipendas, ſcio enim quendam regium Auditorē, ad conuicendum ſtuprum, nudā inſpexiſſe iuuenculam, nec multam hāc rē Deus reliquit: paruo enim intermiſſo tēpore, officio priuatus, & exiliūm miſſus extitit. INQVI. Audiui iam formam probandi delictum fore cōmiſſum in genere in crimine ſtupri, uel adulterij, & ſimilium, nunquid ad defenſionem aliquid probari ualeat aduerſus dictā pbationem? IVDEX. Sæpe tibi dixi, quòd una probatio tollit aliā, ſi fortior eſt ea: & quòd una cōiectura tollit aliam, ſimiliter tibi in hoc dico, quòd ſi coniecturæ inducunẗ ad probationem delicti in gñe inducantur coniecturæ contrariæ, & con
24 traria indiciatur, ſi probatur de camiſia, uel linteaminib. ſanguinolentis, poteſt probari, ꝙ erat mēſtruū, & hoc per expertas: uel ꝙ erat ſanguis ibi ſtudioſè aſperſus, & ſimilibus modis. FISCVS. Memoriæ mādaui quantum dixiſti in crimine ſtupri, adulterij, & ſimiliū, & optime, quid ergo erit fiēdū in crimine ſuffocationis uxoris, uel alterius mulieris, aut ueneuationis? IVD. Si pōt haberi corpus uenenatū, uel ſuffocatum, debet inſpici per iudicē unà cū expertis, ut uideantur ſigna ſuffocationis in gutture, ut redigat in ſcriptis particulariter, & ſi eſt ſepultū cadauer, diſſepeliatur ad effectū pdictū, & ſi dicatur uenenatū, accedat iudex cū medicis, & ſi ſine apertione corporis ſciri poterit bene eſt, ſin autem ſciri aliter non poteſt, quin aperiatur, dēt aperiri ipſum cadauer, & p peritos inſpici, & poſtea pcedente iurō referant, & fiat actus per extenſum apertionis & inſpectionis, ut habetur per Marſil. in l. 1. §. præterea. ff. de ſicar. nu. 37. per Afflic. in. conſt. mala noxia & ar. tex. in l. ſtigmata. de fabri. lib. 11. quòd p ſtigmata, & ligaturas in brachijs probatur torturam illatam fuiſſe, ita per ſigna ſuffocationis in gutture probaẗ ſuffocatio. Venenatio autem probaẗ & cognoſcitur ex liuorib. in toto corpore, & ſpumis ore fluentibus, & ſi crematur corpus, cor illæſum remanet à ueneno pſeruatum, ſecundū Suet. in Caligula in principio,

cipio,& habetur per Par.de Put. in lib.ſyn
di. in verbo tortura,& ſi corpus haberi nõ
poteſt,examinẽtur teſtes qui viderũt cor
pus antequã fuiſſet ſepultũ,ſuper ſignis,
quæ forte videtũc in corpore:& ſi hoc ap
parere minimè põt,probetur fama publi
ca,vt plenè dixi inf.in veibo,item ſuffo-
cauit eius vxorem,quia hæc probatio ſuf
ficit,vt ibi dixi. Veneni ſigna,a Doctorib.
hucuſq; annotata , non exactè, & plenè
25 deſcribuntur:†quippe cum tria ſint vene
nenorum genera,quæ a tribus diuerſis ge
neribus originem duxerint , etenim vel a
metallicis,vel a plantis,vel ab animalib.
ipſis, & horũ quodlibet aut puri & nudæ
elementalis qualitatis exceſſu,aut ex pro
pria naturali forma ſpecifica è cœleſtibus
fluxib.prædita,non ſine tamen elemẽtali
mixtura,varios,mirãdosq; effectus,ac in
teritus præcipuè hominib.minẽtur, quò
circa nõ inutile & futile,ac alienum puta
ui ſingulorũ venenorum ſigna deſcribere
26 † vt ſic iudices capiendis , formandiſve
informationib.facilè non decipiantur,&
ſciant maleficia reperire.A metallicis igi
tur ordinẽ aſſumẽs , inter metallica vene
na , cõputantur argentum viuũ,ſiue eius
ſpuma,vel lapis coralli , quare ſi quis ar-
gentum viuum,ſiue eius ſpumam, vel la-
pidem coralli ſimilẽ dictum aſſumpſe-
rit,cũ frigidiſſima hæc ſint his diſcernun
tur notis;Nã vt Dioſcor.lib.5.c.52.& 60.
& Mathio.li.6 c 27.& 28.cordis, laborẽ
tremorem,ſyncopim,inteſtinorũ,& vm-
bilici grauamẽ,& murmura, & dolorẽ fa
ciunt,quin Epilepſiam,apoplexiam,ſen
tiẽ quoq; omnimoda ſitis, vrinæ ſuppreſ
ſio,anhelitus difficultas,& ventriculi tor
men,ac inteſtinorũ eroſio,& penetratio;
tandem ſubitaneam mortem afferunt. At
argentum viuum extinctum , arſenicum
ſublimatum,& non ſublimatum,lyxiuiũ
ſaponis,calx,ſandaracha,Auripigmentũ
& omnino toxicum , hæc ſigna cõſequi,
vt Dioſc.& Matthi.lib.6.cap.29.& 30. &
alij autho.optimi,videlicet:grandis ſitis,
venarum tumor,anguſtia magna,ſudor,
cuiorum citrinitas,oris fœtor, inteſtino
rum & ventriculi raſura, & corruſio vehe
mens dolor, iracundia,mugitio quædam
inſania,vociferatio,tuſſis, ſpirandi diffi-
cultas,vrinæ ſuppreſſio & diſſẽteria. Ly-
targirium quidẽ hæc facit ſigna,ex Dio-
ſcor.& Matthio.Colligitur lib.5. c.62. &
ex Gal.lib.6. Simpl. medicamen. Inteſti-
norum & viliorum dolorem, & vt pluri-
mũ feces retinet, deſiccat . nec manifeſtè
calefacit,ac refrigerat, & vt inquit Raſis
tunc miſerere mei paſſionẽ educit , quia
ſuperius emittit,quæ per inferius emitte-
re debet. Ceruſa inſuper,talib.diſcernitur
ĩdicijs,vt placet Dioſ.& Matt.lib.6.c.25.
& Auicẽnę,diſperſis in locis fit.n. linguæ
albificatio, ac denigratio dẽtis,ſingultas,
tuſis ventris dolorem,anguſtiam,præcor
diorum,tenſioſiem,pręfocationem,& vo
mitionẽ inducit,vrina tñ,mo nigra mo-
do alba adeſt.De gipſo verò vt Dioſc.præ
cipit.lib.5.c.42.& Gal.lib.9.ſimpli.medi.
ipſum exhauſtum ſtrangulat , & ſuffocat
iam , quia ob maximam eius frigiditatẽ,
reſpirandi vim prohibet:corpus liueſcit,
quia ſanguinem mortificat , & quædam
alia ſimilia fiunt , vt Auicenna loco ſuo.
ſunt & alia venenoſa natura conſimilia,
vt ferri ſcoria, atq; æris plumbeum vſtũ,
magnetes , & omnes attramenti ſpecies,
quorum nota hæc cernũtur, vt apud Mat
thiol.li.6.c.27 & Auicenna in ſuis locis,
ventris vehemens dolor, captisq; tumor
oris,& gutturis, conſumptio totius ,vt tã
dem maraſmatus moriatur,ipſius verò ę-
ris lætalis fluxio , & vomitio , ventriculi
& inteſtinorum dolor,ipſius autem ma-
gnetis ore ſumpti,lunaticus, & melãcoli
cus fit.At ipſius plu..bei vſti,oris labia,&
tandem totum ſe è corpus liuida,teddun
tur,ac vt ſuffocatus quis moritur.Sin ſpe
cierũ attramenti velis ſigna difficilis anhe
litus ventriculi & inteſtinorũ pũctio, &
eroſio, oris ardor, & ſimilia. Nũc de vege
talium, ſiue plãtarũ ſignis & locis dicere
expedit.Et primo de Napello eius ſucco,
vt Matthi.li.4 Dioſc.ẽt,& lib.6.&c.med.
turba ſcripſerunt, labia tunc inflamman-
tur,& apoſtemãtur,& lingua intumeſcit,
oculi exitum petere coguntur, crura debi
lia & immobilia ferè remanent : corpus
totum conflatur, & liueſcit, & ſi ilico nõ
ſuccurratur,e morte non euadit, aut in ę-
thicam vadit. Et Titimalli ſigna,vt Me-
ſue loco ſuo & Gal.lib.8.ſimpli.medic.&
Theofraſtus lib 9.ſicuti & omnia veneno
ſa lacticinia ſimilia ĩducũt Symptomata

vt nauſeam, ſingultum, ventris dolorē & toſſionem cum fluxu, vocis deſtructionē, tādem ſpaſmū, cui mors ſuccedere ſolet. Apium riſus dictū metaphorice ex Matthio.li.2. quia ridendo vita euaneſcit, cucumeris aſinini dicti à Meſue, à Diſcor. Syluestris li 4. à Gal. agreſtis. ſimilia ſunt nota, velut ex cor ādio, q̄ natura ventrem ſoluūt, & cum maximo inteſtinorum dolore, vterum mulierum aperiūt, & fœtū necat. Bryonia pariter, & ſcamonium, coloquintida, & euforbiū talia quoq; inducūt ſigna, quia trib. ferè diebus mortem minantur, ſcotomiam, anguſtiā, ſtoliditatem ſtomaci mordacitatem virtutis deiectionem, ventris luxum, hæc Gal. li 6. ſimpli. med. Dioſc. li.4 Meſue c. proprijs nunciant hilleberum autem, omnes fatentur hæc efferri ſignacula quia ſi nigrū, aluū ſubducit, linguę adustionē anhelitus ſtrictinā, ſingultum, & ſpaſmum agit, ſin album, vomitum. Cicutam verò ſenſum amittit, & in ſtuporē incurrere facit. hæc Galen. lib 6 Simplic. medicament. Dioſcor. etiam lib. 6. & cuilibet notum eſt, quia ex ſtupefactione eius ſucci aſſumpti, aut ex manu capi poſſunt. Coriandri ſigna ſunt hæc, vt Dioſcor. lib.3. & 6. Gal. lib.7. ſimplic. medicam. Meſue loco proprio, licet magna ſit pugna inter hos, & ſequaces an calidum, vel frigidum ſit, vertigo, ſcotomia. vox groſſa ebrietas, & tādem ſtuporoſam mortē inducit, ſi tādē eius ſuccus in magna quātitate ſumatur, at in pauca multa bona ventriculo præbet auxilia. At Succi mādragoræ, nigri papaueris & opij eādem ferè protendunt coniecturam, vt Meſue, & Dioſco. lib 6. quia ſemimortuum inducūt hominem, in pauca quātitate, in maxima & proportionali veram mortem afferunt, ſenſum amittunt, pigrum ſomnum ducunt, cum oculorum rubedine aliquādo. Nux auellana, ſiue aliorum fructuum rācitudo & nux vomica, vt Dioſc. Matthio. lib.1. Gal.7. ſimpli. ſententia eſt, cum diſſolutione virtutis peſſimum inducūt vomitum, linguę ſciſſurā & Syncopim etiam. Taceo de fungis quę ſponte ſolent comedi nō dari vt quis interimatur; Taceo rurſus de animalibus venenoſis, tātummodo dicam de cantharidibus quæ ſolet mulieribus prægnantibus, vt fœtū pariant dari Dioſc. li. 2. & 6. Meſue loco proprio, ſigna hæc volunt, q̄ hypocondrij pectinis, anchæ, & genuum dolor erit, ſit maximus mingendi appetitus, & ſi minxerit, ſanguis cum magno labore decernitur, & cum ſyncopi mors ſuccedit Gact. cerebrum, aiūt communiter, vertiginē ſtultitiam efficere. At leopardi & canis marini fel. ait Matthi. li.6. quòd in ſeptem dieb. interficit, ſi breui auxilio non iuuatur, odorem, ſaporem aloes ſentiens, Cetrinam & viruletam coleram vomens. Sāguis taurinus, ſpaſmum, præfocationem. linguæ rubedinem ducēs, congelatum ſputum carnoſum expuere facit; & tandem mors ſequitur. Dioſco. lib.6. At humanus tēpore extractus, iram rixam, furorem & conſumptam mortem ducit. Pariter buffonis, ſanguis, cordis tumorē, ſincopim & ſubitaneā mortem feſtinat. At meſtruoſus, leproſum lunaticum obliuioſum reddunt hominē. Hæc.n. ſunt venenorū ſigna, quare attēdat vnuſquiſque cū viderit ſentieritq; ſimilia ſigna accidere, vt in cūctis ſciat interrogare teſtes. Nec alibi reperies. I N Q. Nūquid autē ex aduerſo poſſit in defenſionib. reorū probari eadem ſigna, vel aliqua ex eis euenire poſſe ex alio morbo, quam venenatione.

27 I V D. Certè aliqua ex dictis ſignis euenire ſolent ex morbis ordinarijs, non tamē ex venenatione. Verbi gratia, dixi ſup. de ſignis quæ ſolēt cauſari ex argento viuo ſiue eius ſpuma, vel lapide coralli, eadem quoque vel ex eis aliqua cauſantur ex ventri affectu, etiam a cauſa frigida, vt cordis tremor, & ſincopis, grauamen & murmura, & vmbilici dolor, vrinæ ſuppreſſio, & anhelitus difficultas, vt Gale.6. de loc. affect. ait. Item ex cardiaca paſſione, epatis inflāmatione, & febri a ſubtili vel plenitudine humorum cauſata, vt cordis & labiorū tremor & ſincopis, & murmura & dolor, nimis ſitis, anhelitus difficultas, mors ſubitanea, ſignificare poſsūt vt omnes volunt; ex Gal. loco citato & 12. methodo medēdi; ſed vētriculi & inteſtinorum grauamē, dolor, & murmura, eroſio & penetratio veram dyſenteriam pronūciant etiam ex Gal. ibidem, ex Aetio li.9. Dixi etiam de ſignis quæ ſequūtur ex argento viuo extincto, arſenico, & ſullimato,&

to,&

to,& non ſublimato liſciuio ſaponis, calcis, ſandarachæ, auripigmẽto, & oĩno toxico; ea eadem ſequi ſolẽt morbum peſtiferum, vt omnibus notu eſt, vt longè declarauit Hyppocrates in lib. 3. Epidemiorũ quin & febrẽ cauſaniticã, & ſynocam dictã, vt Gal. de differen. febr. & de etilibus; ac etiam cerebri inflammationẽ & epatis quoq; vt Gal. de lo. affect. & Alex. & Aet. aiũt. Dixi inſuper de his quæ proueniunt ex litargirio, illamer, vel aliqua ex eis ſequũtur Iliacam paſſionẽ, vel colicã, vt ait Gal. lib. 7. aphoriſmorum. 10. & 44. & 6. de lo. affe. Rurſus de his quę ex ceruſſa, & tãdẽ aliqua ex eis hepatis inflãmationem ſequuntur, vt 6. de lo. affec. Gal. & alij dixerunt. vt puta, tenſio pcordiorum, præfocatio, vomitio, tuſſis, anguſtia, ac dolor. De his etiam dixi quę ex gipſo procedunt; & tãdem illa aſſimilãtur letargiæ, appoplexiæ, catomæ & huiuſmodi ſymptomatibus, vt locis ſuis, oẽs medici, ex Gal. de loc. affe. De nappello & eius ſucco habuiſtis, cuius ſigna ſequuntur etiam Aginam. ſecundũ Gal. de loc. affec. & 4 Aphoriſm. 34. vt eſt labiorum inflãmatio, & apoſtema, linguæ tumor, ac oculorũ, vnde ſi illico nõ ſuccuratur, in mortis periculum, vel in ethicã euadit. Cætera alia in hydropico morbo cernũtur. Gal. 5. de lo. affect. Aetio, & Celſo autorib. videlicet. Crura debilia, & immobilia, ferè remanent, corpus totũ conflatur. & liueſcit. De Tintimalli ſignis pariter dictum eſt; & quædam horũ in colico morbo cõſpiciuntur. vt 2. de loc. affec. Gal. ait: ſicuti pcipue, nauſea, ſingultus, uentris dolor, ac torſio, & tãdẽ ſpaſmus, cui mors ſuccedere ſolet. De his ẽt quæ ex apio riſus eueniunt ſimiliter dixi. eadẽ enim ex plitenell eueniũt, vt ab Hyppo. lib 6. aphor. 53. de his q̃ ex brionia, ſcamonio, coloquintida, & euforbio, nõ obſcurè vidiſtis, eadem ſolent accidere in cardica & colica paſſionibus. vt Celſus, Alex. Aet. & Paul. græci voluerunt locis proprijs. & Gal. lib. 6. de loc. affec. & 2. de Hipp. & Plat. ſentẽtijs ſimiliter fatet. Quæ.n. ex helleboro pcedũt, ex pulmonicis, hepatis inflãmationib. pariter procedũt. ut 4. de loc. affec. Gal. ait, & lib. 10. 13. 14. method. meden. & lib. 7. aphori. 12. quæ ex cicuta, in letargico, caro, catharleſi, comatico, & apopletico morbis procedere ſolẽt, vt oĩbus notum eſt. vt cap. proprijs ex Gal. in de loc. affect. habetur. Quæ ea coriãdro, morbo comitiali conuenire, omnibus notum eſt. Rurſus quæ ex nuce auellana, & vomica, in aliqua vẽtriculi affectione cõtingere ſolẽt, ex mordaci humore cauſata, vt Gal. 10. methodi medendi. & Alex. li. 7. præcipiũt. Quę ex fungis in hydropiſi timpanica dicta, contigere ſoleut, vt Gal. & alij Græci dicũt. Quæ ex cantharidibus in ſimptoma illo quod vrinæ ſtillicidio, & sãguinis renũ, perfluuium appellant, contingere vĩ. Fit enim maximus mingendis appetitus, & ſi minſerit ad finẽ, vt in Aetio licet videre. Quæ ex sãguine taurino, in agina ipſa affecta eueniũt, quæ quidem lethalis eſt. Quæ ex ſanguine humano tẽpore extracto, conſequuntur peſſimã phreneſim ac ardentem febrẽ, at locis ſuis ex Gal. patet. Quæ ex ſanguine buffonis in poſtulis, & morbilis, & ſimilibus, quæ ſunt de genere morborũ Epidimiorũ. uenire ſolẽt, ut in 2. lib. Epidi. & 5. artis curatiuæ, & alibi patet. De his ergo hactenus, poſtquam ex Doctore ll. medicũ euadere me feciſtis. INQ. Vtique reddo gratias, ſat. n. interrogationi meæ ſatisfeciſtis. Nec de ſimilibus te interrogare incõueniẽs mihi viſum fuit, aliqũ enim dum te viſendi gratia ad ſtudiũ veſtrũ fuerim, vidi opera Galeni oĩa, Ariſtotelis, Aetij, & Alex. & aliorum tũ medicorum, tum ẽt Philoſophorũ, ibidẽ in eſſe, & pluries illos attente leggere te vidi. IN. Quid ergo probabit ex aduerſo aduerſus pdicta ad defenſionẽ? IVDEX Plenè dixi infrà, in verbo. Item ſuffocauit eius vxorem. & in verbo, item venenauit eius ſororẽ. ad ibi dicta te remitto. Et in pręcedentib. dixi: & ſi dicetur aliqs occiſus aut vulneratus
26 bonũ eſt imò neceſſariũ, ut deſcribãtur particulariter vulnera cadaueris; & loca vulnerũ, & hoc pp duo, primo ſi facta eſt rixa, inter plures, quilibet eorum tenetur de eo quod geſſit. l. ſi. ff. de ſica. & ex genere armorum poteſt cognoſci an vulnerauerit mortiferè, ſecũdo ſi per plures dies ęgrotauit, ad videndum an fuerit vulnus mortale, vt cognoſcat an ſit mortuus ex

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. EMANUELE

30 vulnere † ſunt.n. vulnera mortalia ſi sũt illata in cerebro, & gula, pectore, inteſtinis & ſimilib. ſecundũ Bal.cõſ.165.vol.1. & 105.& 302.proponitur ꝙ tirius.vol.2. & Ang.in l.ſi quis in metallum. C.de pę. Fel.in c.ſignificaſti. 2.col.4. verſic.no.ibi ratione partis. de hom Cuma. conſ.134. viſis denunciationibus ſer. Antonij in prin.latè Boer.in deciſ.323.& infra dicā. Hanc etiam practicam deſcribēdi vulnera & loca vulnerũ tradit Blan. in ſua noua pract. in prin. nu.6. & Fran.Caſon. in ſua prac.c.2.vbi inuehit cõtra hodiernos iudices accedentes ad inſpiciendum cadauer ſine peritis & medicis. Hæc enim practica(ſi rectè inſpiciatur) optimè probatur in l. ſi in rixa. ff. de ſicar. dũ ibi dr ictus vniuſcuiuſq; contēplari oportet.

31 Nec cõtēplatio facienda eſt poſt ſepultũ cadauer, & illud corruptũ, ergo fieri dēt tēpore inuentionis: ſed ſi euenerit, cadauer eſſe ſepultũ, antequā iudex illud inſpexerit, diſſepeliri vtiq; debet, vt illud inſpiciatur. Plura de vulnere congeſſit nouiſſimè Pet. à Plat. in Epito. delicto. c.13.per totũ. FISC. Quàm optimè quidē dñe iudex nobis enucleaſti principium inquiſitionis, ut nihil vltra, dici, aut excogitari poterit. Ad alia igiť tranſeamus, ne diu ſup. his vagātes vtiliora omittamus. ¶ IVDEX. Libenter faciā, & ideo ſcias, ꝙ conſtito delicto in genere cõmiſſo, celeriter, & cum exactiſſima diligentia ſũmarim inueſtiget de delinquente, interrogãdo affines, amicos, & cõſanguineos offenſi, & ipſum offenſũm, ſi fortè viuat,

32 depoſitio offenſi multis requiſitis cõcurrentibus facit indicium ad torturam. Vt latè Marſil.in praxi. §.diligenter. ſed aduertè ꝙ ſi deponit de delicto de nouo cõmiſſo, ſeu alio euius difficilis eſt probatio nõ facit iudicium. Fran.Caſo.in trac. cri.in 8.tract.c.1.nu.7.de indicijs, & coniecturis, quæ haberi poſſũt quolibet, vt ſciatur delinquēs, offenſor. Nec mireris, quòd dixi tales interrogandos, cùm ad effectum inueſtigandi delinquentem, & ut detur materia inquirendi, & habendi veritatem, poſſint examinari teſtes omnino non integri & penitus inhabiles, ut habetur p Blā.in l.ſi.ff.de quæſt.nu.322. Et ſi fortaſſe ꝗraſ, ſeu inquiratur de homicidio, quod eſt cõmiſſum intra ciuitatē, & penitus ignorať offenſor, videat iudex, in qua vicinia ciuitatis fuerit cõmiſſum delictum, & examinētur vicini, qui præſumũtur ſcire facta vicinorũ melius, quàm alij l.ſi ita.in ſi.ff.de fid.inſtr. & no.in l.3.circa prin.ff.de teſti.& extra, de pſum. c quoſdā, & c.quāto. & eſt practica tradita per Bar.in l.ſi. ff de quæſtio. & in tantum hoc procedit, ꝙ ipſi uicini ob hoc poſſunt capi, detineri, carcerari, & etiam torqueri, vt indicent delinquētem per tex. in l.dominus horreorum.ff. loca.ibi no.Bar. & voluit Angelus & Sal. in l.ſi. C.de quæſtio. & Bart.in d.l.ſi.ff.de quæſtio. & ſequitur Bru. in tract.de indi. & tor. in 3.quæſtio princip.circa prin.& habetur per Marſ.in ſua pract.cri.in §.diligenter, nu.67. poſt Iaſ.in l. actionibus. col. pen. ff.de in litē iura. & per Blan. in repet.l.ſi. ff.de quæſtio. nu.413. Nouiſſime ad manus meas peruenit Practica Mar.

33 Ant.Blan. & in prin.nu.9.dicit affines & propinquos defuncti eſſe examinandos, & interrogandos, cur putent eius affinē cognatum, uel agnatum eſſe occiſum, & à quo; hoc tamen (inquit) fieri debere ſine Iuramento. eius què dicti aſſignat rõnem, quam dicit eſſe traditam à Bar.in l.3.§.ſin.ff.de adimen.legat. quia pſumũtur inimici capitales inculpati, & ideò eorum dictum non facit plenam probarionem. eorum tamē depoſitio facit, ut poſſit ad ſpecialem inquiſitionem perue nire. prout ita dicit notari p Roma.in l.ſi quis in graui. §.ſi quis moriēs.ff.ad ſylla. quod eſt uerum, ut iudex quoad ſe, poſſit procedere ad capiendum informationē, non aũt ut poſſit formare ſolemnem inquiſitionem per formationem capitulorum, ut uſitatur in Regno. Secũdus effectus habetur (ſecundum eum) ex dicto examine affinium & cognatorum occiſi, quia põt peruenire ad capturā inculpati per eos: hæc enim dicit ex mēte Saly.in l.abſente. C.de accu.& in l.2. C.de cuſto. reo.& Ang.in lib.male.in uerbo fama publica. Sed aduerte ꝙ Saly. in dictis duob. locis: non aperit de informatione capta ab affinibus, nec etiam Angel. Sed bene ꝙ præcedente aliqui informatione poteſt procedi ad capturam, & carcerationem.

nem. Tu tamen conſidera qualitatem in-
culpati,aſſinium & cognarorũ occiſi,nec
indiſtinctè procedas ad capturam . Non
enim obiter & per tranſennam,Imperat,
Seue.& Ant.Conſt.Tribu. Pleb. reſcripſe-
runt in l.accuſationis.quæ eſt l.fi. C.de ac
cuſ.detinendos eſſe accuſatores , & accu-
34 ſatos,donec expoſita verificētur,† ſentie
runt.n.multa per calumniam fieri ; vt ſic
miſeri patiantur. Non reddit rõnē Blan.
cur depoſitiones affiniũ & cognatorum
occiſi,fieri debeant ſine iuramento:quare
tu dicas ꝙ id fieri deberet, quia præſumē
dum eſt eos peierari & mentiri. Hodie au
tem hoc non ſeruatur;nam tales cum iu-
ramento interrogantur & male. Rurſus
idem Blan. Ibi. nu. 28. dicit,ꝙ ſi propin-
qui & affines occiſi, accuſant, non poteſt
ex eorum depoſitionibus peruenire ad in
quirendum de veritate criminis,ſed tan-
tum de infamia,ex tex.c.cum in iuuentu
te.de præſum.ar ſi non accuſent,etiam de
veritate criminis eſt inquirendum. Tu ta
men dicas,ꝙ ſiue accuſent,ſiue non accu
ſent,ex eorum dictis,deuenitur ad ſpecia
lem inquiſitionem , de veritate criminis
nedum de infamia : non tamē ad eam,ex
qua capitula formentur,& ita ſeruatur. Il
lud autem quod dr̄ in d.c.cum in iuuentu
te ꝓcedit de iure canonico , Rurſus vnus
deferebat, vnde incongruũ erat ex dicto
vnius,deueniri ad inquiſitionem de veri-
tate criminis . Item illa eadem ratio quæ
militat , iudicem non debere moueri ad
inquirendum de veritate criminis,ex di-
cto accuſatoris,eo quia non eſt idoneus,
illa eadem militat qñ propinqui non ac-
cuſant,conſtat tamen iudici eos eſſe pro-
35 pinquos & ſic non idoneos. INQVISI.
Sed nunquid hoc procedit indiſtinctè,vt
vicini poſſint capi,detineri,& ēt torque-
ri ad inueſtigandum delinquentem? IV-
DEX. Placet mihi dubitatio tua:& ideo
ſcias,ꝙ non eſt verum indiſtinctè, id qđ
ego ſuperius dixi,ſed procedit,& hēt lo-
cum in vicino malæ famæ, non , ſi eſſet
bonæ famæ,vt eſt de mente Bartoli in d.
4. dominium horreorum . & voluit idem
Bru.in d.tract.de ind.& tort. in 3. q.prin.
circa prin.& ſequitur Blan. in loco ſuprà
allegato. Verum ſi contigerit aliquē exa-
minari , vt teſtem ſuper homicidio com-
miſſo in ſua præſentia,vel ante eius apo-
thecam,ſtationem,vel domum,& tempo
re quo ibi erat , & neget ſe aliquid ſcire,
& probantur prædicta. item probatur, ꝙ
veriſimiliter , hic ſcire poteſt veritatem,
& velle eam occultare,nec ex aduerſo al-
legatur iuſta , aut rõnabilis cauſa ex qua
iudex poſſit dubitare , an ſciat , vel non
ſciat,ſed omnino apparet eum debere ſci
re veritatem,tunc ēt,ꝙ ſit bonæ famæ,pu
to poſſet torqueri,vt teſtem,non vt prin-
cipalem , vt dicat veritatem , per ea,quæ
36 infra nũc dicam. Si aũt homicidium,vel
aliud delictum fuerit commiſſum intra
domum, tunc examinentur omnes de do
mo. quia ipſi præſumuntur ſcire veritatē
eorum,quæ in domo fiunt.l.fi.C.de ſicar.
& l.in adulterij quæſtione.C.de adult. &
ibi Bal.niſi probetur fuiſſe abſentes tem-
pore commiſſi delicti , quia non præſu-
muntur eo caſu ſcire veritatem.l.1.§.hoc
autē ſenatus.ff.ad Sylla. intantum,ꝙ pro
inueſtiganda veritate dicti delicti poſsũt
37 dicti de domo torqueri . Adeo ꝙ ſi quin-
que ſunt in domo,& vnius ipſorum repe
riatur interfectus,& neſcitur a quo, licet
non poſſint ex hoc condemnari pęna ca-
pituli , poſſunt tamen torqueri , vt opti-
mè concludit Are.in li.male.in verbo fa-
ma publi.ver.quid autem ſi quinq;. & ſe-
quitur Blan.in rep.l.fi ff.de quæ. nu. 299.
& Par.de Pu.in lib.ſynd. in verbo,manda
uit.circ.fi.verſ.ſi reperiatur corpus & ſi v-
nus ipſorum eſt malæ famæ, ab eo debet
incipi tortura,ſecundum Ber.Land.in ad
38 di.Ang.vbi ſup. INQ. Sed nunquid indi-
ſtinctè procedat hoc dictum tuum? IV. Si
fuerint examinati vt teſtes,& negant ſe a-
liquid ſcire, nec allegant aliquam ratio-
nabilem cauſam, ob quam poſſint excu-
ſari à præſumpta ſcientia , torquebuntur
modo,& forma, vt infra cito dicam,ſi ve
ro fuerint examinati vtiꝫ principales in
ſe,& teſtes in alios,vt fieri ad ſolet,tũc,vt
poſſit ad torturam procedi,requiritur, vt
ſeruentur,quæ ſeruari debent in tortura,
quæ infertur reis inquiſitis . Proceditur
aũt ad torturam primo caſu, quando exa
minantur, vt teſtes illi, qui interfuerũt fa
cto,& negant,vel aliter habent notitiam
ipſius facti;& ſimiliter negāt,& per alios
conuincuntur,qđ interfuerunt facto, vel

ꝙ habeant notitiã facti, & ſufficit, ꝙ con
uincatur quis ẽt per vnum teſtem , qui ſit
dignior ipſo negante, ſecundum Bar. in l.
vnius. § teſtes. & l. is, cui. ff. de quæſt. quẽ
ſequitur Bru. in loco ſup. alleg. vel ſi ex-
traiudicialiter quis confeſſus fuit, ꝙ in-
terfuit facto, vel ꝙ habet notitiam facti,
& nunc negat. Nam probata dicta con-
feſſione extraiudiciali præſumitur ſcire
veritatem, & velle eam occultare. Quare
tunc torquetur ſecundum Bru. in loco ſu
pra alleg. num. 13. & habetur per Alex. in
conſ. 63. in lib. 1. & vide do. Lud. Rom. in
conſ. 505. in c. cum teſtis. & Marſ. in l. ex
libe. homi. in fi. col. ff. de q. & Ang. de A-
re. in li. malef. in verbo, fama publ. col. 8.
Et tamen notandum, ꝙ non torquetur
quis vt teſtis contra eum, in quem inui-
tus teſtimonium non cogitur ferre, vt eſt
tex. in l. 1. § ſi ſeruus bona fide. in fi. ff. de
quæſt. de quib. habetur in l. 4. & 5. ff. de te-
ſtibus. Item non torquetur domeſticus in
eum, cuius eſt domeſticus. vt l. maritus. ff.
de quæſt. & l. 1. § ad quæſtionem. co. ti. &
qui dicantur domeſtici notatur in l. etiã.
C. de teſti. & l pridem. C. de quæſt. Itẽ eſt
aduertendum, ꝙ ſi contra dictos teſtes ob
ſtarent aliquæ exceptiones, ut ipſorum fi
dẽ infringant dictę exceptiones dẽnt exa
minari, & diſcuti, antequam teſtes ipſi ſu
peruacuè torqueantur. caſus eſt ſm Bar.
in l. 1. § ſi quis dicatur. ff. de q. & ſequitur
Bru. vbi ſup. vbi infert, ꝙ ſi eſt vnus teſtis,
qui ſciret veritatem rei, & non eſſet om-
ni exce. maior, & ſic non faceret indiciũ,
non torquebitur. Sed hoc puto procede-
re, quando iudex ſolum vellet fundare in
tentionem, & inquiſitionem ſuper dicto
illius teſtis, ſecus ſi ſuper alijs indicijs Itẽ
eſt aduertendum, ꝙ non omnes teſtes ad
informationem curiæ torquebuntur, ſed
ſufficit duos, vel tres magis factum ſcien
tes torqueri. ſecundum Bru. vbi ſup. ſecun
dum Bal. in l. data opera. C. qui accu. non
poſſ. Eſt ẽt notandum, ꝙ cautè debet pro
cedi ad dictam torturam videlicet, ꝙ ap-
pareat in informatione ante omnia con-
ſtare de delicto in genere commiſſo, ſe-
cundum Bru. vbi ſupra per l. 1. §. Item il-
lud. ff. ad Sylla. Item debent apparere in a-
ctis probationes, ꝙ teſtes negantes ſciũt,
vel ſcire debent veritatem facti. ſecundũ
prædicta, vt latè docet Bru. vbi ſupra. IN-
QVI. An prædicta procedant, vt non ſer
uetur ſolemnitas. l. cuſtodias ff. de pub.
iud. vt debeat diſputari ſuper indicijs con
tra teſtes habitis, ſicut diſputatur de indi-
cijs contra aliquem, qui torquetur in ſe-
ipſum? IVD. Dic, ꝙ non vt habetur. per
Bar. in d. l. vnius §. teſtes. ff. de quæſt. & ha
betur per Bru. in loco ſupra alleg. in quo
loco habetur non ſeruari dictam ſolemni
tatem. l. cuſtodias. & probatur in c. regni
in ei. in accuſatis. Et ſimiliter, ſi proceda-
tur ad examen aliquorum teſtium & ali-
qui reperiantur vacillare, poſſunt torque
ri ad habendam veritatem ut l. ex libero.
ff. de quæſt. ꝙ non procederent, ſi eſſent
clerici, ſed aliàs de falſo puniuntur. vt l.
presbyteri. C. de epiſ. & cle. & ibi per Bal.
& habetur per Inn. in c. q̃m contra falsã.
de prob. & melius in c. cum in contẽpla-
tione. de reg. iu. & per Pau. de Elea. in cap.
grauis. de depoſi. Alij verò teſtes poſiti in
quacunq; dignitate torquentur, ſi vacil-
lant, vt l. nullum. C. de teſti. niſi ſint teſtes,
qui ex priuilegio iuris, vel aliter ſunt pri-
uilegiati, vt non poſſint torqueri. dicit
Bart. in d. l. ex libero. & ſequitur Brun. in
tract. de indi. & tor 4 q. 2. partis. & ibi di-
cunt, ꝙ quando teſtes vacillant, iudices
debent omnia ſcribi facere per notarium
actorũ, & notarius debet ſcribere ſub hac
forma, videlicet: Et mandauit, mihi ma-
gnificus iudex; ꝙ ſcriberem ꝙ dicti teſtes
vacillabant, mutabant colorem in facie,
& ita mihi viſum fuit. & hoc præſentibus
39 ipſis teſtibus audientib. & intelligentib.
Si verò homicidium fuerit commiſſum
in aliqua ſtrata, ſeu contrata, fortè extra
ciuitatem, iudex debet inueſtigare, & per-
quirere frequentantem illam ſtratã, quia
contra eum oritur præſumptio, & indi-
cium, quòd ipſe fecerit ſecundum Ange.
in l. iuſto errore. ff. de vſucap. & ſequitur
Marſ. in d. §. diligenter. num. 108. ipſum-
que diligenter examinet, quia vel ipſe ap
parebit ꝙ fecerit, vel ꝙ ſciat. INQVI.
Sed nunquid hoc indiſtinctè ſit verum?
IVD. Ita tamen procedit id, quod dixi, ſi
erat ſolitus talia perpetrare, ſecũdũ Lud.
Rom. in l. 1. §. hoc reſcriptum. ff. ad Sylla.
40 non aliter, & ita procedat. FIS. Solent do
mine iudex, vt plurimũ nõnulli teſtes re

ſuſare

cuſare de non ſe examinando, dicentes, quòd ex priuilegio, vel aliter non coguntur teſtificari. qualiter ergo debent in hoc iudices prouidere. ¶ I V D. Libenter dicam. ſcias ergo, quod quædam perſonæ enumerantur in l. lege. Iul. ff. de teſti. quę inuitæ ad teſtimonium ferẽdum non coguntur, vt gener aduerſus ſocerum, & ecõtra, priuignus aduerſus vitricum, & econuerſo, agnati aduerſus agnatos, affines aduerſus affines, collaterales vſque ad tertium gradum, liberti contra patronos, & eorum liberos, & econuerſo, vxor contra virum. Iſtæ enim perſonæ non poſſunt per iudices cogi, vt ſe examinari ſinant. Verum ſi aliter veritas haberi nõ poſſet, poſſunt compelli ad teſtificandum, ſecũdum Spe. in ti. de teſt. ver. nunquid frater. & ibi per Io. And. in addi. verſ. ſupra. excipit tamen ipſe Io. Ant. libertum, per l. libertorum. C. de teſtib. & ſocerum, qui habetur loco parentis. l. quia. ff. ſol. ma. & ſic etiam vbi aliter veritas haberi non poteſt, libertus, filius, & gener non compelluntur teſtificari contra ſuos. ſed communis eſt ſententia canoniſtarum, quòd vbi aliter veritas haberi non poteſt, priuilegiati compelluntur teſtificari, vt in c. 1. & c. cum peruenit. extra de teſti. cogen. ſecundum Alber. in l. inuiti. de teſtib. & firmat alter Alb. in trac. de teſti. in c. qui teſt. non cogan. teſti. & eſt deci. cap. Tolo. ſub nu. 354 Imo. & Ant. Sicul. in c. delictorũ. de teſti. cogen. Bar. poſt gl. in d. l. multi. & idem procedit in clerico, vt non cogatur teſtificari, ſi aliter veritas haberi non poſſet, ſecundum gl. in c. ſuper eo. de teſt. cogen. & in c. ſtatuendum. 2. q. 6. & Hoſt. in ſumma, de teſti. §. 1. Goffr. in ſumma eiuſdem ti. Imo. in d. c. delictorum. de teſtib. cog. & Abb. in c. 1. eod. tit. & quod veritas aliter haberi non poteſt tenetur probare ille, qui eos producit. ſecundum Aur. Gemi. & Imo. in d. c. delictorum. & Abb. in d. c. ſuper eo. tit. & quando teſtes dicantur inuiti, reſponde quando citati ad deponendum venerunt, & allegauerunt eorũ priuilegium petendo non eſſe cogendos ad deponendum, quo non obſtante, iudex compulit eos teſtificari, non quãdo fuerunt tantum citati, & eis fuit factum mandatum, quod deponant, & illi depo-

fuerunt non allegantes priuilegium, ſecundum Alber. de Roſ. in d. l. lege Iuliæ. ff. de teſti. ¶ Quidam ſunt teſtes, quos iudex non poteſt compellere ad ſe venire, ſed ad eos debet accedere, vel mittere, vt ſunt ſenes, valetudinarij: vt ſunt maiores. 70. annis, & alij notati in l. inuiti, de teſti. Qñ autẽ veritas haberi non poteſt, & eo caſu coguntur deponere, non autem venire perſonaliter ad iudicem, ſecundũ Alb. & c. doct. in d. l. inuiti. & Alb. Bergo. in d. tractat. de teſti. in loco ſupra citato. Sunt & alij teſtes, qui cogi non poſſunt teſtificari; vt ſunt magiſtratus, qui tamẽ, ſi publica vtilitas ſuadet etiam teſtificari coguntur, quando aliter veritas haberi non poteſt. ſecundum Alb. in d. loco per l. gradatim. §. quoties. ff. de mun. & hon. ¶ Nõ cogitur teſtificari mulier prægnãs, ſecundum Bal. & Flori. in d. l. inuiti. facit l. 2. §. ſi verò propter. ff. ſi quis cau. Idem Bal. in l. imperator. ff. de ſtat. hom. Quod facit pro vulgari opinione mulierum dicentiũ, quòd non licet mulieri prægnanti iurare, & ad id cogi nõ poſſe: quia ſi nõ coguntur teſtificari, ergo nec iurare, cum debeant teſtes eſſe iurati. Sed illud intelligi debet ſecundum Bartol. in d. §. ſi verò. quod non tenetur mulier prægnans perſonaliter in iudicio comparere: ſed iudex debet mittere actuarium, vt iuret, & deponat, per l. ad egregias. ff. de iureiu. & idẽ, ſi nõ ſit prægnans, vt in c. mulieres. de iud. lib. 6. Adde quòd egregiæ perſonæ cõpelluntur ad iudicium venire ad ferendũ teſtimonium, in cauſis criminalib. text. in d. l. ad egregias. procedit in ciuilib. ita d. Abb. in c. 1. in fi. per gl. ibi de teſti. coge. tenet Fel. in c. ſi qui teſtium. 1. col. extra de teſti. & ſequitur Gomez. in c. mulieres. extra de iudi. num. 38. cum ſeq. & ſic etiã dicerem de mulieribus prægnantibus; ſi iter non ſit longum, & nõ ſit periculum,
41 & ipſæ non ſint nobiles. ¶ INQVI. Nunquid indiſtinctè teſtes poſſint euocari de vna ciuitate in aliam ferendi cauſa teſtimonium? ¶ I V D. Optimam rem tetigiſti, & ideo aduertendum eſt per iudices quo ad teſtes euocandos: quia debent explorare, quæ conſuetudo in ea regione ſit, in qua iudicant. Nã ſi probabitur in ſępe in aliã ciuitatẽ teſtimonij gratia ple-

roſque

roſq; euocatos, non eſt dubitandũ, quin euocãdi ſint, quos neceſſarios, in ipſa cognitione deprehenderint, qui iudicant. l. 3. §. ſi. ff. de teſt. Aliàs ipſi accedant, vel ad eos examinandos actuarium mittant, vel eorum receptionẽ alteri committant. ꝙ raro debent facere iudices, & propè ſolũ in criminalib. arduis. Adde ꝙ magna curia cõſueuit non euocare teſtes examinãdos ad defenſionem alicuius, niſi facto
42 depoſito pro dictis teſtium ¶ FIS. Quonam ordine, & de quo debẽt interrogari teſtes? ¶ IVD. Debent interrogari de ſingulis circunſtantijs: videlicet de cauſis, perſonis, loco, tempore, viſu, auditu, ſciẽtia, credulitate, fama, & certitudine. ca. cum cauſam. ext. de teſt. de qualitate tamen tẽporis, an nubilum fuerit, an ſerenum tempore commiſſi delicti, maximè quando ſunt ſuſpecti teſtes. Quia tunc ẽt de minutiſſimis circunſtantijs: de veſtium colore, veſtitu, cæterumq; rerum exactiſſima qualitate indagabit, vt videlicet explorare poſſit num ſuſpectorum teſtium fides adſtipuletur, ar. l. is, apud quem. C. de edẽ. Iudicantem enim oportet cuncta rimari, & ordine rerum plena inquiſitione diſcutere. 30. q. 5. c. iudicantem ſcdm gl. in verbo ex tpe. §. in teſtib. conſiderandum. Debent ẽt interrogari, quo genere teli ſit facta percuſſio. Nam animus occidẽdi probatur ex qualitate percutiendi Debet inſpici, quo gladio, baculo, aut lancea: & ſi talis percuſſio fuerit facta in capite, aut alia parte corporis. Quia cum graue ſit inſtrumentum, non ſolent leuem plagã inferre. Debent ẽt teſtes moneri, vt verum dicant prætermiſſis prece, odio, & amore, habentes reſpectum ad Deum, qui eſt ſumma veritas & ob id de veritate dicenda debent iuuare tactis ſacroſanctis euangelijs, vt l. iuſiurandum. C. de teſti. & cap. quanquam. 14. q. 2. & 35. q. 6. de parentela. vt quæ in veritate rerum nouerint, pro feſſione ſuę teſtificationis aperiant, & nõ admiſceant falſitatem teſtimonio. c. hortamur. 3. q. 9. & l. presbyteri. C. de epi. & cle. Debent deſignari nomina teſtium, & eorum cognomina, vt quid, & a quib. dictum ſit appareat. vt c. qual. & quan. de accu. Debent etiam annotari qualitates teſtium in eorum depoſitionib. quia eorũ fides approbatur ex illorum dignitate. vt in auth. de teſt. §. ſancimus. Vlterius conſiderata qualitate delicti, conſideret, quæ indicia potuerint concurrere ad illud, de quo quærit, ſicque de illis interroget teſtes. Oriuntur. n. indicia ex perſona, & ideo de fama, conuerſatione, conſuetudine, natione, conditione, fortuna, ætate, ſeu nomine, phiſiognomia, & pallore interrogabuntur teſtes propter. n. malam famam delinquentis, facilè præſumitur de inſidijs & dolo. c. 6. lib. iudi. l. 4. ff. de ſuſp.
43 tut. † mala Conuerſatio eſt malę actionis iudicium. Gui. de Suz. in tit quę & qualia, & ſecundum Cice. ex conuerſatione & victu multæ trahuntur ſuſpiciones. libro 1. de inuen. tit. 13. Conſuetudo item delinquendi indicium præſtat. ex Gand. in tit. de præſum. de quo aliqua alibi dixi. Natus ex mala progenie habet contra ſe pręſumptionem. Secundum Gandi. in titulo
44 de præſump. & indi. dub. † Ex mala item phiſiognomia mala præſumptio ſuboritur. Bal. in l. 2. C. quorum appe. non recipia. Malum nomen habet aliquid ſuſpitionis. Rurſus pallor, & ſimilia aliquid in
45 dicant. vt per Doctores in ſuis locis. † Et quia delicta non ſine cauſa committi ſolent, ideò inueſtiget & quærat iudex, de cauſa; Cauſa enim eſt ea quæ induxit, aut inducere potuerit ad maleficiũ perpetrãdum, vt propter ſpem aliquam commodi, aut propter euitandam incommoditatem aliquam, ſicque quæratur, num propter maleficium quis acquiſierit commodum, num honorem, num pecuniam, nũ dominationem, num aliquam cupiditatem amoris, aut huiuſmodi libidinis voluerit explere: aut num propter maleficiũ euitauit quod incommodum, vt inimicitias, infamiam, dolorem, vel ſupplicium. Quærat inſuper, ſi delictum alij nemini niſi inquiſito potuerit eſſe bonum, & vtile, vel alium neminem potuiſſe perficere, niſi illum, vel alium alijs rationibus, aut non potuiſſe, vel non æque commode potuiſſe. ſecundum Cicer. lib. 2. c. 1. ad Herenn. Quęrat etiã indicia à loco, num locus fuerit celebris, an deſertus, an tunc cum id de quo quæritur factum ſit, fuerit ſolitudo, an fuerit aptus ad id faciendũ, an fuerit ſacer, publicus, vel ꝓfanus,

an locus priuatus; nũ qui eſt paſſus, per ſpectus, aut exauditus eſſe poſſit. Quærat etiam de tempore, uidelicet: qua parte anni, qua hora, nocte, an interdiu, & qua diei, & qua noctis hora factum eſſe dicat nunquid ſatis ne longum fuerit ad eam rem tranſigẽdam, & potuerit ſciri, & præuideri ſatis ad id perficiendum ſpacij futurũ; parui enim refert ſatis ſpacij fuiſſe ad id perficiẽdum: ſi id añ ſciri, & rõne prouideri non potuerit. Quæratur de occaſione habita ad delinquẽdum, nũquid idonea fuerit ad rem adoriẽdam, an alia melior, quæ aut prẹterita ſit: aut nõ expectata. Verbi gratia cõmiſſum eſt maleficium homicidij, prætenditurq́; quòd homicida, ut committeret homicidium, ſecum duxit occiſum, in domum ſuã ad epulandum, tunc quæratur ſi illa occaſio fuerit idonea, & ut dixi ſupra. Quærat argumẽta ex tempore præterito, inueſtigãdo ubi fuerit uiſus, eum quo uiſus ſit, nũquid apparārit, num quem conuenerit, nunquid dixerit, num quem habuerit de conſcijs, de adiutoribus, de adiumentis; num quo in loco præter cõſuetudinẽ fuerit, aut alieno tempore. Ex inſtante tpe quærat, num uiſus ſit, cùm delinquebat, num qui ſtrepitus, clamor, crepitus exauditus ſit: aut denique nũquid aliquo ſenſu perceptum ſit, aſpectu, auditu, tactu, odore, guſtatu. Nã quiuis horum ſenſus poteſt conflare ſuſpitionẽ. Ex conſequẽti tempore, quærat, num commiſſo delicto aliquid relictum ſit in loco, quod indicet aut factũ eſſe maleficiũ, aut à quo factum ſit, uerbi gratia (ſecundum Cicero. 1. 2. ad Heren.) factum eſſe, hoc modo ſi tumore aut liuore decoloratum eſt corpus mortui: ſignificat cũ ueneno necatũ: A quo factum ſit, hoc modo: ſi telũ, ſi ueſtimentum, ſi quid eiuſmodi relictum ſit: aut ueſtigium rei fuerit, aut ſi cruor in ueſtimẽtis, aut ſi in eo loco comprehenſus, aut uiſus ſit, tranſacto negocio, quo in loco res geſta dicatur. Quęratur etiam de conſecutione, uerbi gratia, q̃rat ſi adſcitus, cũ ad eum uentum ſit, erubuit expalluit, titubauit, incõſtanter locutus ſit, cõcedit; pollicitus ſit aliquid, quæ ſigna conſcientiæ ſuut. Et ſic de ſingulis.

46 ¶Et ſi petierint teſtes exhiberi eis hominem, de quo deponunt, exhibendus eſt, ut eũ recognoſcāt, & hęc exhibitio fieri debet cũ indumentis, & qualitatib. eius, ſecundum Bar. in l. ſi cum exhibuiſſent. §. antè autem. nu. 2. ff. de pu. & uectig. & l. ſtigmata. de fabri. lib. 11. & probatur in l. 3 §. ſi qus noxali. Nec dẽt ad oculũ demonſtrari, quia daretur materia fabricandi falſum. ſed conſtituto reo inter duos, uel tres, interrogentur teſtes quis eorũ uidcatur. & ſit ille, de quo deponunt in eorum depoſitionib. & ita ſeruat magna cu

47 ria uicariæ. ¶FISCVS. Nunquid ætas teſtium debeat deſignari, & apponi in depoſitionibus eorum? IVDEX. Certè ſic, ut talis teſtis eſt annorum. 31. & hoc fit, quia in teſtibus requirit, ꝙ ſint maiores. 25. annis, ut l. in teſtimonium. in fi. ff. de teſti. Impuberes ergo, & paruuli teſtes non poſſunt in cauſis criminalibus examinari. Quia omne quod teſtib. adſtipulatur, adiuiationis adiectione affirmare debent, ut in c. 1. 22. q. 1. & c. quamquàm. 14. quæſt. 2. Sed paruuli, ſiue pueri añ annos quatuordecim non cogunt iurare: quia ſine ętate rõnabili ſunt ut c. paruuli. & cap. pueri. 22. q. 5. Igitur non poſſunt eſſe teſtes, quia iurõ dẽt adeſſe iudiciũ, ut 4. quæſt. 3. c. 1. & hæc ætas neſcit quid agat ut. C. de fal. mone. l. 1. nec põt impubes periurare. unde ſacramentum calumniæ præſtare nõ poteſt. l. qui iuraſſe. ff. de iuretur. Quę omnia non procedunt, ubi aliter ueritas haberi non põt. quia tunc infans, & impuberes admittuntur, nõ ad plenam probationẽ, ſed ſaltem ad faciendum indiciũ. per ea, quæ late ſcribit Hyppo. de Marſ. in l. infans. ff. de ſicar. Itẽ dictum iſtorum ualidatur, ſi adeſt depoſitio alterius teſtis omni exceptione maioris idem deponentis. ſm Bal. in l. ſi quis. §. quid enim. in prin. ff. de eden. & Iaſ. in l. cunctos populos. C. de ſum. tri. & ſi. cath. & poſuit Ioan. Mill. in practica cri. in gl.

48 ætatis. fol. 25. ¶F IS. Quid ſi ſunt aliqui teſtes, qui in eorũ depoſitionibus aſſerũt ſe nõ cognouiſſe offenſorem per nomẽ, & cognomen, & tamẽ dicunt, quòd ſi uiderent, cognoſcerent, & offenſor ipſe nõ eſt in fortijs curiæ, ut poſſet exhiberi teſtibus ſecundũ ſupradicta, quid eſt faciẽdum? ¶IVDEX. Debent deſignari ſigna, quæ

quæ habebat offenſor: qualitas perſonę, quæ indumenta,& veſtimenta portabat: quam faciem habeat: & ſi eſt iuuenis,uel ſenex. ſecundum Bar. in l.1.C.de mendi. valid.lib.11 Nã per caput, cuius ſit imago,cognoſcimus. l.cùm quis.ff.de reli.& ſump.fu. & l.item apud Labeonem. § cũ ou:s.ff de iniu.& Io.Mil. in d.prac.cri.in gl.prolixa.Barba fol.20.& Ang de Aret. in l.b.malefic.in verbo, hæc eſt quędã in quiſitio,in fi. vbi quærit an poſſit formari inquiſitio, quãdo neſcitur offenſor.& per Marſ.in practica. § principiũ.nu.17.
49 in fi. ¶FIS. Quid ſi accuſator paucos teſtes pduxerit, an male faciat iudex, ſi ex officio alios examinauerit à querelante nõ productos? ¶IVDEX. Dicas, ꝙ non ſecundum Bar. in l.1. § ſi quis vltra.ff.de quæſtio.& no.per omnes ſcriben.in l.idẽ eſt.§.ſi tibi ff.de condict.ob tur.cau.& in auth.de tabellio. §.pri.col.4. cum ſequẽ. cum ſua glo & extra.de calum.de tegen.
50 c.1.& glo. ¶INQVIS.Sæpè vidi in capiẽdis informationibus examinari inimicos, & pro parte inquiſiti inſtari, ꝙ non recipiantur,quia ſunt inimici,& hoc nõ obſtante recipiuntur, an bene fiat? ¶IVDEX. Si tempore, quo examinantur teſtes compareat quis, & dicat non procedi ad examen teſtium, quia ſunt eì capitales inimici, de qua inimicitia in promptu offert verificari, quia ita debet exponi, certè impeditur examen, & debent iudices ipſi, ſummatim cognoſcere de allegata exceptione inimicitiæ,ſecundum Bar. & Marſ.in l.1. §.ſi quis dicatur.ff.de quæſtio, & habetur per Gram. deciſ.34.num. 47. vbi dat modũ obijciendi de inimicitia.Hodie autem, parum refert, ſi opponatur de inimicitia teſtium, quia proceditur ad examẽ, & reſeruatur exceptio ad tempus repulſæ. Eſt tamen vtile & bonũ facere dictam obiectionem propter pręeminentiam, licet iudices ſuperiores parum curent. & male. & eſſet grauare par-
51 tes. ¶FIS. Quid ergo ſeruabunt iudices, ſi procedendo ad examinationẽ aliquorum teſtium alias forte ſuper eodẽ facto examinatorũ, & uolũt ipſi teſtes ſigillatim deponere, ſed dicunt referre ad eorum examen aliàs factum? ¶IVDEX. Dicas, quòd ſi iudic.b.s u debũtur teſtes ipſi ſuſpecti non pñt cogere ipſos ad iterũ ſigillatim deponẽdũ, nec tenẽtur admittere reſpõſionem eorum, quòd ſe referãt ad aliàs dicta, ſecundum Bal.in l.1. §.editiones. in fi.1.col. ff.de eden.& in l. fi.C.de teſti.in fi. Eſt enim in arbitrio iudicis admittere talẽ reſpõſionẽ. vel non admittere, ſecundũ Bar.in l.eos. ff.de fal. bene uerum eſt, quòd Bar. ibidẽ dat cautelã ipſis teſtibus, vt petãt exhiberi, & legi eis depoſitionẽ aliàs per eos factã, & ad hoc iudices tenẽtur,ut ẽt per Marſiliũ habet in loco ſupra alleg.de quo p Boer. in deciſ.108. pri. parte. Et eſt aduertẽdũ, quòd qñ teſtes dixerint, ſe referre ad eorũ examen,tunc tu Fiſce debes cõparere, & inſtare,ac petere, ꝙ iterum examinentur per extẽſum,& uarijs interrogatorijs interrogentur, ex quo ipſos habes ſuſpectos, ut docet Gra. in deciſ.34. num. 40. Tunc enim iudices licitè procedunt ad eos examinãdos,ut cõſuluit Alex.cõſ.90.
52 in 4.lib. & conſ 154. 5.col.in 5.lib. ¶FISCVS. An iudex teneatur admittere illã proteſtationem,quàm ſæpe teſtes faciũt, dico,prout dixi in alia depo.& ſi aliter dixero.vel depoſuero,id eſt ex obliuione,& ſemper intẽdo perſeuerare in prima depoſitione.¶IVD. Dicas,quòd ſic,ſecũdũ Bar.& Marſ.in l.eos. ff.de fal.& operatur iſta proteſtatio, ſi aliter dixerit. in 2.quã
53 in 1. ꝙ non erit varius teſtis ¶FIS. Quia ſupra mihi dixiſti, quòd teſtes, qui cogi nõ poſſunt priuilegio iuris, vel aliter,ſi aliter ueritas haberi nõ põt, poſſint cogi deponere, an id verũ ſit ut etiã p torturã cogantur? ¶IVD. Amode. de Caſte.in tract.ſyndi.in glo.in eo, quòd poteſt officialis plures capere,detinere,in fin.dicit, quòd ſic.quem ſequitur Bru.in trac.de indi.& tormẽ. in 5.q.2.partis.n.18. & Mar. in l.1.§.ſi ſeruus bona fide. ff.de quæſt.& Rom.in ſing 393.incip. tu habes.Saly.in
54 l.ex conſen.C.de rep. ¶FISC. Quid faciãt iudices, qñ teſtes examinati voluerint forte corrigere eorũ dicta, an admittant dictam correctionẽ, & eã ſcribi faciant? ¶IVD. In continẽti licet teſtibus corrigere eorum dicta,nõ ex interuallo,ut eſt caſus in c.præterea extra, de teſti.cogẽd. & glo.in auth.de teſti.§.quare verò.& ſic quando in cõtinẽti corrigunt, debet admitti

mit:,& ſcribi talis correctio, ſi iuſtã cauſam correctionis allegent,& hoc ipſis iudicibus videbitur. Qñ aũt ſimpliciter corrigunt dictum eorum, nec dicunt priorẽ teſtificationem ſe corrigere velle, tũc pu nientur vt varij, per l.eos. ff. de fal.& ibi not.Bart.in 3. contrario. & qñ dicatur in continenti omnes doc.in d.c.præterea.te nẽt, ꝙ antequam ſint loquuti cum parte, & è conſpectu iudicium exeant, vt tãgit pulchrè Tind.in tract.de teſti. diſcor. ſeu var.in 4 c.d.tract.vbi dicit ſibi videri, ꝙ ſi teſtis ſit nobilis,& veridicus, erit arbitriũ iudici admittere correctionem ex interuallo, vel non admittere: & ſi ſint aliqui teſtes,qui dixerint ſe neſcire, eos poſſe ẽt ex interuallo dicere,ſe ſcire, vel ſe recordari,licet non indiſtinctè, vt per doct.in d.l.eos.& habetur per Tind. in d.tract. in
55 loco ſupra alle. ¶F I S C. Quid verò, ſi teſtis obſcurè depoſuit, vel diminutè abſque cauſa ſcientiæ,vel aliter,an qñcunq; põt iudex ipſum repetere, vt declaret dictum ſuum? ¶I V D.Certè ſic. quia in eo ceſſat timor ſubornationis. vt ext.de teſti. c.cum clamor.& ibi per gl.& doc.& c.per tuas eo.tit.& facit l.repeti. ff.de quæſt.in prin.& ibi.no. Bar.Sed hoc eſt verum, qñ teſtis dictum eſt adeò obſcurum, ꝙ nullũ habet intellectum, ſed ſi poſſet varijs modis intelligi,tunc iudex non deberet teſtẽ repetere, ſed eius dictum interpretari ſecundum cõſuetudinem,ſi poſſet. aliàs in partem benigniorem, & his ceſſantib. ſtare debet verborum ſignificationi, omnibusq; deficientib.debet dictum teſtis con tra producẽtem interpretari,per c.in præ ſentia.ext.de prob.& refert Inn.ext.de teſti.c.cum clamor.in gl.vlt.in fi. & ſequitur Tinda.in d.tract. de teſti.varia.in 4.c.
56 ¶FISCVS Dixiſti mihi paulò ante,quod teſtes vacillantes poſſunt torqueri ad habendam veritatem, nunquid teſtis deponens prima vice per verbum,credo,& ſecunda vice per verbum aſſertiuum verita tis dicatur vacillare? ¶I V D. Dicas,ꝙ regulariter non, immo creditur dicto ipſius ita deponentis,ſecundum gl.ord. ab omnibus approbatam,in l.tutela.C.de in int.reſti.in 2.lect.facit l.peregre.in prin. ff.de acq.poſſ.& hoc vult expreſſe Iac.de Are.in l.2 §.quod obſeruari.C.de iura.calum.& Bal.in 10.col.de not.feu.c.1.§.uo tandum.& verum hoc intelligitur, quando iudici licitum eſt hunc teſtem examinare,& repetere: & quando teſti licitum eſt dictum ſuum corrigere. quod quando fit ſupra dixi. Item id procedit, quando cauſam nouæ credulitatis aſſignat, quia aliàs diceretur vacillans, & eius dicto nõ ſtaretur. Item id verum eſt, præterquam in caſib.in quib. ſtatur teſti deponenti de credulitate,vt plenè per Tindar. in tract. de quo ſup.in c.5.in prin. ¶FIS. Sed quid
57 ſi teſtis non vult corrigere dictum ſuum, ſed vult addere, an debeat ſcribi eius additio? ¶I V DE X. Dicendum eſt, ꝙ ſic.& hoc antequam teſtis exeat conſpectum iudicis:quia videtur vna depoſitio cum prima.arg.ff.de teſt.l.hæredes palam. §. ſi.l. continuus.in prin.ff.de verb.obli.& ff de duo.reis.l.duos reos. & l. quod ait lex.§. ſi.de adult.Si autem adderet poſtquam loqui potuit cum partib.tunc quidem audiri debet, ſed minor fides ei datur.arg.no. in auth.de teſti.§.quia verò.& voluit hoc Io.And.in c.præterea,ext.de teſtib.& ibi.
58 Io.de Imo. ¶F I S. quid ſi teſtis priuice dicit ſibi uideri, demum iterum examinatus deponit per uerbum ueritatis aſſertiuum,an hic uarius dicendus eſt,uel uacillans,ut poſſit torqueri? ¶I V D. Dicas,ꝙ non dicetur uarius, nec uacillans, immo ſtatur ſecundo dicto,per tex. cum gl.in l. qui bona.§ ſi quis ſtipulaturus.ff.de dam. inf.& l.3.§. duæ cauſæ. uerſic.finge.ff.ad Carb.quod intelligitur, ſecundum quod ſupra proximè dixi,quando deponit per
59 uerbum,credo. ¶F I S. Sed an ſit idem,ſi prima uice teſtis deponit dubitando, & deinde iterum examinatus deponit affirmando? ¶I V D.Per omnia idem eſt,per text.in l.ſed ſi quacunque.in fin. iuncta l. item quæritur.§. idem Iulianus. ff loca. Nam in l.ſed ſi quacunque.in fi. Iuriſcon ſultus ſuper illo caſu dubitat.ſed in d.l.itẽ quæritur.§.idem Iulianus.illum caſum ſine dubitatione decidit, & tamen non dicitur uarius,ſed prædicta intelligas,quãdo contingunt hæc in diuerſis depoſitionib.diuerſis temporib.factis,ſecus, ſi eodem tẽpore:quia tunc diceretur teſtis uacillans. & ita procedant quæ ſupra dixi ſecundum Tindar.in d.tracta.de teſti.ua.

60 in c.7. ¶ F I S. Quid ſi teſtis dicit vna vice, ſe neſcire, deinde iterū examinatus dicat, ſe ſcire, an & hic dicatur varius teſtis? ¶ IV. Diſtingue aut teſtis, qui pri. vice dixit ſe neſcire, producitur iterum in eodē iudicio ſuper eodem, & ab eadem parte quæ prius eum produxerat, vel ab aduerſario: & hoc caſu ſi dicat ſe ſcire, ei non creditur quia hic teſtis per hanc viam nō poteſt iterū produci, & præſumitur ſubornatus, vt eſt caſus in l. produci. ſecundum vnam lect. ff. de teſti. Interdum reuertitur teſtis, qui prius dixit, ſe neſcire, proprio motu ad corrigendum eius dictum, dicēs fortaſſe ſe rememoratum. & eſt idem, ſi illud facit ex interuallo propter timorem subornationis & ita procedat deciſi. Do. de Ro. 22. Interdum teſtis, qui pri. vice dixit ſe neſcire, vocatur à iudice ex eius officio ad eius informationem, quia forſitā perpendit teſtem eſſe rememoratū, vel ad declarationem aliquam, vel aliquam additionem, quod poteſt facere iudex. vt ex tra, de teſti. c. cum clamor. & hoc caſu ſtatur ſecundo dicto, nec dicetur varius, vt optimè concludit Tindar. in trac. de teſt. var. in 8. c. & voluit Ang. in l. quidam tabularum. ff. de fur. & Iac. de Are. in l. 2. §. quod obſeruari. C. de iura calum. & Bar. Io. de Im. & Ang. in l. qui bona. § ſi quis ſtipulatus. ff. de dam. inf. quod eſt verum niſi prima vice deponeret per verbum neſcio, poſtea verò affirmatiuè, videlicet, ſcio, tantum, & non plus, vel quid ſimile quia tunc dicetur varius. vt plenè dicit Tindar. vbi ſup. Adde Crau. conſ. 6. nu. 6. 45. & 46. vbi plenè. ¶ INQV. Nunquid teſtes domeſtici familiares producti per accuſatorem debeant recipi, & examinari? ¶ IVD. Dicas, ꝙ non c. in literis. ext. de teſti. Teſtes igitur eos, quos accuſator de domo produxerit, interrogari non placuit. l. pe. ff. eo. ti. de teſti. cum & iure ciuili domeſtici teſtimonij fides improbetur. l. 2. C. eo. tit. & familiæ appellatione omnes, qui in ſeruitio ſunt, continentur etiam liberi homines, qui bona fide alicui ſeruiunt, vel alieni. accipe eos quoque, qui poteſtate eius ſunt. l. addes etiam. §. familiæ. ff. de ædi. edi. & l. pronunciatio. §. familiæ. ff. de verb. ſig. Domeſtici dicuntur colonus, ſeruus, aſcriptitius, familiaris, libertus. l. vlt. §. ſanè. C. de his, qui ad eccl. cōfug. item domeſticus eſt mercenarius, qui opera alicui locat. l. reſpiciendum. §. furta domeſtica. ff. de pœ. Domeſtica quoque eſt vxor, & coniux, cum appellatione familiæ comprehendatur. l. quicunq;. C. de re milit. lib. 11. ſed vbi aliter veritas haberi non poteſt, & domeſticorum & familiarium iuris interpretes teſtimonium admittunt, ſecūdum Pan. in c. vlt. ver. ſed quia, ſupra dixi. de his, quæ vi met. cau. fiunt. Proinde ſiquid nocturno tempore paterfamilias amiſerit, probare hoc poterit per ſuos domeſticos, ſi dicant pridie eas res ſe vidiſſe, & nocte furem fuiſſe in ædibus illuſcente die ſe illas res amplius non vidiſſe, vel ſi paterfamilias dicat ſibi datam, ſeu factam eſſe vim, nocturno tēpore, effractas eſſe fores, ſeu quid ſimile, teſtimonium domeſticorum fidē faciet. arg. l. conſenſu. C. de rep. Quoniā (vt ait tex.) non facile quę domi geruntur per a-
61 lienos poterunt ſciri. ¶ F I S. Quinam propriè dr̄ teſtes varij, vacillantes & contrarij? ¶ I V D. Dicas. ꝙ teſtis varius dicitur, qui primò dicit vnum, poſtea aliud dicit contrarium, nullam variationis cauſam aſſignando. ita dicit Io. And. in c. propterea, de teſti. cogen. Cōtrarius dicitur, qui dicit duo incompatibilia, vt ſi teſtis dixerit, quòd interfuiſſet tali die, & hora celebrationis talis contractus, & poſtea dicat eodem tempore ſe fuiſſe in alio loco multum remoto. nam talem appellamus contrarium, eò, quia duo ſimul incompoſſibilia teſtificatur. Vacillās autem dicitur, qui dubitando, & timendo loquitur. de quo per Bald. in l. eos. ff. de fal. vbi plenè. & ꝑ Spe. in ti. de teſt. §. 1. ver. quòd autem teſtes. & hanc declarationem Io. An. in c. præterea. ſequutus eſt. But. ibi. Poteſt tamen aliter dici teſtis varius ſecundū Im. ibi. quando quis dicit Titium emiſſe eadem die domum Sempronij, deinde teſtificatur Titium emiſſe domum Sempronij vnà cum vxore ſua. Nā hinc propriè dicitur variare, ex quo pri. dixit Titium ſimpliciter emiſſe domum, dehinc [illegible] ait Titium cum vxore. Et hæc expoſitio variationis magis placet Alb. de Ro. Bergo. in trac. de teſti. in 5. & vlti. parte. in prin.
63 ¶ F I S. Quomodo cogentur teſtes teſtificari?

ſtificari? ¶ I V. Dicas, quod cōpellet eos mulcta in dicta, & captis pignoribus, ſecūdū Bal. & Io. de Pra. in l. quib. diebus. in prin. verſi. nota iſtud principiū. ff. de condi. & demon. per Inno. in c. 1. in glo. in verſi. compellas. de teſti. cogen.

64 ¶ F I S. An iudex licitè poſſit aſſecurare teſtes, vt veniant tutti ad deponendum? ¶ I V D. Dicas, quòd ſic ſecundum Spe. in titu. de teſt. §. qualiter autem. verſic. debet quoq;. nu. 13. per c. hortamur. 3. q. 9.

65 ¶ I N. Nūquid iudices debeāt prouidere vt teſtes habeant ſumptus à querelāte ꝓ ducēte? ¶ I V D. Dicas, quòd ſic. l. quoniā liberi. C. de teſti. & in auth. de teſt. §. & q̄m. iuncta glo. in verſic. obſeruationib. col. 5. & c. ſtatutū. § proferēdo. de reſcri. li. 6. & procedit etiā, ſi dicti teſtes coacti depoſuerint, ſecūdum Spe. in tit. de recu. § affectus. ver. ſed quis. Magna curia vicariæ ſeruat fieri facere depoſitum, pro expenſis & dictis teſtium, cùm illos cōtigerit euocari, ad deponēdum, pro reis. quando autem euocatur pro accuſatore, non vidi ſeruatum deponi expenſas, ſed debet ſeruari quòd ſic. cùm eadem ſit rō.

66 ¶ I N. Iudies video iudices in capiendis informationib. ſi viderint teſtes aliquid deponere in fauorem inquiſitorū, id ſcribi non faciūt, & aliqui ſcribi faciunt aliterq̄, ꝙ teſtes dixerint: nūquid licitè hoc machinantur? ¶ I V D. Caueant iudices, vt dictis teſtiū nō addāt, nec diminuant, ſed corū materna verba, & ꝓut dicta ſūt per eos, extendi faciant, & nō aliter: aliàs rei erunt gehennæ, & tenebuntur reddere rōnē in die iudicij, cùm tractabitur. de vita hominis, & puniētur pęna reſeruata illuſtriſſimo Proregi huius regni. Debēt enim dicta teſtiū tam facientia pro inq. ſi quàm contra inquiſitum extendi, & ſcribi ſub pęna reſeruata Proregi, vt caueatur per regiam prag. editā per Cæſ. maieſt. in cip. item quia nobis datum ęſt intelligi.

67 ¶ Item debet cautè procedi ad capiendam, & formandam inquiſitionem, vt ante omnia examinentur teſtes de fama. quia non præcedente fama, inquiſitio corruit, vt habetur in ea. qualiter, & quādo. 2. de accuſa. & latè examinat Marſil. in praxi. cri. § conſtante, nu. 12. Verum ſi probantur indicia propinqua licet non probetur fama, ſufficit, vt ibi. Et id quod dixi, ꝙ fama debet præcedere, hēt locū, quādo proceditur ad petitionem, & querelam alicuius. ſecus, ſi proceditur ex mero officio, ut ibi late habetur cum alijs ea ſib. in quibus non procedit id, quod dixi, quòd debeat conſtare de fama. licet in hoc vltimo fortiter arguat contra Ange. quòd etiā ſi proceditur ex mero officio,
68 debet conſtare de fama. ¶ Item ad hoc, ut inquiſitio procedat, neceſſe eſt aliter eſſē probatum delictū, vt actio ciuilis oriat parti aliàs ſi actio ciuilis non orietur parti. nec etiā orietur actio reipublicæ & ſic non poſſet formari inquiſitio, vt firmat ſatis Marſ. vbi ſup. nu. 34. cum ſequentib.
69 & ibi dat plura exempla. ¶ Item ſi forte inquiritur cōtra aliquē de auxilio pręſtito, debet ante omnia capi informatio de ipſo delicto principali, & de principali offendēte, ſeu delinquēte. aliàs nō poſſet procedi contra auxiliātes auxilio cooperatiuo pręſtito delinquenti, ſecundū Pet. de Anch. in conſ. 217. incip. nos Bartholomæus de Salye. refert, & ſequitur Marſ. in d. §. conſtante. num. 40. Nec ſufficit cōſtare per fictā cōfeſſionem habitam uirtute contumaciæ, & vigore, vt per eundē Marſi. idē. nu. 53. & per eundem in l. ſi in
70 rixa. ff. de ſicar. ¶ Et eodem modo ſi ꝓceditur cōtra mandantem, debet cōſtare de mandatario, aliàs procedi non poteſt ſecundum eundē Marſi. in conſi. 49. & 50.
71 primi li. ¶ Item vlterius debet conſtare, quādo proceditur cōtra aliquos de auxilio præſtito ad delictum committēdum: quòd ad hoc principaliter fuerint coadunati, & quod auxiliabantur aſſiſtendo, vt habilius, & cōmodius fieret delictū per principalem delinquētē per l. 3 § homines. ff. ui bo. rapt & firmat Marſ. vbi ſup.
72 nume. 45 & 42. ¶ Item debet conſtare ꝙ delictum non poterat fieri ſine auxilio illius, & ꝙ ſi ipſe non interueniſſet auxiliando, non ſequutum fuiſſet delictū uel ſi nihilominus patrari potuerit, non tamē ita facilè & cōmode, vt ibi per Marſ.
73 num. 46. prope. fi. ¶ Item debet probarī quòd ſcienter, & non ignoranter fuit pſtitum auxilium, ſecūndum Bar. in l. omnes. C. de agri. & cenſ. li. 11. & Alex. in l. is qui opē. ff. de fur. & ibi per Marſi. nu. 64.

Item

74 ¶ Item debet cōſtare delictum fuiſſe cōſummatum, & non attentatum tantum. Quia quis nō tenetur de auxilio, niſi delicto conſummato, ſecundum glo & ibi. Dy. in l. ſed & diuortij. ff. re. amo. & Mar-
75 ſil. vbi ſup. nu 65. ¶ Et nota, quòd ſi non conſtat, quis occiderit vel vulnerauerit Semproniū: tamen ſi conſtet fuiſſe viſos Sempronium, & Seium ad inuicē rixantes, & ex poſt fuiſſe viſum. Sempronium mortuum, licet non probetur dictum homicidium, attamen probatur dictum homicidium, ſecundum Sal. in l. fi. C. de proba. & Soc. in conſ. 54. incip. viſis teſtibus. pen. col. 3. vol. refert, & ſequitur Franc. Bru. in trac. de indi. & tor. 5. car. 3. col. & Marſ. conſ. 115. 2. vol. num. 28. & in caſu iſtius incertitudinis poteſt adhiberi tortura, ut habetur per Marſ. in l. 1. §. diuus
76 Adrianus. vlt. col. ff. de ſicar. ¶ Et nota, q̄ ſi accuſatur Titius, quòd occiderit Seiū & teſtes deponunt, quòd Titius Seiū gladio, vel claua percuſſit, licet videantur incertè deponere, tamen quia vterque intellectus cōcludit homicidium, rectè probant ſecundum Alexan. in l. inter ſtipulantem. §. 1. ff. de verb. obli. & refert, & ſequitur Fel. Sāde. in ca. ex parte prima.
77 de reſcrip. col. 13. circa medium. ¶ Eſt etiam notandum, quòd ubi ueritas aliter haberi non poteſt, poſſunt examinari impuberes, & infantes, & ſaltem faciunt indicium ad torturam. Debet tamen prius conſtare, aliter ueritatem haberi nō poſſe, habitu, & actu, probando, quòd fuit de nocte, ubi non erant, uel adeſſe poterant alij teſtes, quàm illi infantes; uel fuit in domo, ubi non erant, nec eſſe poterāt alij teſtes, ut ex multis firmat Hippo. à Marſ. in l. infans. num. 35. cum ſequente. ff. de ſicar. Vbi autem habitu, & actu alij teſtes potuerint haberi licet actu non habeant tunc nō probarent, ideo ſcias practicare.
78 ¶ Item capiat informationē, cuius uitæ fuerit prius inquiſitus, & an talia, uel ſimilia facere cōſueuerit, per l. deſertorē.
79 §. is, qui. ff. de re milita. ¶ Itē inueſtiget, cuius famę ſit in ciuitate, quia ſecundum famā iudicatur. ut l. de minore. §. tormē-
80 ta. ff. de quæſtio. ¶ F I S C V S. An, & quando pro capiendo informationem, & pro examinandis teſtibus poſſit iudex concedere ſaluum conductum aliquibus bannitis, & contumacibus, ut tuto ueniant ad ipſum examinandum. ¶ I V D. Vide Angel. de Aret. in li. malef. in uerbo fama
81 publi. 11. col. ¶ Et ſi eſt capienda informatio de adulterio, debet probari, & examinari, quòd illa mulier adulterata, erat uxorata cum tali. item quod communiter, & generaliter tenebatur, tractabatur, & reputabatur tanquam uxorata, & ligata uxor dicti talis, item, quòd ad inuicē ſe tenebant, tractabant, & reputabant uir & uxor habitantes, & dormientes in ſimul, ut concludit Angel. Aret. in lib. malef. in uerbo. che me hai adulterata la mia donna. 5. col. & Afflict. in conſtit. legum aſperitate. in 2. nota. & ponam latius in
82 forma capitulorum de adulterio. ¶ Item quādo aliquis uulneratus fuerit, & demū mortuus illinc ad aliquos dies, capias informationē, q̄ ille ſic uulneratus erat debilis, infirmus, delicatus, & paruæ uitæ: quia tūc ex quolibet indicio, ēt leui, p̄ſumitur mortuus, ut docet Ang. ab Aret. in lib. malefic. in uerbo, qui iu. ad pro. ſuæ inquiſitionis. 2. col. uerſ. quanto utile eſt.
83 ¶ F I S C V S. Quid ſi accuſator dedit teſtes indici, vt ipſos ad probationem ſuæ querelæ examinet, nunquid ſi citati non uenīāt depoſituri, procedi debeat ad liberationem accuſati? ¶ I V D E X. De hoc eſt in indiuiduo ritus magnæ curiæ uicarię incip. item ſeruat ipſa curia, q̄ citatis, uolens, quòd ſi citati teſtes, & effecti cōtumaces, & cōdemnati ad pęnam in mādato cōtentam adhuc nō uenerint, proceditur in cauſa ad ulteriora: uidelicet, ad liberationē accuſati, ut uoluit Afflict.
84 in conſti. in pecuniarijs, in 13. nota. ¶ Et quando teſtes citati non comparent in termino ad deponendum, condemnātur ad pęnā tertiæ partis bonorum mobiliū, & ad reficiendū parti lęſæ expenſas. litis probandas, & ſuo iuramento taxandas. & nihilominus ſi poſſunt cogi, captis pignoribus ad deponendum cogi debent, ſecundum Afflict. in conſtit. in pecuniarijs, ubi ſupra.

PRIMA PARS SECVNDAE partis.

NOTATOS CAPIAT DE perſona. Rubr.

SVMMARIVM.

1 Captura eſt permiſſa præcedenti aliquali informatione.
2 Captura eſt arbitraria ante contumaciam, ſed poſt eſt neceſſaria.
3 Captura eſt permiſſa in alieno territorio.
4 Iudex poteſt frangere oſtia domus pro capiendo delinquentem.
5 Captura an quilibet tempore permittatur.
6 Et an in quolibet loco.
7 Reſiſtens nunquid occidi poſſit.
8 Saluusconductus an delinquentibus ſeruandus ſit.
9 Delinquens nunquid perquiri poſſit in domo aliena.
10 Vaſſalli nunquid teneantur adiuuare officialem in capiendis delinquentibus.
11 Officialis tenetur de eo, quod fit per vaſſallos cõuocatos ad capturam delinquentiũ & 12.
13 Officialis requiſitus ab alio officiali, vt ei adiutorium ferat in capiendo delinquentem, num teneatur.
14 Captura non debet concedi inimicis capiendis.
15 Appellari an poſſit à licentia de capiendo.
16 Iniurijs, & contumelijs captos affici nõ decet.
17 Reſiſtentia eſt permiſſa, vbi captura eſt iniuſta.
18 Mulieres an poſſint capi, & carcerari.
19 Mulier an luat in corpus, ſi non poteſt in ære ſoluere pœnam, ad quam fuit condemnata.
20 Captura eſt permiſſa cum cauſæ cognitione, & cum qua.
21 Captus per familiam poteſt conſignari vniuerſitati vel ſyndico, donec maior familia venerit.
22 Litteris officialis alteri ſcribentis aliquem deliquiſſe, an credendum? Et latius nu. 25.
23 Captus ſi eſt aliquis ad alterius officialis requiſitionem, an capiens, ad capti inſtantiam, & allegantis iudicem ſuum ſuſpectum, de eo poſſit cognoſcere.
24 Iudex aliquem ad alterius iudicis requiſitionem capiens, an expenſas in capiendo factas, repetere poſſit?
26 Iudex requiſitus vt aliquam capiat, & non capit, qua pœna plectendus.
27 Quibus in caſibus inquiſiti carcerantur. & quando habilitari poſſint per palatium & nume. ſeq.
28 Carcerati prætextu infirmitatis an extra carceres habilitentur.
Quod contra legem non eſt, ibid. & nu. ſeq.
30 Iudex committere an poſſit aliquem viuum, vel mortuum capiendum?
Pœna berruariorum male habentium carceratos eſt capitalis, ibidem.
31 Cautela optima pro liberatione carcerati ciuiliter, & infirmi fideiuſſores non habentis.

FISCVS.

QVum optimè, & latiſſimè, & ſubtiliſſimè diſſerueris nobis de forma, & modo procedendi ad capiendam informationem delictorũ, celeberrimè iudex, rogo te inſuper, vt mihi declares, quid faciendum ſit per iudicẽ capta informatione, & in quo eius verſetur officiũ. ¶IVD.
1 Dicem vobis libenter, & ſuccinctè omne id, quod petijſtis. ¶Et ideo ſcias, quòd capta informatione, & apparentib. indicijs contra aliquem, debet procedi vel ad citationem realem, vel verbalẽ: ſed quia dubitatur ſæpius de fuga, ideo vt plurimũ ſolet procedi ad citationẽ realem, & ſic ad capturam, & ob id de hac primò diſſeramus. & primò ſcias, quod recolo alias tibi dixiſſe in prima parte, ꝙ non eſt verũ ſimpliciter id, ꝙ cõiter à ſcribẽtib. traditur: quòd poteſt procedi ad capturam inquiſiti, etiam non præcedentib. aliquibus indicijs. intelligitur tamen id procedere, vt ſupra dixi, præcedente aliquali informatione, non aliter, & ita ſerues. ¶ Et ita etiam dicit practicari in regno Franciæ Rebu. in 3. tomo conſti. in tract. de com. 2 & defecti, art. 12. in gl. 1. nu. 2. ¶ INQVI. Eſt ne arbitrarium iudici procedere ad capturam, vel ad citationem verbalẽ, vel arctabitur potius procedere ad capturam, q̃ ad citationem? ¶IVDEX. Bar. in l. conſentaneum. C. quomodo, & quando iu. dicit, ꝙ iudices ſemper poſſunt procedere ad capturam delinquentis, ſi velint, etiam ante contumaciam contractã: tũ ad id faciendũ cogi nõ poſſunt per querulantẽ, niſi conſtituto delinquente in contuma-

10 §.fin. ff.de iniur. ¶ IVD. Dicas ut ſupra dixi propter vtilitatem publicam. ¶ FIS. Proſequere materiā capturæ domine iudex in his, quæ tibi videntur vtilia,& neceſſaria: nec expectes noſtram interrogationem,cum tu melius ſcis ea,quæ cōueniūt,quàm nos quærere. ¶ IVD. Dabo operam, ut tuo deſiderio ſatisfaciam, & ideò ſcias, ꝙ ſi iudices pro capiendo delinquētem habuerint inſufficientē familiam, licitè poſſunt mandare incolis, & ciuibus, ut eos adiuuent ad capiendū dictū delinquētē,& illi tenenī obedire.per not. in l.2. & 1. C.de his, qui latro.& l.1. de Nili aggerib. non rumpen. & ita dicit Andr.de Iſer.in conſtit.regni,pęnam eorum.& in conſtitut. regni, humanitatē, adeò, quòd iſti, qui conuocantur ad auxilium curiæ, habentur loco familię curiæ in tantū,ꝙ reſiſtēs eis, uel eos offendēs, habetur ac ſi familiā curiæ offendat & ita punitur, ut late habetur per Par.de Put.in lib.ſyndi.in verbo, familiaris,ſeu familia poteſtatis. in princ. vide Luc. de Pen.in l.1.C.ut ruſti.ad milita.offi.li.12. & Iaco.de Aiello in tractatu de iure doc. nu.32.& non ſuccurrens ad capiendum; ſi aufugiat ille capiendus puniri pōt arbitrio iudicis arg.l.liber homo in 2.ff. ad l. Aquil. Maſuer.in pract. in rub. de Pęn. & habes plene p Pet. de Rebuf. tom.1.con. in trac.delict. oblig. art.6. in gl.2.nu.15. fol.mihi.135.Iacob.pe.ge.in trac.de iur. adop.ſupra alleg.tenet non teneri vaſſallos ad capiendū maleficos, quia ſtipendijs regijs ſūt huiuſmodi capiēdi: allegat And.in c.nauigia.de ſtatu.& cōſue.& in cōſt.pęnam eorū. & in cōſti. ſi damna clandeſtina.& in cōſt.iuſtitiarij per libellos. & vide ēt Pet. de Rebuf.1.tom.ſuper conſt.in tract.de lite.requiſit.glo.3.nu.9. vbi dicit ꝙ tenenī requiſitis obedire,aliàs ſi capiēdus euaderet,tenetur pęna arbitra-
11 ria. ¶ Et aduertant officiales, ut non permittant quid inhoneſtū, & illicitū fieri p dictos ciues cōuocatos: quia ipſi officiales tenerentur de eo,ut per Par.de Puteo,i.. loco de quo ſuprà. verſicu.quia ſuprà pluries eſt dictum. & adde, quòd iſti conuocati ad capiendum malefactorē, tenētur capere malefactorē,ſi poſſunt abſque periculo ſuę perſonę,ut habetur per And.in d.conſtitu. pœnam eorum, ad ſi.
12 INQVIS. Durum mihi videtur id,quod mihi nunc dixiſti domine iudex, cùm & hoc ſit angariare ſubditos, quod nō licet vt cautū reponit per regias noue l. pragma.incipien. Audiuimus etiam,quòd cō plures,& ad noſtras etiam aures peruenit præterea cōuocare uaſſallos, & ſubditos ad capiendum malefactorem,non eſt dubium quin ſit ſeruitiū perſonale. l.1.§.fi. & l.fi.§.defenſores.ff.de mun.& ho.& ſicut quælibet res pſumitur libera. l.ſi quis ædes.in prin. ff.de ſer.vrb. pd.multo magis homines, & ſic huiuſmodi ſeruitium perſonale neſcio quo iure poſſit ita indiſtinctè imponi ciuibus: & ſubditis. & aliàs recolo,ꝙ in ſac. regio conſil.fuit hæſitatū an vniuerſitas teneatur dare camerariū ſeu exactorē redituū baronis, & tā poſt multa fuit deciſum, nō teneri,vt refert Capi.in deciſ.118. inci.in cā magni. Franciſci, ergo tantò fortius nō poſſunt adſtringi ciue,& incolę ad capiēdos malefactores. & habetur per Gra. in cōſ.98. in ciuilibus. & in conſ.147. ¶ FIS. Parum facit id,quod allegaſti in contrariū eius, quod deciſum extitit per dñm Iudicem, ſi rectè inſpiciantur.l.1.& 2. C de his,qui latro.& regia prag.incip. Nos Ferdinandus, &c. aſſiduo penſantes, &c. expreſſe cauetur, ut ciues teneanī capere malefactores,& ideo,ſi bene recolo, cauenī in c.nuper apud Tranū. nimirum ſi iudices poſſunt conuocare in auxiliū ipſos ciues ad capturam malefactorū, cū & ſine cōuocatione tenentur eos capere & ſi non pñt capere, tenētur ſaltem ipſi acclamare adiutorium. & adiutorium,ut in d.c.nuper apud Tranum,cautur, licet loquatur de proditoribus regis. ¶ IVD. Placent mihi hæſitationes veſtræ. & ſi bene cōſiderenī ambo bene dixiſtis.& iō ſubdiſtinctione vtrique veſtrum ſatisfaciam. Nam aut indiſtinctè, & ſemper ꝓ quibuslibet cōdemnatis, & cōtumacibus officiales volūt gratiare ſubiectos ad capturā ipſorū, & ex hoc euitare expenſas, & ſalarium, quod debent præſtare ſufficiēti familiæ, quam tenētur apud ſe retinere, & tūc eis defalcabitur ſalariū pro rata. arg. l. Seia. de annu. lega. quā ad hoc allegat Bal.in §.profiſci.& firmat Par.de Put.in lib ſyndi.ubi

di. vbi ſuprà in fi. & iſto caſu credo, quòd benedicat inquiſitus: aut voluit cõuocare ciues, quia fortè ad eorũ notitiã peruenir bannitos cõtumaces, & rebelles cu riç latitare in aliquo nemore, vel domo, & q̃a ſunt in magno numero, & familia, quam habent, ſit inſufficiens, & hoc caſu procedat deciſio, & determinatio mea ſu
13 prà allegata. Aduertant etiam iudices, & officiales, ꝙ ſi fuerint requiſiti ab alio iudice, ut ei concederent familiam eorũ pro perquirendo delinquente, quòd tenentur illam concedere, etiam ad literas alterius iudicis: aliàs tenerentur. per no. in l. 1. de ſer. fugi. & habetur p Par. de Put. in lib. ſyndi. in verbo. familia. verſi. an ex eo, quod fecerunt familiares. in 3. col.
14 Item caueant, ne vnquam concedant licentiam, & poteſtatem capiendi delinquentes inimicis eorum, & querulantibus, vt communiter fieri adſolet. quia ſi contigerit fieri aliquem exceſſum tenentur in ſyndica. vt eſt tex. in auth. de colla. §. 1. & l. 1. ff. fur. aduer. nau. & inſtitu. de obligatio. ex quaſi delict. § fin. & Barr. in l. 2. §. familiæ. ff. de publi. & firmat Par. de Put. in loco ſuprà allegato. verſic. an ex
15 eod. 3. col. circa medium. INQVI. Quid ſi appellatur à captura, vel à licentia de capiendo, vtrum debeat ſuperſederi? ¶IVD. Dices, quòd non, ſecundum Bar. in l. ab exequutione. C. quo. appel. nõ recipia. & l. 1. ff. de cuſto. reo. & ponit Io. Mill. in ſua pract. cri. in glo. priſonerios. Idem voluit Angel. in lib. malefi. in glo. præſente Gayo. verſ. quæro an appellatione. voluit idem Pet. a Rebuf. in 1. tomo. conſti. in titu. de ſent. exequu. nu. 6. & 7.
16 Nec permittat iudex ſeruientes, & iudicum exequutores in capiendo reos contumelijs, aut vexationibus afficere, & eos inceſſere conuitijs, aut corporalibus iniurijs fatigare. Talia enim perpetrãtes puniuntur, vt l. omnes. §. præterea nullus.
17 C. de epiſ. & cle. Et ſi mandat inquiſitos capi, aduertat, ut licite, & in caſu permiſſo mandet: aliàs ipſi inquiſiti poſſent ſe defendere, & euadere manus familiæ, nec dicenẽ curię reſiſtere, ſed ſe defendere. l. 1. §. ſi ideo. ff. ne vis fiat ei, qui. & l. ſi §. Officium. ne quis eum, qui. & poſſent inquiſi. conuocare amicos, & vicinos ad reſiſtendum. l. prohibitũ. ff. de iur. fiſ. & l. cõtra. C. de exequuto. lib. 12. nec eſt procedẽdũ ad capturã, niſi p̃habita aliquali informa, vt dicit Bru. in tract. de indi. & tor. in 1 lri. quę. & dixi ſupra. Caueãt hodie delinquẽtes, vt ſiue iuſtè, ſiue iniuſte capiant, vt nõ reſiſtãt; quia acriter puniẽtur. & ita ſeruatur ẽt in regno Franciæ, ut atteſtatur Rebuff. in prohę. conſt. glo. 6.
18 nu. 118. lib. 1. FIS. An mulieres poſſint capi, & carcerari? ¶INQVI. Videtur dicẽdũ ꝙ non per tex. l. 1. C. de offi. diuer. iud. & in auth. ſed nouo iure. C. de cuſt. reo. & in corpore, vnde ſumitur in auth. vt nulli iudic. cum neceſſaria, vbi habet, ꝙ iudices carcerãtes mulieres honeſtas, de crimine inquiſitas, puniuntur pœna capitali. ¶IVDEX. Tu autem concludendo dicas, ꝙ in regno aut mulier inquiritur de tali delicto, pro quo ſecundum terminos cõſtit. regni, ẽt offerẽs, dare fideiuſſores, nõ eſt liberanda, ſed in vinculis debeat ſe defendere, & hoc caſu etiam mulier eſt carceranda, ex docto. Bal. in l. 1. ff. qui ſatiſd. cog. vbi dicit, ꝙ contrariũ ſeruant ſtatuta locorum, & ſunt ſeruãda etiam in mulieribus. Cùm ergo conſtitut. regni, humanitatem, in certis caſib. ut ibi non obſtãte oblatione fideiuſſorum, debeat quis carcerari, & generaliter loquatur, non diſtinguens inter fœminas, & maſculos, ſequitur, quòd generaliter intelligatur, cum in maſculino nomine etiã in pœnalibus comprehendatur fœmininum. nt l. ſi quis id, quod. ff. de iuriſd. om. iud. & ibi latè per doct. aut ſumus in caſibus, in quibus quis admittitur ad oblationem fideiuſſorũ extra carceres, & tunc ſeruat id, quod df in d. auth. ſed nouo iure, & ita hodie ſeruat in magna curia vicariç,
19 ut refert Gram. in deciſio. 33. FIS. Sed quid ſi mulier eſt condemnata ad aliquã pœnam pecuniariam, & eam non põt ſoluere, an luat in corpus? ¶IVD. Et dicas, quòd ſic, ut eſt tex. in d. l. ſi quis id, quod. ff. de iuriſ. om. iud. & poteſt detineri, & carcerari, donec ſoluat, quia quod eſt in d. auth. ſed nouo iure. habet locum in principio cauſæ ante condẽnationem: & illi qui in principio cauſæ admittũtur ad faciẽdas defenſiones extra carceres, poſt cõdemnationem carcerantur, & nõ ſũt amplius.

plius priuilegiati, cum nihil aliud remaneat faciendum, vt decidit Bal. in l.neq;. §.qui in ius vocatus. ff. de in ius voc. nec obſtat, ꝙ tex.in d.auth. ſed nouo iure. dicat, q̄ ēr pro pecunia fiſcali quis non carceratur, quia nō loquitur de pęna deſcendenti ex delicto, ſed functionib. fiſcalib. debet tñ haberi conſideratio ad carcerē, in quo ponantur mulieres ſecundū Gra.
20 in loco ſup. alle. ¶ FISCVS. Quænā cauſę cognitio debeat interuenire antequā procedatur ad capturam. ¶ IVD. Dicas, ꝙ debet eſſe cauſa criminalis, pro qua ſecundum formam conſt.regni, parati dare fideiuſſoriam cautionem non liberantur, aliàs non debet procedi ad capturam, maxi. ſi vult cauere, vt cauetur ī c. ſtatuimus, vt nullus. item non poteſt procedi ad capturam abſq; conſilio iudicum, & aſſeſſorum. vt in c. item caueant iuſtitiarij. item ꝙ expediatur ordo, & licentia de capiendo, aliàs ſtipendiarij non poſſunt ad capturam procedere, & hodie eſt prouiſum per nouellam pragm. idem vt in prag. de magna curia fol. mihi 42. vt in c. item ſtipendiarij. item ꝙ præcedat aliqua informatio, vt ſupra ſæpe dixi. item, ꝙ cōmittatur captura in proprio territorio, non alieno, niſi vt ſup. dixi. item, ꝙ non committatur, ꝙ fiat in Eccle. vt ſupra dixi irē, ꝙ ſit ſubditus capiendus ipſi iudici committenti capturam, vt dicit Par. de Put. in lib. ſyndic. in verbo, captus illicitè, per l.
21 ſed & is. ff. de in ius voc. ¶ Et eſt aduertendum, ꝙ ſi aliqui famuli curiæ ceperint aliquem bannitum, poſſint eum conſignare alicui officiali, ſeu ſyndico vniuerſitatis, vt ipſum cautè teneant, donec ipſi redierint cum maiori familia ad ipſum capiendum, vt eſt text. in auth. ſi quis ci. C. de adul. & no. etiam Ang. ab Are. in libro maleficior. in verbo, qui in dict. Gaium ſeti. & Car. iu. in princ. quod nomina pro alguzerijs magnæ curiæ, & prouinciarū.
22 ¶ FIS. Domine iudex, quid dices an credatur literis officialis, alteri ſcribentis aliquem deliquiſſe, ſcis enim tex. in l. diuus Adrianus. ff. de cuſto. reo. dicentem non credi. verum tex. in l. ſolent. eo. ti. dicit cōtrarium, & ſemper fuit facta diſtinctio, quòd aut quæritur, vt credatur ad puniendum, aut ad capiendum, & inquirendum primo caſu procedat tex. in d. l. diuus Adrianus, ſecundo caſu procedat tex. in d. l. ſolent. IVD. Vtiq; rectè ſentis, & adeò verum eſt, quòd dixiſti, quòd ſecundo caſu, ſimpliciter iudex ad quem literæ diriguntur, debet credere, nō autem vt poſſit inquirere tantum & Alb. de Roſa. dicit id notari in l. omnes. C. de agri. & cenſi. lib. 11. & in l. de iure. ff. ad munici. & c. poteſt
23 eſſionem, de prob. ¶ FIS. Quid enim ſi captus eſt aliquis ad requiſitionē alterius officialis, an capiens poſſit de illo cognoſcere, inſtante capto, & allegante ſuſpectum ſuum iudicem. ¶ IVD. Dices quòd non. ita Iacob. de Bello viſ. in ſua prax. in rub. de romi. fa. num. 84 & num. 70. & Pe. de Rebuf. in tract. de li. requi. num. 18. in 2. tom. conſti. Nec poteſt captum dimittere, & relapſare abſque iuris ordine ſcrūto. l. fi. ff. de of. pro. Cæſ. ¶ INQ. Sed vtrū
24 iudex qui cepit ad alterius iudicis requiſitionē, aliquem, poſſit petere expenſas factas, in capiendo illum? ¶ IVD. Dicas quòd ſic. l. ſi culpa. ff. de rei ven. l. ſed ſi hęreditas §. 1. ad exhib. non tamen ipſe pōt pro ſalario ſuo aliquid petere, alijs puniē ſecundum Pe. de Rebuf. vbi ſupra nu. 11.
25 ¶ FIS. ſuperiori loco, dixiſti, quòd iudex tenetur credere literis officialis reſcribētis, aliquē eſſe delinquentem vt poſſit capere; num id verum ſit ſimpliciter? IVD. dicas quòd iudex requiſitus vt aliquē capiat, non tenetur credere, niſi mittantē informationes cum decreto de capiendo & delicto per eum commiſſo. l. ſi cui. §. fi. ff. de acc. gl. in l. de iure. ff. ad mun. l. 1. ¶ Vbi. cau. ſta. & l. non dubium. ff. de cuſt. reo. & latè Pe. de Rebu. vbi ſup. nu. 12. & hoc verum ſi eſſet capiendus bonæ famæ, aliàs ſi eſſet vilis, vel vagabundus, tenetur capere ad ſolas literas requiſitorias, vt ibi per eum. nu. 13. Et de conſuetudine dicit hodie ſeruari, vt indiſtinctè ad ſolas literas requiſitorias capiatur reus deliquens.
26 ¶ FIS. qua pœna puniatur iudex requiſitus vt aliquem capiat & non capiens? IV. dic ꝙ primo peccat: quia non implet legem Chriſti dicentis, alter alterius onera portare ſecundo, nō tenet requiēs ī limili caſu īpartire auxiliū, tertio requiſitus nō faciens eſt periurus, quia ab initio iurauit ſeruare cōſuetudines, quartò tene-

tur ad intereſſe parte. qui not. ſuperior re quiſiti compellet, eũ ſexto facit litem ſuã vt de his laté per Pe. de Rebuf. trac. de lit. requi. 2. tom. conſt. in 1. gl, & per eundem ibid. in 3. gl. num. 4. Aduerte ꝙ hodie per prag. do. Franciſci Pacecchi confirmatã per illuſtriſſimum Ducẽ de Alcala, prore gem regni in reformationib. Tribunaliũ in fol. 42. in reform. inci. item vogliamo,
27 & coſi ordiniamo. eſt prouiſum† ꝙ in ca ſib. in quib. venit imponẽda pęna mortis naturalis, aut ciuilis, vel relegationis nõ poſſint habilitari ĩquiſiti per palaciũ. vel alibi niſi facta relatione in banca. & audi to fiſci patrono, propoſita cauſa habilita tionis per commiſſarium cauſæ. Et ſi bẽ nè aduertatur, nõ diſponit quid noui, ſed illud idem vr fuiſſe diſpoſitũ per Imper. Conſt. in l. 2. C. de cuſt. reo. Nec iſta prag. tollit facultatem habilitandi carceratos, ſed tantum diſponit omnia fieri debere cauſa cognita, & apud acta, & nullus iu dicum licentiam capiat, pro ſuæ volunta tis arbitrio aliter faciẽdi, quàm quod ius diſpoſuerit. Et pro certo, eſt optima ſan ctio, nam ſicut in carcerando aliquem re quiritur ꝙ fiat cauſa cognita, vt dixi ſup. ita equum & iuſtum eſt, ꝙ in excarcetan do & habilitando eadem cauſæ cognitio adhibeatur. per nota. in l. ab emptione. ff. de pact. Item carceratio eſt de proceſſu. cle. 1. poſt prĩnc. de hær. Card. in cle. 1. in prin. q. 6. de exce. prel. unde ſicut proceſ ſus debet diſcuti cum fiſco, & apud acta, ita carceratio quæ eſt de ipſo proceſſu. Item carcer durus, vel largus datur arbi trio boni viri ex qualitate perſonę & cau ſæ. Car. in cle. 1. §. dato. de hær. qualitas. n. perſonæ & cauſæ debent conſiderari co gnitionaliter, & non ad libitum. Itẽ car ceratus pro eius liberatione, & habilita tione debet implorare officium iudicis. Do. & Bar. in l. 1. §. per hanc. el 1. in fi. ff. de rei ven. hæc. n. imploratio extra acta fieri
28 non conuenit. ¶ Item vlterius in 2. capi. prouidet. d. regia prag. ꝙ in dictis caſib. carcerati non habilitentur extra carceres ſub prætextu infirmitatis, ſed illi curẽtur intus dictos carceres, & licet d. pragm. lo quatur de magna curia vicariæ, vbi eſt in firmaria, tamen per aliam prag. inci. ſunt & aliæ. factam per illuſtriſſimum Ducẽ de Alcala, eſt prouiſum, ꝙ ea quæ ſunt ſtatuta, in regijs tribunalib. ciuitatis Nea polis, habeant locũ in oĩb. alijs regijs tri bunalib. Et licet extra Neapolim, in alijs regijs Tribunalib. nõ ſit infirmaria, tamẽ quilibet locus poteſt dici infirmaria, dũ modo ſit aptus, pro carceratis infirmis, cu randis: Nihil aliud eſt infirmaria, niſi lo cus dedicatus ad curandos infirmos, quo ties aũt deputetur aliqua camera apta, in talib. ſatisfactum eſt intentioni & menti ſtatuentis. ¶ Vtrum aũt hæc prag. ſit con tra ius, an verò ſecundum ius? & eſt hoc vtile ſcire, ad videndum quid debeãt ſer uare iudices baronum. Et videtur dicen dum ꝙ non ſit contra ius commune; nã tex. in l. 1. C. de cuſt. reo. tantum prohibet ne carcer ſit adeò obſcurus & arctus, ꝙ carcerati pœnis carcerum interimantur, quoties. n. carceratus infirmus, ponitur ad locum aptum, & commodum pro cu ra ipſius, non v detur fieri quid prohibi tum & contra legem. Proterea de iure cõi ſancitum reperitur, in l. diuus pius. ff. de cuſt. reo. & l. 1. C. eo. ti. ꝙ accuſatus de cri mine capitali debet manere carceratus, donec conficiatur proceſſus, nec ſub fide iuſſorib. liberari debeat. Dicere ꝙ ſub præ textu infirmitatis debeat fideiuſſorib. li berari, non reperitur in iure, ergo ſtandũ eſt regulæ. Suadet enim æquitas quòd ad meliores carceres (vbi commode guber netur) reducãtur, & illa ſeruanda eſt. Sic igitur dicendum videtur, quòd officiales non perperam agunt, ſi carceratos pro crimine capitali non liberant à carcerib. prætextu infirmitatis, debent tamen ip ſos habilitare ad meliorem locum. Con ſulo tamen (ad euadendam omnem mo leſtiam & pro ſtimulo conſcientię) quòd deputationẽ dicti loci, faciant iudicio & cõſilio medicorum, deputenturque ali qui, qui cum illis maneant pro eius cura & adde quòd reperi Ludo. Gomeſ. in re gulis cancellariæ in regula de Infirm. re ſigna. in quòd noua, enumerantem nona ginta nouem priuilegia infirmitatis, nec tale priuilegium inter illa enume[illegible]. Eſt tamen bene verum; ꝙ in ſeptuageſimo octauo priuilegio voluit infirmitatem eſ ſe legitimam cauſſam diſpenſandi ſuper pœna delicti cũ aliquo; pro quo allegat

glo ſ.

glo.in clem.i. in uerbo neceſſitate in §. ſi qui uerò.de priuileg. unde poſſet argui quòd ſicut infirmitas eſt iuſta cauſa ad diſpenſandum in pœna, multo fortius in carcere. Sed poteſt dici, ꝙ non negatur, infirmitatẽ non eſſe iuſtã cauſam, ut fiat habilitatio, ſed bene negatur ꝙ illa fiat extra carceres. Immo ex illa glo. poſſet rationabiliter dici, ꝙ ſicut illa æquiperat ſenectutem & infirmitatem,& in ſenectute non fit habilitatio extra carceres, ſed benè mitius proceditur ut dixi in uerbo uel carcerentur, ita dicẽdũ eſt in infirmitate poſtquam hęc duo, æquiparãtur.

30 ¶FIS. Nũquid iudex poſſit cõmiſſionẽ facere de capiendo quẽ uiuum, uel mortuum. ¶IVD. Puto quòd non, cùm ſit abſens, qui damnari non poteſt. l.abſentẽ. ff.de pœn. Ioan. Fab. per illum tex.in l.2. §.fin autem. C de his qui latro.multo minus ſeruiens põt interficere delinquentẽ, uel uerberibus afficere. & ſi fecerit ultimum ſupplicium non euadet. l.fin. C.de male & ma. Et ideò dicebat Alber. in tra. ſtatuto. in 4. parte quæſt.36. ꝙ poſtquam captus eſt aliquis, nõ debẽt berruarij male tractare captũ, alioqui ultimo ſupplicio puniri deberent. Idem uoluit Rebuf. in 2. tomo. Conſt. trac.de lit.requiſito. in præfa.nu.14. ſi autem eſſet forniudicatus ille quem capi ſic mandat iudex, licitè procederet cõmiſſio. ¶INQ. Sed pone quòd quis eſt carceratus pro debito, & eſt infirmus graui infirmitate, petit ſe liberari ſub fideiuſſione, & fideiuſſio non eſt idonea; quid debeat facere iudex. ¶IVD. Dicas quòd dẽt facere præceptũ creditoribus quòd illum recipiant in eorum domos & cuſtodiam, & gubernari faciant, aliàs mittatur ad hoſpitale ſi nullos habet fideiuſſores, & ſi habet at non idoneos, conſignabitur illis.

VEL EOS VERBALITER citari faciat. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Citatio debet fieri viſa prius informatione per iudicem.*
2 *Citatio nunquid debeat continere cauſam.*
3 *Citationis forma quænam ſit.*
4 *Citatio debet continere nomen iudicis.*
5 *Item debet continere peremptorium & 6.*
7 *Et an debeat continere locum.*
8 *Citatus ad informandum debet perſonaliter comparere & 9.*
10 *Mulier ſi vult decl nare forum, debet perſonaliter comparere.*
11 *Maritus an poſſit comparere pro vxore abſq; ſpeciali mandato.*
12 *Pupilli an poſſint in criminalibus comparere per procuratorem.*
13 *Procurator non legibus conſtitutus per mulieres coniugatas admittitur ſaltem ad allegandas cauſas abſentiæ.*
14 *Vniuerſitas in criminalibus cõparet per ſyndicum leg. inſtructum.*
15 *Procurator an, quando in criminalibus admittatur.*
16 *Citatio debet habere datam diei, & anni, & menſis.*
17 *Citatio debet committi nuncio.*
18 *Sed non aduerſæ parti.*
19 *Citari poteſt quis per iudicem ore proprio.*
20 *Et etiam per tabellionem.*
21 *Banniti ex alio delicto perdunt priuilegium comparendi per procuratorem.*
22 *Citatio debet continere congruum tempus.*
23 *Vniuerſitas qualiter conſtituatur in contumacia.*
24 *Vniuerſitas poteſt compelli ut conſtituat ſyndicum.*
25 *Citatio an ſit in ſcriptis ſemper facienda.*
26 *Citatus an teneatur comparere vbicunque acceſſerit iudex.*
27 *Citari an quis poſſit per iudicem loci delicti extra territorium.*
28 *Citatio facta domi nunquid valeat non facta perquiſitione, ſi citandus eſt in ciuitate.*
29 *Citatio facta domi, ubi nullus habitat, quando valeat.*
30 *Carceratus an poſſit citari.*
31 *Citatus ad pœnam arbitrio iudicis inferendam, quomodo condemnabitur.*
32 *Bannitus an poſſit citari.*
33 *Vagabundus ubi debeat citari.*
34 *Citatio facta die feriato nunquid valeat. 35. 36.*
37 *Citatio per edictum quando permittatur.*
38 *Citatio an valeat, ſi eſt erratum in nomine.*
39 *Citari an poſſint delinquentes, ſi non conſtat de nomine eorum, ſed de ſignis.*
40 *Citatio ſine aſſignatione diei nunquid valeat.*

FISCVS.

ENarraſti nobis qualiter debeat procedi ad capturã perſonalẽ, & quia nõ ſemper poteſt haberi perſona, & procedi ad capturã, ſed eſt neceſſe, vt deueniatur ad verbalem citationem, idcirco iuxta initiatum ordinem proſequere, qua
1 liter in ea iudex debeat verſari. ¶IVD. Si verò contigerit reos criminis reali citatione non poſſe obſtringi, iudices viſa informatione percunctatiſq́ue diligenter indicijs, iubeant ipſos verbali citatione apprehẽdi. Debent enim videre, & percunctari citationẽ, licet delictum ſit eis notorium, vnde habetur in Geneſi, quòd Dominus, cui nihil eſt abſconditũ, dixit: Deſcẽdam, & videbo, vtrum clamor qui ad me peruenit, ſit ita an nõ, ut ſciam: vt c. Deus omnipotens. § fin. & c. ſeq. 2. q. 1. Sic enim docet Ioan Mill. in prax. cri. in glo. viſis. fol. 49. & ita docet eſſe practicãdum. Brun. in tract. de indi. & tor. in vltima qõne. & ita nouiſſime cauetur per regiã nouell. prag. condi. per Cæſ. Maieſt. incip. quoniã hucuſque. vbi cauetur ſub pęna falſi, vt nulla citatio ad informãdũ expediatur niſi viſa informatione per iudices. Adde tex. & Bar. i l. 2. C. de off. præ-
2 utb. ¶FISCVS. Illud primò quæro, nunquid in citatione ſit inſerenda cauſa, ob quam quis citatur. ¶IVD. Bald. in l. nullus. C. de exhibend. reis. arg. illius tex. dicit, quòd nõ eſſ neceſſe, quòd in citatione exprimatur cauſa, & crimen, pro quo quis vocatur in iudicium: ſed ſufficit, ꝙ citetur, quòd comparcat corã Iudice ad ſe excuſandum à quadã accuſatione porrecta contra eum, licet in ea nõ exprimatur ad quid: remittit ſe tamẽ ad glo. in c. 2. de dilatio. & ibi Ant. de But. tenet idem quod Bal. & idẽ videtur ſequi. Afflict. in conſt. humanitatem, in 16. nota. idẽ vr̃ velle. Bar. in l. inter accuſatorem, verſ. ꝑ declaratione quæro. ff. de pub. iud. & ibi vide Imo. & idem tenet Fely. in l. abſentem. C. de acc. verſ. quæro tertiò, an in ſchedula, & rectè intuenti idem vr̃ uelle Ang. de Aret. in lib. malc. in uerbo, iudex cõmiſit, quod Caius. & Mari. Soc. intra. de cita. in 20. artuc. nu. 9 poſt multa hinc inde diſtinguit.: quòd aut nos loquimur in iudice delegato & eſt inſerenda cauſa: aut loquimur in ordinario, & hoc caſu aut quęritur, utrum citatio ualeat quoad finem, ut citatus teneatur cõparere, aliàs poſſet puniri de inobedientia, & cõtemptu, & poteſt puniri: aut quo ad hoc, ut in aliqua cauſa reputetur contumax, ita ꝙ in illa poſſit procedi contra eum, tanquàm contra contumacem, & erit ſecus, quia requiritur cauſæ expreſſio. Abbas in cap. licet. extra, de accuſa. dicit, quòd ſi de longinquo ſit citatio, inſerenda eſt cã: ſi de propinquo, de neceſſitate non eſt inſerenda cauſa. Card. in Clem. 2. ut lite pẽ. tenet ꝙ eſt exprimenda cauſa. & firmat Pet. de Mo. for. in conſti. edictorum. ſed Afflic. in conſti. ſi quem noſtrorum. in 5. not. tenet diſtinctio. Maria. Socin. quicquid tamẽ ſit, quotidie practicatur, quòd
3 inſeritur cauſa. ¶FISCVS. Ediſſere nobis formam citationis. ¶IVD. Libenter faciam, & ideo ſcias, quòd forma citationis erit hæc, uidelicet. De mandato magnifici Strategi Salerni citetur, moneat & requiratur peremptoriè talis de tali qualit. prima curia regenda hora ſolita cauſarũ ut in iudicio cõpareat, & corã dicto Domino Stratego ad ipſum, & eius curiã informãdum de nonnullis tangentib. ſeruitium curiæ coadiutoris, & ſignãter ſuper querela cõtra eũ expoſita per talem de homicidio cõmiſſo in perſonã talis, ſub pęna unciarũ auri quĩquaginta, aliàs ipſo citato relato, & non comparente procedetur, ut iuris eſt, contra eũ eiuſq; bona, & referet, & c. Datum Salerni, & c. ſub die, & c. Demum fiat altera citatio cõtra eundẽ ad recipiẽdum copiam capitulorum, & erit forma talis. Citetur moneat, & requiratur T. quali. prima curia regenda compareat corã nobis in noſtra curia, hora ſolita cauſarũ, recepturus copiã capitulorum ſpecialis inquiſitionis contra eũ formatæ ad querelam T. de homicidio cõmiſſo in perſonã T. de anno, & c. de mẽſe, & c. regnantibus, & c. dominante, & c. ſub præſidatu, & c. in loco, & c. aliàs ipſo citato, relato, & non cõparẽte
4 procedetur, quali iuris datum & c. ¶FISC. Auditu percepi formam citationis, declares modò particulariter, & ſimpliciter in ea ap-

ea appoſita, ut ſciam unde, & ad quid debeãt ea proponi. ¶ IVDEX. Audiſtis, quę dixi de mandato magnifici Strategi, &c. hoc ideo dixi, quia exprimi debet nomẽ iudicis, ad cuius inſtãtiam emanatur citatio, ut in cap. præterea. de dila. & ꝓbat
5 in conſtit. regni, edictorum. ¶ Dixi: & requiratur peremptoriè, quia hoc uerbum, peremptoriè, ſemper in citationibus debet exprimi, aliàs nullæ eſſent, ut habet in conſtit. edictorum & ibi per Afflic. per quam conſtit. eſt correcta l. ad peremptorium ff. de iud. qua cautum erat, ꝙ tribus citationibus pręcedentibus peremptoriũ mitteretur: hodie uerò in toto regno fit una citatio, cum peremptorio ꝓ tribus; quæ habet uiam trinæ citationis, ut latè
6 per Affl. ubi ſupra. in primo nota. ¶ Vnũ ſcias, quòd licet non ponatur peremptorium in citatione, ſi tamen cõtinet ęquipollens, ut ſi dicat: mandetur tali, quòd ad primam iuris compareat, alias elapſo termino in citatione comprehenſo ulterius non expectabitur, ſed contra eum procedetur, quali. iuris. idẽ eſt, ac ſi peremptorium cõtineret, ſecundum Affl. in d. conſti. edictorum. per doctr. Abb. Sicu. in c. cãm, quæ. 2. col. de reſcrip. quia non refert, quid ex ęquipollẽtibus fiat. c. licet
7 ex quadam de teſti. ¶ Et ſi eſt iudex ordinarius, qui citauit, ualet citatio, & ſi non exprimatur locus, in quo dẽt cõparere, quia intelligitur de ſolito ſecundũ Affl. ubi ſuprà. in 7. not. ſecus, ſi nõ eſt ordina-
8 rius. ¶ Dixi perſonaliter ad informandũ, eò, quia citatus pro cã criminali, ubi uenit imponẽda pęna mortis ciuilis, uel naturalis, uel alia corporis afflictiua, debet perſonaliter cõparere, ut l. ſeruum quoque. §. publice. ff. de procu & in l. accuſatore. §. ad crimen. ff. de pu. iu. & probat
9 per illam conſtit. ¶ Limitatur tñ hoc pluribus modis: primo in mulieribus cõiugatis, quæ quibuſcũque cauſis capitalib. citari non poſſunt, ut iudicio perſonaliter cõpareant: ſed poſſunt cõparere per ſuos procuratores legitimè, & ſpecialiter inſtructos, ad ſic reſpõdẽdum capitulis, & ad ſic ſe examinandũ, per conſtitutio. regni. incipiẽ. generalia iura. & licet illa cõſtitutio loquatur tantùm in mulierib. coniugatis, extẽditur tamen ad uirgines, & uiduas honeſtas, non autem ad meretrices ſecũdũ Andr. & Afflic. in d. conſti. debent tamen ipſæ mulieres tẽpore prolationis ſententię perſonaliter cõparere, quia ſententia proferri non debet in perſonam procuratorum, ſed ipſis mulieribus præſentibus. ſecũdum Afflic. in d. cõſti. octauo not. & priuilegiũ dictę conſti. habet locũ etiam in mulieribus inhoneſtis coniugatis, ut per Afflic. ibi. in 9. not. Hodie uerò, malè uideo ſeruari illam cõſtitu. in eo capite. imò in criminib. capitalibus ſi mulier citata nõ cõpareat reputabitur contumax: hoc tñ uerũ eſt quãdo citatur ad informãdum, ſecus ſi ad capitula, quia per procuratorem comparẽdo non reputabitur contumax, etiam hodie, ſecundum ſtilum magnę curiæ. Et ſi illa de perſona haberi potuerit carcerabitur. olim n. mulier nõ poterat carcerari. per l. 1. C. de of. diuer. iud. & in aut. ibi poſita, ſed in auth. hodie nouo iure. § ſed ſi crimen. C. de cuſto. reo. contrarium ſtatutũ fuit, ꝓut hodie ſeruatur, de qua cõſuetudine ẽt atteſtatur Blan. in ſua prax. cri. in prin. nu. 21, & 27. Et iſta hodierna practica vr̃ probari ex ritu quẽ in ſequenti uerſiculo allegaui, quatenus ibi dicatur quòd mulier citata ꝓ criminali debito, ſi uoluerit declinare forũ, debet perſonaliter cõparere ergo: fortius in capitalib.
10 ¶ Vnum tamen ſcias, ꝙ ſi mulier uoluerit declinare forum iudicis citantis, dẽt perſonaliter comparere, ut cauetur ritu magnæ curię uicariæ, inci. item quòd ſi
11 qua mulier. ¶ FIS. Quid ſi maritus cõpareat pro uxore abſq; ſpeciali mandato, an admittatur? IVDEX. Pet. de Mo. fo. in dicta conſt. edictorum. dicit, quod non, ſed requiritur, quòd in hoc habeat ſpeciale mãdatũ, nec ſufficit gñale, quod habet a iure per l. maritus. C. de procurato. ſed Bartolo. de Cap. ibidem uidetur tenere, quod maritus admittitur, licet nõ habuerit ſpeciale mandatum, per tex. illius cõſtit. ſed mihi placet magis opinio Pet.
12 dicã tamen D. o dante in d. conſti ¶ FIS. Nunquid dictum priuilegium cõparẽdi per procuratorem extẽdatur ad pupillos? ¶ IVDEX. Dominus Petrus de Mo. for. in ea. conſti. decidit, quòd ſic per conſti. minorũ iura. & idẽ tenet ibi Bartolo. de

Cap.

13 Cap. ¶ Et ſi pro mulieribus coniugaris comparuerit procurator nō legitimè cōſtitutus, admittitur ſaltē ad allegādū cauſas abſentiæ, vt in c.fi.extra, de dila.& firmat Bar.de Cap.in dic.conſtitu.num.21. ſed nō video quomodo poſſit allegari abſentia, vbi conſtituit procuratorem & ſic apparet de præſentia, niſi, dixeris ꝙ mandatum eſt antiquum. ¶ Limitatur ſecūdo

14 vt nō procedat in vniuerſitatibus citatis pro cauſis capitalibus, quia poſſunt cōparere per ſyndicum legitimè cōſtitutū, & ſpecialiter inſtructum ad ipſum etiam cū ſpeciali mādato iurādi corporaliter, vt eſt in regno prouiſum, per d.conſti.generalia iura. & ibi per Affli.ct. Qualiter ergo debeat cōſtitui ſyndicus, & an cū generali, vel ſpeciali mādato, vide Capi.deciſ. 5.& dicam Deo dāte, in d.conſtitu. ¶ Ter

15 tio limitatur, ut non procedat, qñ citanť ſpeciales perſonę ad minus numero decem, quia poſſunt cōparere p ſyndicum in quibuſcunque cauſis capitalibus, except is criminib hæreſis, & læſæ maieſtatis, ut eſt tex.in c.ſtatuimus, ut quoties perſonæ. Alios verò caſus, in quibus poteſt in criminalibus cōſt tui procurator, vide per Spec.in tit.de proc §.1.verſ.ſed fallit præcedens regula. Adde tñ, quòd per c. incip.idē ſtudio.erat prouiſum adhoc ut ſpeciales perſonę poſſent conſtituere ſyndicum, ꝙ fuiſſent vltra decē: ſed præualet id, quod dic.ē in dicto c. ſtatuimus,

16 ut quoties.tanquam poſterius. ¶ Dixi ēt, datum ſub die, quia in mādatis debet eſſe data diei, & anni, & menſis, alias non valerent. ut l.ſi qua beneficia. C.de diuer.re. & glo.in c. quoniam cōtra falſam, extra,

17 de prob. ¶ Debet autem citatio committi ſeruienti curiæ, vt in c.cum parati.extra, de appella.& c. qm̄ contra falſam. extra de proba.& Spec. in titu. de cita. § ſequiť & non obſtat ſi cōmittatur nūtio alterius curiæ, & ſuperioris, ut tenet Bar. ī extrau. ad reprimendū. in verbo, per nuntium. quo.in læ.ma.cri pro. & hoc eſt uerum, quando dictum eſt in citatione, tibi iurato noſtræ curiæ, vel alteri ſeruienti cuiuſuis curiæ, & ſic præcedente citatione & commiſſione, vt late per Ioan. Mill.in pra.cri.cuiuſuis alio rogato. Nota optimā cautelā, quā debet adhibere iudex, quando dubitat ne citatio auferať de manibus famuli & nūtij curiæ, (ut fieri adſolet) ut prius faciat in actis citationem redigere, antequā tradat eam ſeruiēti, & ſi poſtea literę auferatur, nō ceſſabit apparitur à ſua relatione. ut not.Soc. in ſuo tract. cita.ar.14.q.6. alioqui hac cautela non facta nō poſſet apparere de citatione, & ſic relatio nō ualeret ſine citatione ut uoluit Rebuff.in 3.tomo. cōſt. in trac. de cit.uu.64.Sūt qui dicūt poſſe fieri citationē p nūciū priuatū: ſi detur ei ſignū, ſeu ſigillū uel anulus à iudice. p Gl.ſing. in c.ſignificauit. de appel. ſecundū Alex. in addi.ad Bart.in l.ſi quis uxori. §.apud Labeonē.ff.de fur.Barba.in c.corā col.3. de offi.de leg.& alios relatos per Rebuff. ubi ſupra nu.65. quod quidem dicit ipſe nō procedere in regno Frāciæ, cū ibi ſint publici apparitores ordinati, id etiam eadē ratione diceremus in regno iſto Neapo.

18 ¶ Sed nō poteſt parti aduerſæ committi citatio, ut cauetur in conſtitu.regni, edictorum. & ibi per Afflic.in 3.no. ¶ Poteſt

19 tamen ore proprio per iudicē citari, ut l.2.C.quomodo, & qñ iudex. Eoq; in caſu, monitio dicitur, potius quā citatio, illaq; plus operatur, quā ſimplex citatio. qa hēt uim ędicti pemptorij. l.2. C. quo. & qua.iu. Gl.in c.cōſuluit, de off.dele.in uerbo terminū. Plures enim terminos in hac materia, ius hēt, uidelicet in ius uocare, edictū, denunciationem, conuētionē, requiſitionē, citationem, & adiornamentum, uerbum gallicum, quę omnia idem largè ſignificāt. ut inquit Io.Fab. in § fi.inſti.de pę.tem. li.ſequitur Chaſſ. in cōſue. burgu. §.6. rubr. des iudices. & Rebuff.in trac.de cita.in tertio tomo.cōſti.in prin. Fatuusq; erit iudex, qui habēs partē, uel teſtē in cōſpectu ſuo, iubet nūtio, ut illum citet. Secūdū Bal.& Iaco.in l.& poſt edictū. ff. de indi.prout multos vidi errare. Hæc aūt monitio non poteſt fieri perſonis illuſtribus, ſed illæ ſunt citādæ per literas.tex.eſt in l.quoties.in ſi. C.de dignita.12.lib.ſecūdū Corſe.in ſingu.incip.Citatio. ſequitur Aufre.in ſtylo parla. rubri. de adiorna. pa fra. in prima parte.Barba.in trac. de pſtan. Car.in prima. q.primæ partis, nu.65 Fel.in c.cùm quidā, de iurciuran.Roma.in l.ſi uerò. §.

de viro col.7.ff.ſol.ma. & hoc dicit procedere Rebn.vbi ſup. nu.55. in 1. citat. non in alijs proceſſu inchoato. Et hanc monitionem facere pōt, quilibet iudex, & ēt delegatus gl. & Doc. in l. ſancimus. p illū tex. C.de iud.Purp.in l.2.col.4 ff. de inr.om. iu. Et ſi in aliqua lege, vel ordinatione reperiatur partem à iudice citari, vel moneri debere, poterit tñ illa monitio fieri per apparitorem; ſed de iudicis mādato, & eē ſebitur à iudice facta, ſecundum Gl.in §. illud.in verb.decreto, de hær.& fal.quam approbat Bu.in c.cum cauſam.col.pe.nu. 21.de iuram. calum.& ibi Imo. Ang.& alij in auth hoc amplius. C. de fideicom.

20 ¶Item poteſt citari per tabellionem, & ipſe tabellio poteſt teſtificari de citatione per ſe facta, vt habetur latè per Ioan. Mil.in ſua praxi cri.in gl.præſens.fo.46.

21 ¶Addas tamen his, quæ ſupra dixi, quòd licet aliquæ ſint perſonę, quę poſſunt per procuratorem comparere, id procedit, niſi aliàs ipſæ perſonæ eſſent bannitæ ex alio delicto, quia perdunt dictum priuilegium comparendi per procuratorem, tā in criminalibus, quàm ciuilibus, vt dictat ritus magnæ curiæ vicariæ, incip. Item

22 ſi aliquis, vel aliqua. ¶Debent etiam eſſe aduertentes iudices, vt in citationibus apponant tempus congruum ſecundum diſtātiam locorum in acceſſu & cōparitione. aliàs redduntur nullæ, quia factæ ſunt infra anguſta tempora, ſecundum Specu. in tit.de cita.§. 1. verſic.item, quòd facta eſt intra nimis anguſta tempora. & in eodem titu.§ ſecundo verſ. ſed nunquid dicit, quòd iudex conſiderata diſtantia locorum, & qualitate perſonarum, viarum, & negocij, moderatum tempus in citatione ponere debet, vt probatur. in c. ꝙ ad conſultationem.de re iudic.& extr.de appellationibus.c.paſtoralis.& dicit Bal. in l. aut qui aliter. ff. quod vi, aut clam. quod ſi citatio fiat tempore tali, quo citatus nō poteſt venire, citatio erit nulla. & latiſſimè vltra omnes proſequimur Affl. in conſt.cauſas alias.in 4.no. & in conſt.

23 ſi quidem noſtrorum.7.no. ¶FISC. Dixiſti mihi paulo ante, quod vniuerſitas citata poteſt per procuratorem comparere, quomodo ergo citabitur, vt in contumacia conſtituatur? ¶IVD. Bal. in l.1.§.quib. ff.qd cuiuſ.vni.nomine dixit, quòd ſi vniuer. non habet ſyndicum, tūc dr̄ perſonaliter citata, qñ citatur congregata in loco ſolito congregari. vt dicit gl.in l. non poteſt dolo.ff.de reg.iu. item dicit Ang.in l. perfectius: C.de anna.excep. quòd poteſt affigi citatio in locis publicis, ita quòd in publicam notitiam deueniat. & Bald.ſequitur in d. §. quib. non tamen vniuerſitas conſtituitur in contumacia, ſi nō fuit congregata ſecundum eum. Luc. de Pen. in l.fi.3.col. C.de re mi.li. 12.dicit, quòd qñ citanda eſt vniuer. ſufficit citare primates, vel rectorem eius. Non enim eſt citatio ſingulorum auribus inculcanda. Et ſequitur Alex.in conſ.106.3.lib.inci. magnif. Prætor.& tunc citabitur vniuer. per rectores, & eorum officiales, quando noluit ſe congregare in loco ſolito. ſecūdū Inn.in c.humilis. de maio. & ad hoc Affli. in conſtit. dubitationem iuris peritorum.in 2.no.refert opiniones, & tandem dicit, quòd ſufficit, ꝙ exequutor legat citationem in platea, & hoc dicit tenere Luc.de Pen.in l.prouinciarum. C.de ero. mi.anno.lib.12.& Bal.in l.ēt.C.de exequ. re.iud.dicit, quòd ſi vniuer. non eſt congregata, ponitur citatio in loco, vbi conſueuit cōgregari, & ſic clauditur porta ciuitatis.& ponatur citatio in porta ipſius, Sed Io.Mil.in d.prae.cri.in gl. præconio fol.55.nu.42.tangendo qōnē diſtinguit, quòd aut vniuer. deliquit in reb. & negotijs vniuer.aut extra res, & negotia ipſius vniuerſitatis. primo caſu ſi deliquit in rebus vniuer. ſufficit requiri, & citari rectores vniuerſitatis, vel maiorem partē, vel ſyndicum, vel præſidentes vniuerſitatis p l.municipib.ff. de cond. & dem. ſecundo verò caſu, quando vniuerſitas deliquit extra res, & negotia vniuerſitatis, tunc debet citari per tubam, vel campanam voce præconia, edicto ſolenniter facto, & in albo propoſito. ita vt poſſit ī eius notitiā peruenire per l.1.§. item cū ex edicto peremptoria.ff. quæ ſen.ſi.appel.reſcind.& ita pertranſit, & hanc opiniōnē ego teneré cū ſit tutior, in practica. Sed in regno iſto Neapo. ſeruatur opinio Afflic.de qua ſupra. Citatio autem per campanam etiā hodie ſeruatur quoties citantur capitula eccleſiarū.c.in cauſis.§. nuncij.& ibi Panor.&

nor.& alij col.3.de elect.Gl.in c.ſi capitu lo de conce.præb.lib.6.ſeruatur etiã vt vltia lecturam citationis in platea citentur ſyndici & electi vniuerſitatis. ¶ Et ſi vniuerſitas non habet ſyndicum, põt p iudices cõpelli ad ipſum creandũ, vt eſt text. in l.ergo.§.creditorib. ff. de fideic.libert. & Bar.in l.volent.in fi.ff.de ali. & cib.leg. & l.1 ff.de curatob.dan.& ff.de adm. tuto.
25 l.3.§.id non erit. ¶ FIS. Nunquid citatio de neceſſitate requiratur fieri in ſcriptis? ¶ IVDEX. Dicas, quòd conſtit. regni.edictorum,prout ibi nor. Afflict.in 6.nota. videtur velle, quòd poteſt fieri etiam ſine ſcriptis: & ſic iudex ſolo verbo poteſt ordinare nũcio, quòd citet talem, dummodo citatio ſit certè, & dicit hoc procedere,vbi illa commiſſio de citando non negatur, quia tunc debet per teſtes probari. Item dicit non habere locum, vbi ciuitates, vel loca haberent priuilegium, quòd non poſſent citari ſolo verbo, niſi facta commiſſione in ſcriptis.Itẽ dicit non procedere,vbi perſona citanda eſſet illuſtris. Item,niſi citatio fieret extra prouinciã:quia iſtis caſibus eſt omnino fienda in ſcriptis. Adde ꝙ extat regia nouel.ptag.edi.per Caſa.ma.inc.qm huc uſq;.qua cauetur, ꝙ citationes extra ciuitatem Neap. non expediantur, niſi prius viſa informatione per iudicem,& ſubſcri-
26 batur per eum.¶ FISC.Nunquid ſi tpe expeditæ citationis, officialis fuerit in vna terra, & tpe comparitionis ſit in alia, teneatur ibi comparere citatus? ¶ IVD.Afflic.in conſti.edictorum.in 7.not.mouet difficultatem:tandem dicit,ꝙ ſi officialis conſueuit in illis locis iudicare, debet in illis locis, vbi reſidet, citatus comparere non tamen debet vagari.quia non licet ei vagari cum detrimento alterius. Hodie verò paſſim & indiſtinctè,Regiæ prouinciales audientiæ expediunt huiuſmodi citationes. Id enim ea ratione toleratur in eis: quia præſides prouinciarum tenẽtur ſemper circuire prouincias.vt habetur in conſt.iuſtitiarij, non per calendas. vnde, niſi eis permitteretur, vt tales facere poſſent citationes: abſque dubio non poſſent cauſas expedire. Et tamen bene verum, quòd non debent illas facere ad remota loca. vt eadem conſtitutio dictat in § ciuitates. Sed hoc parum ſeruant, imò cum voluerint a ſubditis extorquere pecunias, illos ad remotiſſima loca faciunt citare.de quo ſummo Deo reddent ratio-
27 nẽ in die illa tremenda.¶ FIS. An ratione delicti quis poſſit citari extra territorium. ¶ IVDEX.Io.And.in c Romana §. contrahentes.de for.comp.6.tenet, ꝙ ſic, ẽt non requirendo iudicem illius territorij,& talis citatio afficit citatum.& idem dicunt Iac.de Are.& Cyn.in l.ſi ff.de iur. om.iud.& Io.Mod.in d.§. contrahentes. ſed Ang.in l.ſi ff.de iu.om.iu.dicit,quod opus eſſet Cæſarea deciſione.nam nõnulli doct.tenent, vt refert Inn.in c.fi.de fo. compe.quòd aut quæritur,an poſſit citari quoad hoc,vt poſſit procedi contra bona exiſtentia in territorio citantis, & poteſt,aut vt poſſit procedi contra perſonã, & non poteſt,alij dicunt,quòd etiam poteſt citare quo ad perſonam. vt ibi refert Inn.Io.de Igna.in cle.paſtoralis.de re iu. dicebat; quòd iudex delicti debet committere iudici, vbi degit delinquens citandus,vt citetur ad hoc vt poſſit afficere perſonam,& idem tenet do.Anto.in c.fi. de foro comp.nam hoc caſu ſi talis non comparebit, vere eſſet contumax in loco, vbi iuſſus fuit comparere per ſuum iudicem domicilij arg.l.ſi vt proponitur. ff.de fideiuſſ.& hoc placet Io. de Igna. & Io.And.in d.cle.paſtoralis. Io. Cald.ibidem dicit, quòd quando ignoratur, vbi delinquens eſſet, poteſt citari tanquam vagabundus per iudicem delicti, in quo delinquens citatus eſt,& non comparens poteſt contumax reputari per iudicem loci delicti, & in loco delicti, ſed ſi delinquens alibi facit copiam ſui, tunc iudex delicti debeat prius requirere iudicem, ſub quo degit,vt moneat,vel citet delinquentem, quo caſu non comparens poteſt contumax reputari.ſubdit tamen Calder. quòd ſi vellet quis tenere opinionẽ, quòd iudex delicti poſſit per ſe citare delinquentem extra territorium non requiſito iudice ipſius,poſſet, quia eam tenent Petr.Iaco.de Are. & Cyn. in l.omnes. §.ſi vero apparitor C de epiſcop. & cleri.ſed Bar.in l.1.ff.de requi.re.dicit,quòd quando ſunt plures iudices habentes iuriſdictionem ſeparatam,omnes tamen depen

dent

dent ab uno principe, tunc poteſt verbo citari in alieno territorio: ſi verò ſunt iudices habētes ſeparatas, & diſtinctas iuriſdictiones, quia ſunt ſub diuerſis principib. ut unus Papæ, alter Imperatori, tunc unus nō pōt citare in territorio alterius, cui nō ſubeſt. bene tñ uerū eſt, dicit Bar. ibidem, ꝙ iudex loci delicti non pōt citare in loco maioris iudicis, à quo habet iuriſdictionem, quia non poteſt tunc pp. eius reuerentiam.arg.not.in l.4. §. ſi tam vicinum.ff.de damn.infec. aliqui tamen tenent opi. Bar.non eſſe tenendā, & ponūt aliā opi.vt per Maria. Soci. latè in capit. poſtulaſti. de foro compet. nu. 13. quem videas.ſed Afflic. in conſti.edictorum.in 11.not.prima quæſt.ponit quæſtionem: tandem relatis opinionibus dicit ꝙ opinio tenentium, ꝙ iudex ratione delicti poteſt citare extra territorium, non eſt vſquequaque tuta, & dicit, quòd ex hoc per regem Ferdinandum primum fuit factum.capitu. incip. cùm nulli liceat edictum.quo ſtatuit, quòd nullus iudex pro quauis cauſa audeat citare aliquem extra regnum exiſtētem in territorio, quod nō ſit de iuriſdictione regis, & quòd ille nūtius, qui citabit, punietur pęna publicationis omnium bonorū, & alia reſeruata arbitrio regis ſubdit tamen ibi Affl.quòd ſi ille, qui vult citari, habet domū in regno, poteſt in domo citari, & ita reſidet. ſed parcat mihi reuerētia ſua, non ſoluit quōnē, quia prouiſio regis Ferdinādi loquitur, qñ citandus degit in loco nō ſubdito regi, & ſit diuerſæ iuriſdictionis. & ſic remanet quæſtio inſoluta, qñ ſunt officiales dependētes ab eodem rege, & citandus delinquens degit in loco ſubdito ipſi regi. Ego autē, ſaluo ſemper meliori iudicio, tenerē illam opinionem in caſu propoſito, quòd poteſt citari delinquens exiſtens in loco ſubiecto ſuperiori, à quo officialis illius loci, & officialis delicti dependēt, requirēdo iudicem illius loci, ut citari permittat, ſecūdū opi. ſupra relatam. & ille iudex requiſitus tenetur ad hoc, motus authoritatibus ſupra relatis, & ex regia noua Prag.edita per Cęſ. Maie.incip. renouamus etiam aliam. qua cauetur, ꝙ viceregeX regni Siciliæ tenetur ad requiſitionē huius uiceregis capere delinquentes in hoc regno, & ibi degentes, & remittere ad eum, & ſic econuerſo, vnde ſi hoc ꝓcedit in citatione reali, in qua eſt maius dubiū, fortius hoc debet procedere in citatione verbali. ſic etiam ſtatuitur per aliam Prag. ſeq. in c. itē ꝙ officiales. qua ſimiliter ſtatuitur, ꝙ officiales regij huius regni tenentur capere delinquētes extra territorium, & illos remittere ad officiales territorij, in quo deliquerunt. & ita firmat Ang. in lib. malefi. in verbo, iudex commiſit. Hodie in regno paſſim & indiſtinctè expeditur citatio per iudicē domicilij contra exiſtentem in territorio alterius, ſiue ſubditum, ſiue non ſubditū, & ſi ille iudex qui citat eſt æqualis illi q requiritur, fit citatio, cum, hortamur, videlicet hortamur talem officialem, vt permittat illum citari, offerentes ad ſimilia & maiora. Si verò eſt inferior, fit citatio cum rogatiuis, & ſupplicib. verbis. & iſte modus eſt optimus teſte Old. conſ. 83. tertio quæritur, eir. ſi Soc. conſ. 167. non inutilis 3. q. in fi. vol. 2. & hæc practica fundatur in ele. paſtoralis. §. nos quoq;. de re iu. vnus. n. iudex alteri auxilium præſtare tenetur, vt in 2. conſt. C. poſt princ. & in l. epiſcopale. C. de epi. aud. cap. dilecto. de ſen. excom. lib. 6. Soc. in c. ſanè in fi, de fo. comp. Eſt tamen aduertendum ꝙ literæ requiſitoriæ debent eſſe ſigillatæ ſigillo magiſtratus, alioqui non facerēt fidem l. ſi qua per calumniam. in fi. C. de epiſc. & cler. c. tertio loco de pro. ſecundo requiritur ꝙ literæ ſint publicæ. ſecundum Old. conſ. 124 ꝙ remiſſio. 3. debent continerē requiſitionem. l. 1. ff. de re. re. 3. debent continere cauſſam, vt tale delictum commiſſum in ſuo territorio, vt melius & tutius requ ſitus iudex, videat num debeat ſuccurrere, an non: vt eſt tex in authen. vt nulli iud. §. ſi verò quis comprehenſorū coll. 9. l. fi. de Offi. præfe. vigil. Eſt inſuper aduertendum ꝙ iudex requiſitus non tenetur exequi, nec debet citationem abſq; literis requiſitorijs per tex. in l. 1. de requ. re. § ſi quis verò comprehenſorum. in auth. vt nu. iud colla 9. tex. in l. vna. C. de of. cum. re. priua. & ſi ſine literis exequiref, proceſſus eſſet nullus, tum quia officium non debet impartiri non patienti l. 4 §. hoc autem iudicium. ff. de dam. infe.

tum

tum etiam,quia cõſuetudo & vſus ſic obtinuit. Cy. Bal. & alij in l.cum quædam puella.§ fi.ff.de iuriſ.om.iud.& ita cõclu dit Rebuff.in 2.tomo. conſtitu.in trac.de
28 lite.requiſito.num 33 ¶FIS. Vtrum citatio facta domi non facta perquiſitione per ciuitatem,ſi citandus reperiẽ in ciuitate, valeat? IVD. Afflict.in conſtitu.citationis literæ,in pri.no.per illum tex.firmat quòd non valet, quia debet perquiri in ciuitate, ſi adeſt citandus,& perſonaliter citari, & ſi eius copia haberi nõ põt tunc fiat citatio domi. & hæc eſt opinio Bart. in l.4.§.ptor ait. ff de dam.infect.approbata nunc per d. conſti. citationis literæ, & quãdo facta dicta diligẽtia fieret citatio domi, non audiretur citatus,dicẽs citationẽ ad eius notitiam nõ perueniſſe. vt per Afflict.in d.conſtitu.citationis literæ. in fin.Bald. tamen in l.conſentaneũ. col.pen. in fi. C.quo.& quando iu.dicit, ꝙ ſufficit,quòd nuntius de directo vadat ad domũ citandi nõ facta perquiſitione, & ita ſeruatur ubique. & hæc expoſitio Bal.videtur approbata p regiã pragmati. inci. quilibet. quæ loquitur alternatiuè quod quis citetur pſonaliter , vel domi. & ita tenet Maria. in ſua pract.in tit.de citatio,num. 103. & ita dicit eſſe practicandum.Rebuff.in 3.tomo.conſtitutionum, tract.de citatiou. Gl 3.ar.2.in principio. Et ſic dicit practicari in regno Franciæ.
29 ¶FISCVS. Quid ſi in domo ſolitæ habitationis nullus habitat.an ibi poſſit citari? ¶IVDEX. Afflict. in d.conſt. in 3.no. dicit,ꝙ ſic. & valet citatio ſi ſeruetur forma dictæ conſtitu.ut ſcilicet citatio in li mine domus affigat̃, ſub teſtimonio duorum,vel triũ,& elapſo ter.30.vel 40.dierum,& nõ comparente citato, reputabitur contumax : & ſic citabitur vt vagabũdus ,vt ibi per Affli.in 3.nota.& ſcribatur ad cautelã , per quot dies ſteterit citatio affixa in limine domus , ſecundum Affli. ibi.in 5.nota.& quãdo affigitur citatio in limine domus , debet legi corã teſtibus , & publicari,vt per Affli.ibi.ſecundo quęro, & hoc ſi ſeruatur, non audietur,ſi poſtea cõparet , & allegat nõ perueniſſe ad ſui notitiam.ut ibi & notãdum eſt,quòd tunc demũ tempus 30.vel 40. dierum eſt de ſubſtantia citationis , quando nullus eſt in domo citãdi, aliàs deberet poni tẽpus arbitrio iudicis ſtatuendũ, vt per Afflict.ibi.in 6.no.& an valeat citatio facta ad hoſpitiũ terræ,vide Bar in l.1.§ permittit.uerſi.quæro nũquid ſufficit citari. ff.de lib.agno. & an poſſit fieri ad domũ conductam , dicas, quòd ſic.ſecũdũ Cardin.in cle.pri. 10.no.de for.compe.& an citatio ad apothecam valeat. Bar. in l.4. §.prętor ait.ff.de dam.in ſec.2.col.in fin. verſ.item quęro.& in l.1.§.habitare.ff.de his, qui. deiece. vel effud. & Lanfran. in cap. quoniam contra. in verſ. citationes. de probatio. vide Marſi.in pract.crim.§.
30 attingam. nu.20. ubi plenè. ¶FISCVS. Nunquid citatio facta carcerato valeat? ¶IVDEX. Bart.in l.3.ff.de in ius voc.per illum tex.dicit non poſſe citari.quod eſt verum , ſi iudex ſciat illum eſſe carceratum.ſed glo.& poſt eam Ioan.de Imo.in l.is, qui reus. ff.de publ.iud. tenet, ꝙ põt citari , & quòd tenetur mittere procuratorem,ſi illum facere,& habere poteſt: & hoc procedit in carcerato propter culpã ſuam.tu uerò uideas Maria.Soci.in trac. de citati.artic.5.in 25.quęſt. Vbi tandem facit lõgã diſtinctionẽ loquẽs, nec unde impedimẽto carceris , ſed de quolibet alio in 28.q.videlicet aut impedimẽtũ eſt perpetuum,aut tẽporale,de perpetuo dicit poſſe citari,eo non obſtante : & tenetur mittere procuratorem, ut no. Gloſſ.in c. cùm dilecti. de dol. & contu. & ſequunt̃ ibi communiter doct. inquiſſimũ enim eſſet,ut propter impedimẽtum vnius,impediretur ius alterius.Idemque dicit eſſe dicendum , ſi impedimentum eſſet lõgo tẽpore duraturũ . Et ideò quãdo aliquis eſt deportatus in perpetuum,vel ad triremes miſſus,ſi pro nouo nõ cognito delicto,impediretur,mittitur ꝓ eo,& ad carceres reducitur , donec de illo cognoſcatur, ut ſæpè facit magna curia. Hoc autẽ non poſſet facere iudex & officialis baronum , nam poſtquam ad triremes miſſus erit delinquens,eũ rehabere impoſſibile eſſet, & ideò illud delictũ neceſſe eſt, vt inultum remaneat. Aut impedimentum eſſet breui tempore duraturum, & ſubdiſtinguit,quòd aut eſt uoluntariũ,aut neceſſariũ, ſed nõ probabile,aut eſt neceſſarium,& probabile. primo caſu volũtariẽ impe-

impeditus, pōt citari; nec excuſatur, ſed tenetur comparere per ſe, vel mittere excuſatorem.arg.c.inter quatuor. & c.ſi.de maio.& obed.tenet Io.Cal.in c. querelā. de procu.ꝙ quidem, ad impedimentum carceris adaptari nō poſſet, niſi in eo qui permittit ſe carcerari ēt capi. ab eo iudice, à quo ſperat mitius tractari, quo caſu erit carcer affectatus, & voluntarius, & non admittitur ad comparendum :& per excuſatorē, conſtito de affectatione, & reputabitur contumax. ob idq; ſæpius qñ allegantur carcerationes in magna curia vicariç, ſolet reſpondere fiſcus carceratio nem eſſe affectatam. Cognoſcetur ꝙ ſit affectata multis modis; & ſignanter, quando fuiſſet citatus, à iudice ſuperiori, & ipſe cōpareret, aut permitteret ſe capi à iudice inferiore: Secundo caſu, quando impedimentum eſt neceſſarium, ſed nō probabile, vtquia exulat propter culpam ſuā ad tempus, vel erit relegatus, aut bānitus ad tempus, licet breue, & hoc caſu poſſet citari, & teneretur mittere procuratorē, aut excuſatorem, quia culpa ſua non debet ſibi prodeſſe l.Papinianus exuli. ff. de mino. l.ſed & ſi per prætorem §.& 1.§. ſi aduerſus. ff. ex qui.cau.ma. quod quidem limitandū duxit, ſi citatur vt quis comparat per ſe, vel per procuratorē, at ſecus ſi vt perſonaliter compareat. ſed in eo caſu tenetur mittere excuſatorem. Nec eo in caſu tenetur comparere de pſona niſi data ſibi ſecuritate. de quo inf. dicam. Si autem impedimentum eſſet neceſſarium, & probabile, puta infirmitatis vel abſentiç, & regula eſt (ſecundum eum) ꝙ nō poteſt citari, & ſi citaretur, & impedimentum eſſet notum iudici, citatio non valeret, & ſi non eſſet notum, daretur reſtitutio. l. quæ ſitum. ff. de re. iudic. ſed tu aliter dicas, vt habes infra in verbo audiantur excuſatores. limitatur aliquib. modis quos vide p
31 te & de his hactenus. ¶ Et eſt notandum, quòd ſi quis citatur ad pœnam iudicis arbitrio inferenda, talis citatio tenet, & ſi non comparet, condemnatur ad tertiam partem bonorum mobilium, ſecundum Affl. in conſt. pęnam nouem nunciarum.
32 in 3.no.in 2.q. ¶ FISCVS. An bannitus, exulatus, aut deportatus poſſit citari ab eo iudice, qui eum banniuit, exulauit, aut deportauit? ¶ INQVISITVS. Videtur dicendum, quòd non poſſit citari, quia nō poteſt tute accedere ad illum locum, ergo cum non teneatur comparere, non videtur ibi poſſe citari. vt in c.accedens. extra vt lit. non cont. & hoc videtur ſentire Dy. in terminis alterius quęſtionis, an bānitus poſſit iterum banniri. in l. 1. C. vt intra cer. temp. & per Bar. in l. aut damni. §. deniq;. ff. de pœn. & per Albe. de Roſa. in quæ ſtatutorum, q. 26. pro qua concluſione facit l. 2. §. pen. ff. ſi quis cau. & quòd nota. in l. Fulcinius. §. quid ſit latitare. ff. qui ex ca. in po. ea idem voluit Bald. in l. decernimus. C. de ſacroſ. eccl. verſi. veuio ad ſecundum. ¶ FISCVS. Sed mihi vr̃ indiſtinctè poſſe citari, & ꝙ ſibi debeat imputari, ex quo pp ſuum delictum ſe poſuit in tali neceſſitate, & ideo ſibi non eſt ſuccurrendum. l. ſi fideiuſſor. §. neceſſatia. ff. qui ſatiſ. cog. & ff. ex qui cau. maio. in l. quæ data. ¶ IVDEX. Io. And. in addi. Spe. in ti. de accu. §. ſequitur. verſ. quid ſi bannitus. in 3. par. dicit, ꝙ ſi ſcitur vbi ſit bannitus. debet requiri, & dari ſibi ſecuritas veniendi. de quo latiſſimè tractat Nell. in tra. bāni. in 1. par. 1. tempo. in 3. q. pro quo eſt gl. in l. is, qui reus. ff. de pu. iu. & ibi Albe. de Roſ. nu. 6. & gl. in l. 3 ff. de cuſt. reo. & ibid Albe. de Roſ. Sed idem Alb. in l. præſenti. C. de his, qui ad eccleſ. confu. latius tangendo quæſtionem poſt multa hinc inde diſtinguunt, quod aut iſte bannitus accuſatur de crimine, quod imponit pœnam relegationis maiorem, & in qua per procuratorem ſe defendere nequit, nec in abſentē ferri ſententia, & iſto caſu procedant prædicta. verū iſto caſu debet carcerari bannitus comparens ex ſecūdo delicto, ex quo propter fugam primi criminis effectus eſt fugitiuus, & ſuſpectus, aut accuſatur de crimine, quod imponit pœnam relegationis minorem, & in quo poteſt per procuratorem ſe defendere, & in abſentem ferri ſententia, & non debet cōcedi iſto caſu ſecuritas conſti. ſed dubiū facit regis Roberti, incip. regenti curiam vicariæ & id quod dicit Afflict. in conſt. clementinæ. in ſecundo not. verſi. an autem bannitus, in fi. vbi habetur; quòd bānitus pro vno crimine ad inſtātiā vnius, non poteſt ad inſtantiam alterius banniri.

niri. ſed contrariũ voluit ritus magnæ cu
riæ vicariæ, inci. item ſi aliquis bannitus
33 aut bannita, & ſuperius dixi. ¶ FISCVS.
Quid ſi vagabundus commiſit delictum,
& ſtatim receſſit, vbi nam eſt citandus?
¶ IVDEX. Dicas q̃ ibi poteſt citari, vbi re
peritur: ſed ſi non reperitur, põt citari ad
domum, vbi aliq̃n ſe reducere in vltimis
conſueuit ſm Zaba. in cle. I. de fo. comp.
& hr̃ per Mari. Soc. in tract. de cita. ar. 17.
num. 57. & ſi neſcitur domus, citabitur ad
modum edicti, & affigitur in palatio cu-
riæ, ſecundum Bald. in l. accuſatorib. col.
fi. C. de accuſ. & in l. conſentaneũ. C. quo.
& q̃n iud. & in l. vt perfectius. col. 1. C. de
ann. exce. ¶ FIS. An citatio facta die fe-
34 riato valeat? ¶ IVD. Licet hincinde ſint
opiniones, verior vr̃ opinio, q̃ nõ valet,
ſcd̃m Spe. in ti. de fer. verſi. item q̃ eſt fa-
cta. & Barto. in l. 1. §. nunciatio. ff. de nou.
ope. nun. & Bal. in l. 2. C. in qui. cau. in in-
te. reſt. non eſt ne. & in l. 1. ff. de fer. & Mo
der. in c. ſi. eo. tit. & latè per Maria. Soc. in
tract. de citat. ar. 19. ſed in regno ſunt duo
ritus, vnus incipit: itẽ ſeruet dicta curia,
q̃ citatio, qui vult quod valet citatio die
feriato, vt compareat citatus die nõ feria
ta: alter ritus incipit. item prælibata curia
vult, q̃ data citationis ſit etiam die feria-
35 ta, tamen citatur die non feriata. ¶ Et ſi
citatur quis, & citationis terminus cadit
in diem feriatam, licet videatur poſſe di
ci prima facie, quòd citatus non tenetur
comparere. arg. tex. in l. Celſus. ff. de arbi.
§. idem ait. per quem text. ita dicit Barto.
de Capu. in ſing. 23. & dicit eſſe caſum in
l. & poſt edictum. ff. de iud. tamen in re-
gno eſt ritus incip. item quòd tam in ciui
libus quam in criminalib. qui dicit, quòd
die ſequenti tenetur comparere, & valet
citatio & alius ritus eſt idem dicens, & eo
36 dem modo incipiens. ¶ Et ſi in curia. vn-
de emanatur citatio, non ſunt feriæ, ſed
in loco, vbi quis citatur, ſint feriæ cele-
bratæ à populo, & clero, nõ valet citatio,
quia attenditur locus, vbi quis citatur.
37 ¶ FISCVS. In quibus caſibus permittatur
citatio per edictum. ¶ IVDEX. Dicas,
quòd permittitur in caſu neceſſitatis, vi-
delicet quando alio modo quis citari nõ
poteſt: puta propter eius abſentiam, vel
latitationem, & quando quis non habet
habitationem aliàs non permitteretur:
ſecundum Bar. in extrau. ad reprimendũ.
in verſi. per edictum, poſt prin. & Bal. in l.
accuſatorib. col. fi. ¶ INQVISI. Qualiter
ergo practicabitur huiuſmodi citatio per
39 edictum; † IVDEX. Dicunt aliqui, quòd
iudex debet examinare an locus ſit tutus
citationi faciendæ, per edictum, & an in
ſint qualitates cle. 1. videlicet an tute poſ
ſit adiri citandus, vel non arg. l. de ætate.
ff. ad treb. Alij dicunt quòd hodie nuncij,
paſſim faciunt huiuſmodi citationẽ per
edictum affigendo citationem in valuis
domus, vel eccleſiæ, & referunt locũ non
fuiſſe tutum, ſeu citandum non potuiſſe
reperiri, & nullam habere domũ vbi poſ
ſet citari, vel nullam iu eſſe familiam. Af
figetur tamen citatio in valuis eccleſię ca
tedralis, aut maioris illius ciuitatis, ſeu
municipij, ſi erit citandus clericus, aut in
valuis ſcholarum ſi erit ſcholaris, vel in
palatio, aut in alijs locis patentib. vbi ve-
riſimile ſit poſſe perueniri ad notitiam ci
tandi ſecũdum Bar. in verb. publicè in ex-
trau. ad reprimendum. quo. in læſ. ma. cri.
pro. Dicitq; Bar. ibidẽ quod relinquitur
arbitrio iudicis quanto tp̃e debeat ſtare
citatio affixa, ſufficeretq; probari q̃ pu-
blicè fuerit affixa in tali loco, nec eſſe ne
ceſſarium apponi in relatione, quãto tp̃e
ſteterit affixa. pro quo facit tex. in l. ſed &
ſi pupillus. §. præſcriptum. ff. de inſtitor.
actio. præſumitur. n. quod tanto tempore
ſteterit affixa, quòd ad notitiã citari per-
uenerit, nec præſumitur ſublata. quia re-
motio eſt delictum. l. ſi quis id quod. ff. de
iur. om. iu. quæ non pręſumitur. l. merito.
ff. pro ſoc l. pe. C. de his qui in teſti. ſi. ad-
ſcrib. Eſt tñ benè verum, q̃ citatus poſſet
probare, quòd ſtatim fuit ablata, & tunc
non valeret citatio, cum non potuerit ad
eius notitiam deuenire ſecundum Hipp.
in l. de vnoquoq; nu. 55. ff. de re iud. & in
rub. de fide. q. 58. in fi. docet etiam Fely.
in c. ex parte decani col. 4. nu. 7. ver. reuo-
catio procuratoris. de reſcr. Debet tamen
nũcius, tempore quo affigit citationem,
illam legere publicè coram teſtib. ſecun-
dum Bar. in d. verſic. publicè ſi tamen te-
ſtes eſſent literati, qui illam legere poſ-
ſent, non requireretur lectura nuncij ſe-
cundum Afflic. in conſti. de liter. cita. in 6.

no,

not.num. 10. Putat tamen Pe. Rebuf. in d.
trac. de citatio gl. 3. ꝙ vtroq; caſu ſaltem
teneretur dicere nuncius, ꝙ intendebat
citare talem, & quia eum nõ reperijt, nec
domum vbi poſſet citari, ideo affixit cita
tionem oſtio domus citati, & teſtes dẽnt
illã videre, & literæ quæ aſſiguntur debẽt
hr̃e teſtes inſcriptos, in quorum præſen-
tia factum fuit, debetq; ineſſe ſubſcriptio
38 ipſius nuncij. FISCVS. Quid ſi erratum
fuit in ipſa citatione in nomine, valebit
ne citatio? ¶IVD. Diſtingue, aut fuit cita-
tus Petrus Ioannis, qui vocabatur Petrus
Franciſci, verum conſtat, ꝙ ipſe qui cita
tus fuit, eſt idem corpus, quod fuit cita-
tum, ſub hoc nomine, Petrus Ioãnis, quia
eſt ipſemet homo, qui inculpabatur, & in
famatus erat de delicto, de quo agebatur.
& quia conſtat, ꝙ de illo corpore ſenſit
iudex, & etiam nuncius, valet proceſſus
in contumaciam factus, licet ſit erratum
in nomine arg. l. congruit. ff. de of. præſi.
& ff. de bon. co. qui mo. ſi. conſci. Si verò
conſtat hunc hominem fuiſſe citatum à
nuncio ſub hoc noĩe, Petrus Ioãnis, cùm
erat Petrus Franciſci, nec conſtat iudicem
ſentijſſe de eo, de quo ſentijt nũtius inci-
tando, nec eſt aliqua veriſimilis cõiectu-
ra, ꝙ iudex ſẽſit de illo corpore, hoc caſu
falſa demonſtratio vitiat citationẽ, quia
licet nuncius ſenſerit de certo, tñ iudex
non commiſit de illo, & ſic citatio nõ ar
ctat eum, ex quo repetitur facta abſq; cõ
miſſione iudicis, vt l. 1. ff. de requi. reis. Si
verò conſtat citationem fuiſſe factã, non
tñ conſtat, quod corpus nuncius citaue-
rit, pone exemplum, apparet tum fuiſſe
dictum nuncio, vt citaret Petrũ Ioannis,
& nuncius refert ſe citaſſe, prout in man
datis habuit, & non apparet aliter, qs fue
rit citatus, certè hoc caſu, ſi citatus fuerit
bãnitus, non poterit fieri exequutio con
tra Petrum Ioannis, ſi nuntius nõ citauit
eũ, qui erat diffamatus, ſed citauit Petrũ
Franciſci. Vide tñ latius de iſta q. Maria.
Soc. in tract. de citat. art. 20. nu. 15. vbi ple
39 nè. ¶FISCVS. Sed quid ſi in informatio-
ne conſtet de delinquentib. per ſigna, nõ
tamen de nomine, quomodo citabũtur?
¶IVDEX. Dicas, ꝙ ſi ſit commiſſum iura
to, & ſeruient, vt citet infraſcriptos, vide
licet, vnum habentem barbam longam,
quadratum, iuuenem, monoculum, aliũ
verò, veſtitum pallio rubro, ſenem, lon-
gum, & claudum, alium verò veſtitũ co-
lore nigro, gibboſum, cum parua barba
bifurcata, & ſic de ſingulis, valet talis ci-
tatio ſecundum Ang. Are. in § quadrupli
inſtitutio. de act. & Bal. in l. ſi quando. C.
de teſtib. & l. ſi dictum. §. ſi præſente. & §.
ſimili. ff. de euict. o. nec curandum eſt de
nomine, dummodo cõſtet de corpore vt
l. ſi quis in fundi vocabulo. ff. de leg. 1. a-
diecta enim aliquali demõſtratione, fun
gitur vice proprij nominis, vt ſi ſpecifica
ta ſunt ſigna, vt latius per Io. Mill. ĩ prac.
crim. fol. 39. & citabũtur per edictum le
ctum, & aſſixum in palatio, vel voce præ
conia, loco publico denũtiatũ, vt ibi per
40 Io. Mil. ¶Et an citatio facta ſine aſſigna-
tione diei, vel termini valeat, an non tra
ctatur pleniſſimè per Boer. in deciſi. 235.
in 2. parte.

¶FIAT RELATIO NVN-tij. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Relatio nuncij eſt de ſubſtantia citationis.* 16.
2 *Relationis forma.*
3 *Citatio committitur ſeruienti curiæ.*
4 *Relatio debet cõtinere diem quo quis citatur.*
5 *Relatio debet fieri actuario.*
6 *Relatio quomodo fiat quando quis domi cita-tur.*
7 *Et quid quando nullus habitat in domo.*
8 *Citatio debet notificari alicui de domo, & debet recipi iuramentum ab eo, cui notificatur.* 9.
10 *Citatio debet fieri in præſentia teſtium.*
11 *Nuntius debet exequi iuxta formam ſibi commiſſam.*
12 *Nuntio referenti an indiſtinctè credatur.* 13.
14 *Relatio nuntij debet eſſe certa, & clara.*
15 *Nuntius falſo referens an puniatur.*
16 *Nuntius regius an poſſit in terra baronis citare abſque licentia* 17.
18 *Nuntius regius delinquens in terra baronis, an per eum poſſit puniri.*
19 *Nuncio extra territorium citanti an ſit credẽdum.*
20 *Nuncius poteſt per vim intrare in domum citandi.*

21 *Nuncius laici citans clericum an puniatur.*
22 *Nuncius tenetur parti ad intereſſe, ſi non refert citationem.*

FISCVS.

ADeò abundè enucleaſti, quæ in materia citationis dubitari, vt plurimũ poſſunt, vt nihil vltra reſtet dicendum: nunc autem te rogo, vt mihi des formã
1 veræ & realis relationis nuntij. ¶IVDEX. Libenter inſeruiam, & ideo ſcias, ꝙ optimam rem propoſuiſti, cum relatio nũtij ſit de ſubſtantia citationis, & in actis dẽt ſcribi ſeriatim, ac in pede citationis, ſecũdum Bar. in l. multum intereſt, ff. de cõd. & dem. & in l. hæc aũt. §. 1. ff. ex qui. cau. in poſ. ea. & optimè probatur per tex. con ſti. citationis literæ. ibi, & ſeriatim. & ibi
2 no. Affl. ¶Et forma relationis eſt: Ioãnes iuratus, & ſeruiens curiæ magnifici Strategi ciuitatis Salerni, retulit mihi actuario publico dictæ curiæ hodie prædicto die citaſſe d. Franciſcum in domo ſuæ ſolitæ habitationis, vbi eius familia cõmoratur, & commorari ſolet, eamq; notificaſſe eius vxori, & ab ea recepiſſe ſacramentum ad eam notificandam d. Franciſco, quàmprimum potuerit: præſentibus pro teſtib. Petro de Iulianis, & Antonio Caputo, modo, & forma ſibi commiſſis.
3 ¶Dixi: iuratus, & ſeruiẽs curiæ magnifici Strategi, ob id, qa ſupra dixi, ꝙ citatio cõmittitur ſeruienti curiæ, per tex. c. cũ parati. ext. de app. licet poſſit cõmitti alteri nuntio, ſiue ſeruienti alterius curiæ, & ſuperioris. imò ille, cui cõmittitur citatio, põt alteri committere, ꝙ citet, vt eſt tex. no. in d. conſt. citationis literæ. ibi, tã per ſe, quàm per alium & ibi no. Affl in 8. no. quem tex. dicit alibi nõ vidiſſe ſed debet nominari, quis iuratus citauerit. Pro certo ſemper: anceps fui, circa intellectum illius conſtitutionis, conſiderato intellectu Affl. & ante eum. And. de Iſer. Nam intelligendo illam, prout Iſer. & Affl. intelligunt, illa particula, illa in poſterum dubietate ſummota, cõtradicit expreſſe verbis proximè ſuperius poſitis, ibi quæ omnia per eum cui fuerit commiſſa citatio, volumus expediri: & ſeriatim citanti reſcribi. Tanto magis quia de iure, non valet citatio; etiam data cõmiſſione iudicis, niſi exprimatur, per quem vult hoc fieri, ut inquit Bal. in l. eius qui 3. col. verſ. præterea. ff. ſi cer. peta. & in l. fi. circa med. C. de exhib. re. & c. cum venerabilis, col. 2. de dol. & Hyppol. Marſ. ĩ ſing. 235. procuratores. licet rei veritate nõ ſeruet, quia quilibet ſeruiẽs & apparitor poteſt exequi. prout etiam Franciæ nõ ſeruatur. atteſtante Rebuff. in 3. tomo conſti. tract. de cita. art. 2. gloſ. 4. num. 8. Durum tamẽ eſſet, quòd ſi ſpecialiter Ioanni nuncio, eſſet citatio facienda, cõmiſſa, ipſe Ioannes alteri committeret. Id tãtò magis in caſu noſtro procedit, cùm ita intelligendo cõtradiceret ſuperiorib. verbis. Quare intelligebã illum. §. illa, loqui, ꝙ poſt quam intimata eſt citatio citãdo, relatio citationem eſſe factam, poterit fieri, tam per eũdẽ nũciũ qui citauit quã per aliũ fide dignũ cui ipſe commiſerit. Prout videmus quotidie ſeruari. Eſt tamen bene verũ ꝙ intellectus Iſer. & Afflict. de plano procederet; quoties citatio eſſet commiſſa Ioanni nuncio, vel alteri cuicunq; & tamen tunc alter citaret ex vi cõmiſſionis à iudice factæ. Cogita tamẽ, quia magna eſt auctoritas Iſer. & Afflict. & dicã
4 ibi Deo dante. ¶Dixi: hodie ꝑdicto die, ex eo, quia tempus exequutionis cõmiſſionis ſibi factæ de citãdo, debet apponi in relatione, ut dicit Maria. Soc. in tra. de
5 cita. ar. 13. nu. 5. ¶Dixi, retulit mihi actuario publico dictæ curiæ, quia relatio fieri debet actuario, vt habetur in l. eos. §. ſuper his. C. de appel. ibi dum tex. dicit. ad ſcrinia. & ibi per glo. & Bal. facit Auth. item, ſi appellationem. C. de tẽpo. appe. & ita tenet Bar. in l. ſi finita. §. Iulia. ff. de damno. infec. & ſic interpretata fuit conſuetudo ſecundũ Io. de Imol. in d. § Iulianus. licet Ang. ibidem voluerit dictã relationem fieri debere ipſi iudici, & nõ ſufficere fieri notario, qd reprobat Maria. Soc. in trac. de cita. in artic. 13. in 2. q. & ita firmat Gram. in conſ. 2. poſt deciſ.
6 ſac. regij conſilij. ſub num. 14. ¶Dixi, in domo ſuæ ſolitæ habitationis, quia ita referri debet, nec ſufficeret, ſi diceret in domo ſua, p doctri. Bar. in l. 3. § prætor ait. ff. de dam. infe. & probaẽ per cõſti. regni. incip. citationis literæ, & ibi p Iſer. & Lu. de Pen.

de Pen.in l.1.C.de cu. & ſtatio.li.11.& ſic
7 mat.Gramma. vbi ſupra nu.3.¶Dixi: vbi
eius familia cōmoratur,ex eo,quia quan
do nullus habitat in domo,citatio dēt af-
figi in limine domus cum ſolēnitatibus
de quibus p dictā cōſti. citationis literæ,
8 & ſupra dixi. ¶Dixi: eamq; notificaſſe
vxori,ob id, q̄a dēt alicui de domo cita-
ti notificari citatio, ad hoc,vt ad notitiā
citati perueniat, ut dicit An.de Butr.in c.
ſi.extra,de eo,qui mit.in poſ.refert,& ſe-
quitur do. Maria. Socin. in tract. de cita.
articulo 17. verſ. circa ſeptimam ſpeciē
8.col. & idem dicit ſeruare magnā curiā
9 vicariæ in d. ſuo conſ. num. 4. ¶Dixi: &
ab ea recepiſſe iuramentum, quia de ſub-
ſtantia citationis requiritur hoc iuramē-
tum pſtari, vt habetur in conſtit.citatio-
nis literæ ergo id ſeruari debet.aliàs non
10 teneret. legis forma non ſeruata. ¶Dixi
etiam præſentibus pro teſtibus,q̄a ad eſſe
& ſubſtātiā citationis,& relationis nun-
tij requiritur præſentia duorum teſtium
ad minus, qui interueniant tpe dictæ ci-
tationis,ut dictat regia prag.incipiē.qui-
libet agere uolens. quæ procedit, quādo
citatio fieret extra ciuitatē,ut dicit Affli.
in conſtitutio.edictorum.in quarto not.
in fin.Cùm enim nūcij,& apparitores re-
gulariter uiles ſint,l.phibitū; & l.defen-
ſionis.C.de iur.fi.lib.10.& falſas relatio-
121 tis,non attenditur poſſeſſio fact.†quia apud principem eſt plenitudo omnis poſſeſſionis.ſecundum Alex.in conſ.in 3.in 6 lib. nu. 28. dicebatur pro parte fiſci, ꝙ ſatis differat clauſula, ſi & prout, de qua loquuntur præfati doctores, & clauſula, ſi & quatenus, quam per iſtam ſecũdam apertè demonſtratur,nihil aliud voluiſſe cedere & confirmare niſi omne id,qđ poſſeſſum fuit;& hæc ſua obiectio, poterat

122 colorari (licet non dixiſſet) quia coniunctio quatenus.ſignificat quãtum,ſiue ad quem finem Cice.de ami.34 quam ob rem,id primum videamus,ſi placet,quatenus amor in amicitiam progrẽdi dẽat, ſed aduertendum eſt, (dixi) quia eadem coniunctio,ſignificat quoniam. Pli. li.3. ad Caninium Ruſum, & quatenus nobis denega-

denegatur diu viuere, relinquamus al.q̄d quo nos dixiſſe teſtemur: & ſic poteſt intelligi, qm̄ tpe inueſtiturarū poſſidebat, hoc ſuadetur, quia ſequens inueſtitura, potius intelligi dēt, vt addat primę, quā vt detrahat & limitet, & aliter fieri non poſſet, vt dixi ſupra hac de re. conuenientius eſt, vt hoc in caſu, ſignificet quoniā, quàm quantum, & ne videatre ſpondiſſe tantummodo per rationem grammaticalem, habemus doctri. Bal. in l. antiquitas. C. de vſuf. 1. no. vbi expreſſe voluit, q̄ illa dictio, ſeu coniunctio eſt ampliatiua, dū dicit, q̄ ſi lego vſumfructum, quatenus apud hæredem tuum maneat, extenditur, vt vſumfructum nedum habeas tu, ſed ēt tuus hæres. facta longa diſcuſſione, dicebatur per fiſcum, q̄ vera eſt doctr. Bar. Ange. Inno. Sal. & aliorum q̄ probata poſſeſſione in vno capitulo, cēſetur probata in alijs etiam durioribus ſed in caſu noſtro nō eſt probata ergo & l replicabatur q̄ ſatis erat probata, Nam licet ſit controuerſia

123 † nunquid per inueſtituram principis transferatur poſſeſſio & dominium & magis communis concluſio ſit q̄ non, ſecundum Alex. in l. 3. in prin. ff de acq. poſſeſ. & Alb. Bru. conſ. 97. nu. 13. Bal. conſ. 377. 1. lib. Cuma. conſi. 137. Alex. conſi. 88 col. 2. in 5. vol. & latè Afil. deciſio. 289. & Gul. & Per. conſi tamen quando fit conceſſio præſenti & ponitur clauſula, quòd habeat vim realis & effectualis traditionis, tunc transfertur dominium & poſſeſſio: ita Afflict. deciſio. præd. cta, vel quando adeſſet præcarium. Cumque hæc omnia ſint in priuilegio & conceſſione dicti quondam Eligij, ſequitur q̄ fuit translatum in eum dominium, & etiam poſſeſſio. Secundo hoc corroboratur, quia in inueſtitura facta quondam Illuſtri Antonio Carrafæ, expreſſe inueſtiens atteſtatur per verba aſſertiua de poſſeſſione dicti quondam Eligij, ibi nos autem attendentes q̄ dictum comitatum cum mero, & mixto imperio glad. poteſtate, & cum omnibus ſupradictis (quæ erant ſuperius mentionata) legitimè fuerunt dicto Eligio conceſſa: tenuit & poſſedit, ideò confirmamus & inueſtimus ſin forma & tenorem dictorum priuilegiorum. d quondam Eligij, & iuxta ipſorum ſeriem & tenorem, deinde ſubdit & ſi, & quatenus tenuit & poſſedit & per iſta verba affirmatur & acceptatur poſſeſſio d. quōdam Eligij, & licet poſtea ſubdatur, & ſi, & prout tenuit & poſſedit, non debemus intelligere, q̄ facit dubiū inueſtiens de poſſeſſione, poſtquam illā enunciauit aſſertiuè & affirmatiuè, ne videatur continere repugnantiam in conti

124 nenti † quæ euitanda eſt, latè Pariſi. conſi. 20. num. 44 1. lib, vnde ad tollendam repugnantiā & contrarietatē, debemus dicere q̄ illa verba, & ſi quatenus, ſtent ibi ampliatiuè extenſiuè, non aūt limitatiuè. Secundū doctr. Bal. in d. l. antiquitas quaſi q̄ plus concedebat ſi plus tempore inueſtiturā tenebat, & poſſidebat. Vlterius per duos teſtes, iam apparet probatum q̄ modernus Illuſtris princeps, & etiam pater tenuerunt & poſſederunt dictum cōitatum, cum mero & mixto imperio nominemq; alium probatur eſſe in poſſeſſione, ergo iā ſumus in claris. Hodie die 22. menſis Octob. 1560. Regia Audientia decreuit cauſam remanendam, habens p̄ veris omnibus allegatis in fauorem Principis. tantummodo ſic decreuit, quia dicebat ex compoſitione facta principem functum officio ſuo, & licet verum ſit cōpoſitionē malefactam poſſe retractari p̄ eūdēmet qui fecit per alias dicta & alias ſic obtinuerim in eadem Regia audientia in fauorem Marci boni de rito. vaſſali dūs Illuſtris Do P. hoſtiliani. & conſ. Paul. de Caſt. 110. nihilominus intelligeretur eius dictum, quando ad retractandū eſſet editus ipſemet, ſed quia fuit adita Regia audiētia, ipſa debet retractare. Appellaui ad magnā curiā, & qa inquiſiti & carcerati in carceribus vitam cum morte commutarunt, nō fuit aliter appellatio p̄ſequu.

125 INQVIS. ¶ Nunquid in crimine raptus poſſit peti remiſſio, & fieri debeat. IVD. Dicas quòd non quia raptor puniēdus eſt in loco delicti, ita probat tex. in l. vnica. C. de rapt. virg. & ibi gloſſ. in verbo fori præſcriptione & Caſian. in conſue. Burgu. in titu. Des aduenum ru. 12. nu. 9. § vnico tenet q̄ id ſeruatur de conſuetudine. Sed hęc intelligo procedere vbi priuilegia Baronis non poſſent comprehendere hoc delictum, aliàs verba eſsēt prægnantia, vt quia exceptuatis al. quib. caſi

bus

bus, in cæteris cōcedit̃ iuriſdictio in uaſ-
ſallos alibi delinquentes, procũldubio
126 deberet fieri remiſſio. I N Q. Quid.n.
ſi petatur remiſſio uagabundi delinquen
tis an fieri debeat remiſſio? I V D. Certe
non l. 1. & ibi glo. in uerbo reperiunt̃. C.
ubi de cri. agi opor. ita Panor. in c. fin. 6.
col. ibi tertio glo. dicit. de for. cōpe. & il-
le dr̃ uagabundus, qui non hēt certū do-
micilium, uel habitationē. glo. in l. eius
qui. §. fin. ff. ad mun. & Bar. in l 4 § prę-
tor. ff. de dam. infe. & Caſſa. ĩ cōſti. Burg.
in loco p̃cedenti nu. 12. limitat Panor. in
d. ca. fi. nu. 21. non procedere in enormi-
bus, quia in eĩs deberet fieri remiſſio ad
locum delicti, & ubi prius deliquerit.

¶ I N Q. Sæpe ſæpius, uideo contentio-
nes oriri, inter iudices, rōne delicti & ra
tione originis, & domicilij, pro ut ſupra
in eam quæſtionē incidimus, ſi libet igi-
127 tur † uideamus quam poteſtatem am-
bo habeant à iure, quam ve hodie de con
ſuetudine, & attenta iuriſdictione in tot
Baronibus diuiſa & conceſſione priuil-
giorum. I V D. Arduam quęſtionē propo
ſuiſti, de qua ſæpius ſcribente mentionē
faciunt, ut tñ tuæ uoluntati ſatisfaciam
aliqua dicam. Qua de re, ſciendum eſt, ꝙ
Abb. in c. fi. de for. compe. poſt relatas va
rias opiniones, in tāta Doctorū uarieta-
te, ſic diſtinguendum arbitrabatur, nam
aut delinquēs, reperitur in loco delicti,
aut non; primo caſu, delinquens quo ad
oēs effectus, de iure, & reſpectu perſonę,
& reſpectu bonorum, eſt de iuriſdictio-
ne judicis delicti, & hæc, quoad forū cō
tentioſum, ſecus quo ad forū pęnitentia-
le ut not. 16. q. 1. c. placuit (vide Do. Frā.
Mar. in deciſio. 491. quærit̃ an valeat, pri
ma parti. ubi plene.) Dixi, nō obiter, de
iure, quia hodie multi Barones uēdicāt
ſuos vaſſallos alibi delinquētes, & car-
ceratos ratione priuilegiorū eis conceſ-
ſorum, cum hoc ꝙ eius uaſſalli, nec rō-
ne delicti, nec alia quauis, poſſit ab alio
citari, capi, atteſtari, aut cognoſci, ſed ꝙ
ad ſimplicem eorū petitionem, & oſten
ſionem priuilegiorum, ad eos remitti de
beant. Hoc enim in caſu iudex delicti
nullam in delinquentem habet iuriſdi-
ctionem niſi & ipſe habuerit priuilegiū
cognoſcendi de quibuſcunq; in ſuo ter-
ritorio delinquentibus, quouis priuile-
gio nō obſtāte, & tūc incidimus in illā
quæſtionē de qua ſuperius mentionē fa
cimus, ut inſpiciendū ſit q̃d priuilegiū
ſit antiquius, & non poſterius. Aut nō re
periatur in loco delicti, & citatione uer-
bali fuerit præuentus, pōt contumax re-
putari, excōicari, & oĩs proceſſus ſupra
eius perſonam fieri, in quantum cauſæ
ſtatus & qualitas cauſæ pateretur. Aut ci-
tatione non fuit præuentus, & tunc pōt
citari uerbaliter quoad effectū diſtinguē
di bona. Et pōt requiri iudex ubi degit,
ut eum p̱mittat citari, uel remittat, & il-
le debet hoc facere. Et ſi citatus p̱ iudicē
ubi degit, noluerit comparere, pōt con-
tumax reputari, excōicari, & banniri per
iudicem delicti, & alius proceſſus fieri
contra perſonam, in quantum patiatur
ſtatus cauſæ, quia iam conſtitutus eſt in
contumacia per citationem iudicis ubi
degit; & vr̃ contumax in loco, ad quem
citationis effectus dirigitur, ſi uerò ille
iudex ſibi degit, nō facit remiſſionē, nec
citationem, tunc non pōt proceſſum fa-
cere cōtra eius p̱ſonam, nec ad iſtum ef-
fectum citare extra territorū conſtitutū.
Eſt tñ bene uerum, ꝙ ſi receſſit de loco
delinquens, & neſcitur ubi ſit poteſt ci-
tari per edicta, ſecundum Calder. in c. 1.
de raptor. & ualeret (ſecundum eū) hæc
citatio, etiam ad diſtringendā perſonā.
ſed do. Abb. ibi dicit ꝙ uera eſt opinio
Calder. tñ dicit quòd ſi ſic citatus nō cō-
paret non pōt diſtringi perſona, ſed tm̃
procedi poteſt reſpectu bonorum. Fel.
tamen ibi tenet indiſtincte opinionem
Calde. ut talis citatio per edicta, operet̃
ēt quo ad diſtinctionem perſonæ, ubi re
ceſſiſſet reus, & ignoraretur ubi ſit. Si ta-
men ſciretur ubi eſſet, tunc dēt requiri il
le iudex, ut permittat citari, quòd ſi nol-
let facere, recurreretur ad eius ſuperiorē
qui eum cōpellat. Ita Fely. ubi ſupra. Ho
die uero nulla fit remiſſio de iudice ori-
ginis ad iudicē delicti de neceſſitate, ſed
de urbanitate tm̃, de generali conſuetu-
dine; de qua atteſtantur Ang. in l. hæres
abſens. ff. de iudi. & Bal. in l. requirendū.
3. col. C. de ſer. fugi. Soc. in ſuis fallentijs
in uerbo remiſſio in delictis. in fi. & Ma
ſuer. in ſua praxi, in titul. de remiſſio.

ubi plus dicit ꝙ ſi delinquens capiatur per iudicem delicti remittitur ad ſuũ iudicem ordinarium niſi fuerit captus in flagrãti delicto: ex doct. Bar. in l. qd ait lex. §. quod ait. ff. de adulter. & hoc ſi dñs delinquentis, uel eius procurator peteret remiſſionem. & hoc (dicit) de conſuetudine, allegat Cy. in auth. apud eloquentiſſimũ. C. de fid. inſtru. pro qua facit gl. in l. ſi cui. §. ſi. ff. de accuſa. ſed Bar. ĩ d. §. quod ait. nihil ad propoſitũ dicit, de hac inſuper conſuetudine omnes atteſtãtur, & eſt ipſa ueritas ſecũdum D. Fran. Mar. in deciſ. 400. nu. 9. prima parte, & Cardinal. in cle. paſtoralis. de re iudi. uerſ. denique. nu. 12. Solum ergo, hodie petitur remiſſio à dño originis delinquentis capti in loco delicti, uirtute priuilegiorũ, & ſemper fit, niſi dñs loci delicti habuerit priuilegia, ut poſſit cognoſcere de quibuſcunque delinquentibus in ſuo territorio, non obſtãte quouis priuilegio. Et tunc ſemp deuenitur ad illã diſcuſionẽ plationis priuilegiorum, ut ſupra dixi. Bene tñ uerum eſt, ꝙ illa remiſſio quæ olim petebatur à iudice delicti, petitur, & prætenditur à Regia curia, & idõ ſemp ꝙ ſcit aliquem captum à domino loci originis, & inquiri de delicto extra territorium comiſſo, etiam ꝙ illud territorium ſit alteri Baroni cõceſſum & ſic nõ ſit immediate, Regis mandat iudici loci originis, ut illum captum non liberet, ſed caute detineat nomine Regiæ curiæ; Et ſic deuenitur ad diſcuſſionem, an iudex originis poſſit cognoſcere contra ſuum ſubditũ, de delicto cõmiſſo extra territorium? Et niſi in ſpecie habuerit in priuilegio cognoſcendi etiã de delictis alibi commiſſis, repetit carceratũ, & ipſa curia Regia cognoſcit. Et ita quotidie uidemus ſeruari. Ea tñ ratione mouetur,
128 † quia princeps eſt dominus omnium perſonarum in regno ut probat cõſtitutio incip. quia frequẽter, & ibi no. Affli. Itẽ quia Rex, duplex ius hẽt in caſtro, ciuitate, uilla, uel terra qualibet, vnũ tanquàm dñs ſpecialis ipſius caſtris; aliud tanq̃ Rex ſecundũ Alber. in l. 1. in fin. ff. de offi. eius cui man. eſt iuridic. & generali conceſſione caſtri non vr̃ ius regiũ
129 tranſlatum. ¶ Item Barones non habẽt iuriſdictionem aliquã, niſi quatenus priuilegia tantant, & non ultra. latè Alber. Bru. conſ. 53. nu. 2. & per totũ id quod in priuilegio non reperitur conceſſum eſt regis ſcdm ea quæ notat Cardi. in Cle. 1. in 3. quæſt. de offi. ordi. & dixit Geminia. in c. 1. de priuile. in 6. uerſic. 1. & ſecundo. ꝙ priuilegiũ exẽptionis, quod poteſt in certo caſu uerificari, non debet uniuerſaliter operari & exemptus in cæteris articulis debet in alijs eſſe ſubiectus. ca. ſi Papa. cir. ſi de priui. in 6. non. n. dẽt priuilegiatus excedere metas priuilegij ſecũdũ Gemi. in d. c. primo. in princ. in 2. not. & latè Alber. Bru. in conſil. 35. Ego autẽ dũ caſus ſæpius mihi eueniſſet, de facto, dicebam, ꝙ nulli dubium eſt, quòd baro ꝑ priuilegium, eſt iudex competens domicilij & originis ſuorum uaſallorum, per allegata in ſuperiorib. Iudex uerò domicilij & originis, qñ ſibi ſubiectus reperitur in loco domicilij poteſt in eum exercere omnimodam iuriſdictionẽ ut in cle. paſtoralis de re iudi. & in c. cum contingat. de offi. ordi. adeò ꝙ põt ibi conueniri de oĩbus, tam de contractib. alibi geſtis, quàm de re alibi ſita, quàm etiam de criminibus alibi cõmiſſis, & patratis vt cap. dilecti. & ꝙ ibi not de for. compe. ſecundum Abb. & cæteros in c. fin. eod. tit. Et licet uariæ ſint opiniones, an iudex domicilij & originis poſſit inquirere de delictis alibi commiſſis, nihilominus, uſu uidemus receptam eſſe illam opinionẽ, ꝙ poſſit, per uiã inquiſitionis procedere (quia non eſt dubium ꝙ poſſit per uiam accuſationis, ut dixi ſupra.) Et conſuetudo dat iuriſdictionẽ ut in d. c. cum contingat de for. compe. & ibi no. Glo. & ſequitur. Abb. & Fely. ibi nu. 11. in fin. & Ang. in l. ſi. uacantia. C. de bon. uaca. li. 10. & tenuit Bar. poſt Cyn. in l. cunctos populos C de ſu. tri. & ſi. cath. & idẽ nota. in l. relegatorum. §. interdicere. ff. de inter. & relega. & in l. 2. iuncta Glo. ubi de cri. agi opor. Quando. n. regia curia præueniſſet in capiendo, & haberet delinquentem in manibus, & iudex originis uellet remiſſionẽ, tunc ſi expreſſe id nõ cõtinetur in priuilegio, non poterit obtinere: q̃ omnia notes, in actu practico. Si uero ſubiectus rõne domicilij & originis non repe

ritus

ritur in loco,ſed eſt abſens, tūc ſecundum
communē opinionem , poteſt citari per
iudicē domicilij quò ad omnes effectus.
ut bene tenuit Abb.d.ca. ſi.de for.compe.
130 num 41. ¶ INQVISI. Quid enim ſi
tractatur in uno loco de committendo de
lictum,& fiat ibi mandatum,& in alio lo-
co exequutioni demandetur , quis iudex
erit cōpetens mandati , uel exequutionis?
¶IVD.concluſio communis eſt,quòd nō
iudex loci ubi tractatum eſt, & mandatū,
ſed ubi exequutum, quia ibi diſtinatus eſt
effectus delicti. Ità Abb.in d. ca.ſi. de for.
compe.nu.27.& habetur per Bar. & Doct.
in l.ſi ut proponitur.ff.de fideiuſſo. ¶FIS.
131 Quid ſi committatur audientiæ teſtium
per aliquem iudicem cauſæ iudici pro-
prio teſtium,& teſtes committant falſita-
tē, an iudex cauſæ,uel iudex examinis, &
proprius, procedat, & puniat? Et uideba-
tur poſſe procedi p iudicem cauſæ ad quē
traſmittitur examen,& ubi eius dictū fuit
publicatum,ſecundū Spec. in tit.de teſte.
§.1. uetſi. quid ſi aliquis.quia effectus hu-
ius delicti eſt collatus ad illū locum.l.cō-
traxiſſe. ff. de actio. & obliga. & ff. de his
qui. ut indi. l. poſt legatum & ſequitur ibi
Io.And.& idem dicit tenniſſe Guid.de Su-
ya.in l.1.ff.de offi.eius cui māda.eſt.iur.§.
qui mandatum. INQVIS. Contrarium
opinionem tenuit Guliel. de Cu. in auth.
apud eloquentiſſimum.C.de ſi.inſtiu. qui
& alios eius opinionem tenuiſſet refert,
IVD. In hoc caſu Do.Anton.diſtinguit,
quòd ſi ſciebat teſtis eius dictum debere
trāſmitti alibi poterit puniri: quia habuit
animum alibi delinquendi.ſi uerò ignora
bat,tunc debet puniri in loco ubi fuit exa
minatus;& hoc uerum ubi agitur de pęna
falſi, at ſi ageretur de pœna uariationis ;
ſeu uacillationis, attenditur locus exami-
nis,& punietur per iudicem examinātem
l.nullum.C.de teſt.& hanc opinionem ap
132 probat Abb.in d.c.ſi.num.28.INQVI.
¶Quid enim dices domine Iudex,de caſu
iſto,Regia Curia, ſeu ipſe Rex emanat bā-
num pœnale , pro aliqua cauſa, & alterat
pœnam iuris communis,aut ſtaturorū re-
gni, euenit quòd uaſalli Baronum in illā
pęnā, ſeu in illud bannum incidāt,an pe-
tente remiſſionem Barone,ſit deneganda,
uel potius faciēda;& uidebatur mihi poſ-
ſe dici,quòd non erit deneganda.nā,quā
do conceſſum eſt caſtrum,cū mero & mi
xto imperio, talis conceſſio uidetur facta
cum pleniſſima poteſtate,& iuriſdictione
ſecundum Bal.in l. cum multa. C. de bon.
quæ lib. & eſt de mente Albet.a Roſat. in
tra ſtatutorum.in 3.parte , 18.q. dū dicit,
confiſcationē non ſpectare Epiſcopis,ni-
ſi ex imperiali cōceſſione habeant iuriſdi
ctionem,& territorium,quo caſu comites
appellantur. Et ita in caſu in quem , bona
mobilia,quæ forte dicerentur publicanda
etiā ex contumacia uirtute decreti , res eſt
clara,quod applicari deberent uaſallo.c.j.
§.ſi quis hominem.ue:ſi. ſi uerò uiolatore
ubi And. de Iſer.Bal.& Alua.& moder. de
pa.te.Vbi eſt expreſſum,quòd etiā ſi bona
uenirent publicanda pro crimine lęſę ma
ieſtatis,in principem cōmiſſo, nihilomi-
nus applicantur habentibus in loco impe
rium.& iuriſdictionem & nō fiſco princi
pis,et fructus computantur inter hęc mo-
bilia ut per Docto.ibi.& Bal. in princ. tit.
& concludit etiam Alexan.in conſi. 16.1.
uol.uiſo titulo quæſtionis ante ſi. Idemq;
per omnia dicunt doct. de pęna pecunia-
ria,quam incurrit contemptor maieſtatis
principis,ut uaſallo applicetur.ut per An
dr.de Iſer.in l.quicunque.in verbo hęredi
tatem de pa.tenen.& ibidem per Alua. in
§ ſi quis aliquem & pro do.Prępoſ.in prin
cip.illius ti.late Albe.Bru.cōſ.31.&Aegid.
conſi.15.in princ..Item quia Rex dando &
concedendo caſtrum cum territorio,uide
tur dare iuriſdictionē infra fines eius. ita
Iſer.in l.imperialem pe.col.de prohi. feu.
aliena.vnde ſi uaſallus baronis ueniret cō
tra bannum,licet bannum ſit regium,ſi pę
na eſt pecuniaria,applicabitur ipſi baroni
ſi erit corporalis,uel confiſcationis bono-
rum, ipſe pariter puniet.Hæc mea opinio
uiua rōne,confirmatur,quia ſi aliter dice-
remus, de facili & in breui tēpore iuriſdi-
ctio baronibus cōceſſa tolleretur,eludere-
tur, & frauderetur ; Nā in quouis crimine
& delicto Regia curia poſſet emanare bā-
na, & ex cōſequenti incidentes omnes in
pœnam bonorum, diſcriminatim puni-
re.Quod non eſſet dicendum,cum id non
poſſet Rex facere expreſſe , iuxta doctrin.
Iſer.& Afflict.in conſt.ea quæ ad decus &
hæc mea ratio ante me fuit cōſiderata per

Gulicl. a Bene. in rep. c. Raynutius. quem infra citabo, maxime cũ quaſi omnia priuilegia & cõceſſiones, meri & mixti imperij proceſſerint uel propter grata accepta
133 ſeruitia, uel pretio mediante. ¶Et ſic priuilegia tranſeunt in vim contractus; & ſic non poſſunt reuocari abſque cauſa tex: in l. fundi. C. de fun. patri. & text. in cap. 1. de feu ſicul. non ami. & plenè per Fely. in c. ſi. pe. char. de reſcri. adſtipulantur prædictis, ea quæ dicunt Bal. in l. 1. de conſti. prin. & Bart. in l. omnes populi. ff. de iuſt. & iu. quòd conceſſa ꝑ principẽ, nõ poſſunt reuocari etiã ꝑ ſucceſſorẽ: unde id non poſſet per conſequẽtiam, & indirectam. Nam dicit Bal. in l. non plures. C. de ſac. ſan. ec-
134 cleſ. in fin. †quòd per legem generalem nũquam derogatur priuilegio ſpeciali, niſi fiat de ipſo mentio, l. 3. C. de ſilen. lib. 12. ſicut reſcriptum non ualet, ſi de eo non faciat mentionem. Et Bal. in l. 1. ff. de cõſti. prin. uoluit quòd princeps per generalia uerba, non uidetur tollere ſpecialia iura. Ad quæ uide plura cumulata per Affli. ubi ſupra. Ex quibus enim omnibus, uidetur dicendum, quòd licet princeps ſemper habeat poteſtatẽ legis cõdendæ, tollendæ, abrogandæ & limitandæ, etiam in præiudicium vaſſallorum alteri cõceſſorum & in eorum pœnam, & præiuditium Baronum & ſecundum nouam legem, abrogationẽ, limitationem, ac ſublationem teneant iudicare: nihilominus nõ ex hoc dici debet, ꝙ ſit ſublata cognitio, & iuriſdictio, ac poteſtas procedendi ab ipſis Baronibus: Item pro hac opinione poteſt allegari, quòd banna ſunt fructus eius domini qui habet iuriſdictionẽ, quia iuriſdictio, eſt eorum productiua, toties quoties expedit, & ideò bonæ fidei poſſeſſor eos lucratur Bal. in l. prima. C. de fru. & li. expen col. 3. in fi. I V D. Audio, quòd aliàs dum impeteret quidam uaſſallus comitis roctæ alpri, eo quòd receptaſſe quendam bannitum Regiæ audientiæ, nomine Rotulum; & fuiſſet petita remiſſio, Regia audiẽtia declarauit locum non eſſe remiſſioni, & tandem fuit appellatum ad ſacrum conſilium & determinatum malè iudicatũ, & bene appellatum, rationibus prædictis. Et pro hac ueſtra opinione eſt doct. Guliel. a Benedict. in rep. c. Raynutius. de teſt. in uerbo, et vxorem nomine Adeleſiam in 2. deciſio. fol. 79. nu. 146. princip. Similiter alias dum quidã ciuitatis Melfiæ eſſent inquiſiti de receptatione cõtumacium & bannitorum magnæ curiæ uicariæ, & petita eſſet remiſſio, pro parte Illi. D. P. fuit cauſa remiſſa, & latum decretum tenoris ſubſequẽtis, uidelicet die primo Decẽbris, 1552. In ciuitate Meliſſæ, In cauſa regij fiſci cum Ambroſio, & Damiano de Mãdia, Ioanne Dominico Caſtello, Ioanne Angelo Imperato. Georgino Gaudientio, & Iacobo, uicedomino, de ciuitate Melfiæ beccotro caſcono inquiſitis de receptatione, cõuerſatione, colloquio & ope, ac auxilio ꝓſtitis Io. Petro Ronchæ Laurentio caſtello Georgino, apicellæ, contumaciam, & exitiorum magnæ curiæ, uicariæ & alijs, prout in ꝓceſſu, informatione, & actis latius cõtinetur, &c. viſis actis, & cõparatione præſentata pro parte Illuſtr. P. Melfiæ; & ſupradictorum inquiſitorum, ſuper remiſſionẽ dictæ cauſæ, ad magnificum Capitaneum ciuitatis Melfiæ, viſis etiam priuilegijs dicti. Ill. P. uiſis uidẽdis, & conſideratis conſiderãdis de iure, Per magnificum I. V. D. dominum Petrum Antonium Buccutum regium commiſſarium, magnæ curiæ vicariæ, & ad infraſcriptam cauſam ſpecialiter commiſſarium deputatũ, fuit prouiſum; pariter, & decretum, præſentem cauſam remittendam eſſe, & remitti debere, prout præſenti noſtro decreto remittimus ad magnificum Capitaneum dictæ ciuitatis Melfiæ, quòd in cauſa ipſa procedat, & iuſtitiam faciat, hoc ſuum &c. Buccutus Regius cõmiſſarius ſcriba & actuarius Vincentius Antonius Naſtarus de Neap. Et in cauſa conſimili quorundam uaſſallorum Domini Comitis Conſiæ inquiſitorum de receptatione contumacium regiæ audientiæ, dum eadem regia audientia ꝓuidiſſet cauſam remanẽdam, & appellatum ſacrũ regium cõſ. per D. Dominium Comitem, huiuſmodi decretum fuit latum in eodẽ ſacro regio conſi. uidelicet, die 8. Aprilis 1549. Neapoli, facta relatione de ꝑdictis in ſacro regio conſ. per Magnificũ, V. I. D. Franciſcum Villanouæ Regentem, conſiliarium, & cauſæ commiſſarium, Decreto ipſius regijs ſacri conſilij, prouiſum eſt, bene fuiſſe appellatum pro parte dicti excellentis,

ſentis Comitis Conſiæ,& male iudicatũ per dictam regiam prouincialē audientiam principatus &c.Et proinde cauſam prędictam eſſe remittendā, prout pręſenti decreto remittitur ad dictum excellentem Comitem,uigore eius priuilegiorũ, ꝙ iuſtitiam faciat, hoc ſuũ &c. Franciſcusuillanoua, ſecretarius, Nicolaus Vicentius Cæſareus Actuarius, Vicentius uoza uetra, Et nouiter in cā illorum de Marchiſio terræ mōtis Murri in fauorē Illuſtris.d. Principis Biſignani fuit p ſacrum regium conſiliũ prouiſum, ꝙ cognitio de receptoribus contumacium regiorum tribunalium cōpeteret, ipſis regijs tribunalibus. ¶ INQVIS. Sed quid dices de caſu, qui quotidie in regijs
135 tribunalibus uentilat; † quotidie. n. ꝓhibet p regios officiales portus daghæ, ſcopetti paruuli, ſi ſic deinceps,& contra incidentes in pœnam, ſolent cognoſcere ipſi officiales Regij, an ſi aliquis cum dictis armis commiſerit homicidiũ, & baro petat remiſſionem, ſit facienda?

IVD.tetigit hanc quæſtionē in particulari Guliel.a Bened. ubi ſupra d.nu. 146. & refert fuiſſe deciſum, ꝙ remiſſio habebit locum, quoad delictum cōe homicidij,& quò ad portum armorum,retinebitur cauſa per ipſos officiales Regios. ſed poteſt contra dictum Gul. citari doct. Bal.in l.aduerſus circa finē.C.de fur.ubi dixit ꝙ ſtāte ſtatuto ꝙ portans arma puniatur in centum,& vulnerans in mille, pœna portationis armorum confundat in mille;tanquam arma ſint,inſtrm pręambulum ad vulnus. & tamen omnium pœnarum eſſet poſſibilis exactio, quo caſu (ſecundum Ang.in l.nunquā plura. ff.de priua.deli.) oēs deberent exigi. Itē poteſt ad idem citari doctr. eiuſdē Ang. in d.l.nunquam plura, nu.8.ubi concludit,ꝙ ubi actus eſt præparatorius,ſecundum naturam actus præparati, ut eſt inſultus ad pcuſſionē, pcuſſio ad homicidium, colloquium & amplexus ad libidinem,fit confuſio;ita ꝙ ſolũ una actio naſcitur,& ex actu finali. p l.illud. ff.ad l. aquil.cum ergo arma ſint prpparatoria, ſecundum naturam actus ꝑparati;ad vulnus,& homicidium,ſequitur ꝙ ſequuto homicidio,uel vulnere,confundat portus armorum in homicidio,uel vulnere. Poſſet dici ꝙ ſi nos loquimur de armis cōmunib.gn̄ali prohibitione interdictis procedant ea q̄ ſupra dicta ſint, at ſi loquimur de armis prohibitis, ſpeciali,ultra generalem prohibitionem, & quę ēt in domo retineri nō poſſunt, eorũ uſus penitus ſit interdictus, de facili ꝓcedit dictum Guliel. ut eſt in regno ꝓhibitus portus & retentio ſcoppeti paruuli & daghę.Sed id uerum eſſet ubi delictum portus armorum non confund.r cũ delicto cōi,ut ipſe loquitur de portu armorum etiam in terris Baronum,& nota ꝙ dũ hic caſus de menſe Ianuarij. 1561. accidiſſe in Regia audientia principatus citra in uoto totaliter tā pro portu daghę, quā homicidio ſequuto, remittere delinquentē ad baronem, & ego reuelaui hāc doctrinā Guliel.& deſtitit, & non remiſit ulterius. Et adde ꝙ Stepha. Aufre. in tract.de pote.ſecu.ſuper eccle.perſo. nu. 21.dicit ꝙ de conſuetudine regni Franciæ officiales regij cognoſcuut, & licet ſecundam hanc opinionē paſſim ſeruet in tribunalibus regijs:tñ pro ea,non uideo bonam rōnem. & adde ꝙ dum ſub die 20.mēſis Ianuarij. 1562. acceſſiſſem Neapolim,reperi pluries per ſacrum regium cōcilium fuiſſe determinatum in fauorem Baronum,ꝙ eſſet locus remiſſioni per prædicta,& ꝙ ſic ſeruatur, quæ notes. Et poſtea in cauſa illorū de Marchiſio Montis Murri fuit determinatum per ſacrum concilium in fauorem Illuſt. Prin. Biſignani ꝙ etiā pro aſportatione ſcoppetuoli hēat locum remiſſio.I N Q. ſi iuriſdictio in certas perſonas ſit cōceſſa vni iudici, ita ꝙ ille ſit iudex agendo, & defendendo,an videat totaliter,adempta iuriſdictio ab ordinario, uolentibus illis perſonis? I V D. Dicat ꝙ non ita Aret.conſil.101.ſpectabilis domine.

136 ¶ I N Q. quid ſi conuenitur quis rōne rei ſitæ in territorio, extra domicilium, & locum originis, an Baro poſſit petere remiſſionem eiuſdem? I V D. Dicas ꝙ ſi habet iuriſdictionem in illum,tam ratione delicti commiſſi, in territorio, q̄ rōne contractus,& rei, uel per æquipollentia uerba,appareat principē uoluiſſe concedere iuriſdictionem, non obſtāte

auth. qua in prouincia, poteſt remiſſionē
petere. Nullli. n. dubium eſt, poſſe princi
pem derogare auth. qua in prouincia, vt
per Doc. in ea, & derogatur tam expreſsè
quam tacitè per verba æquipollentia de
rogationi expreſſæ, vt habetur per Alexā.
latè in conſ. 111. in 6. li. & Lud. Goz. conſi.
8. nu. 44. & conſ. 62. num. 6. verba. n. æqui-
pollentia derogationi expreſſæ ſunt quā
do motu proprio. ſecundum Soc. conſ. 3.
nu 93. lib. ex certa ſcientia, de plenitudi-
ne poteſtatis ſupplentes omnem defectū
de conſilio procerum, & aliæ clauſulæ
vltra clauſulam, nòn obſtantib. quib. vis
contrarijs, & appareat Regem voluiſſe de
rogare legib. & Soc. in 3. vol. conſ. 63. nu.
4. & plene per Quintil. Mando. in reg. cā-
cel. 11. in 9. q. fol. mihi 136. & hæc tanto
magis procedunt, vbi eſſet dictum, quo-
rum omnium, & aliorum tenores, quæ
clauſula tollit clauſulam derogatoriā, vt
plenè per eundem Quintil. Mando. in re
gu. 19. de infirm. reſignan. q. 19. num. 13 &
quód remiſſioni locus ſit, quando auth.
qua in prouincia. expreſsè vel tacitè per
dictas clauſulas eſt derogatum, voluit
Ang. in d. authen. qua in prouincia. & ita
fuit decretum in Regia audientia princi-
patus citra in cauſa magnifici Scipionis
de Scalea, ſuper cuius bonis petebatur aſ-
ſiſtentia cum eſſent ſita in ciuitate Saler-
ni cum proſpero coduto, & longa fuit di
ſcuſſio, & hoc fuit de anno 1561. de men
137 ſe Iunij. INQ. Quid offendatur officia-
lis baronis in exercitio officij, an de eo
delicto, ſola curia Regia cognoſcat? FIS.
Videtur quòd ſic, quoniam ritus magnæ
curiæ dictat, quód ſola magna curia co-
gnoſcit de exceſſibus officialium, ergo ſo
la magna curia dēt cognoſcere de exceſſi
bus & delictis in eos patratis & cōmiſſis
& pro hoc videtur facere deciſ. 9. Boe. vbi
voluit ꝙ vbi ſeruiens officialis regij, deli
queret in officio, punitur ab officiali re-
gio, etiam ꝙ alibi deliquerit, pariter ſi de
linquitur in eum, officialis idem cogno-
ſcet. Et ſic actiuè, & paſſiuè, ſi in exercitio
facti fuerunt ſibi exceſſus, vel ipſe alij fe-
cerit, iudex regius cognoſcet, cuius au-
thoritate proceſſit. Et ita tenendum arbi-
tror: IVD. Contrariam opinionem verio
rē eſſe exiſtimo: nullibi enim reperitur,
quòd baro non poſſit cognoſcere de ex-
ceſſib. factis in officiales ſuos, p eius vaſ-
ſallos. Sicut reperitur ꝙ de exceſſib. per
officiales factis, ſola magna curia cogno
gnoſcat, ergo de vno ad aliud non eſt fa-
cienda extenſio. Imò nedum Baro poteſt
& debet cognoſcere, ſed ipſe idem iudex
offenſus quando delictum eſt notorium,
vel delictum eſſet tale, quod cōcerneret
dignitatem, vel officium, vt habetur per
Francum in c. 1. de pœ. in 6. Et qn̄ delictū
concernit perſonam tantū, licet ipſe non
poſſit cognoſcere cognoſcit tamen ſupe-
rior, & ſic baro. vt per Francum in d. loco
& Capic. deciſio. 137. Ad deciſionē Boer.
facilis eſt reſponſio; Nam ideo ibi actiuè
& paſſiuè, cognoſcit officialis regius, qa
offenditur ſeruiens & familia officialis
regij. Hic caſus fuit in facto, in Regia au
dientia principatus citra, & determinatū
fuit ibi contra hanc meam opinionem,
ſed non proceſſit illud decretum ex iure.
& fuit appellatum, & appellatio pendet;
tādem per magnam curiam vicariæ, fuit
reuocatū decretū dictæ regiæ audiētiæ; &
pronunciatū pro mea opinione & ſic ba-
ronē dēre & poſſe cognoſcere, & locū eſ-
138 ſe remiſſioni. INQ. Quid. n. ſi delinq̄t,
actuarius curiæ Baronis, Birruarij, nun-
cius, caſtellani, ſeu preſonerij, & alij actu
ſeruiētes, an illi debeant remitti ad eā cu
riā in qua exercent officia eorū? ¶ IVD.
Si benè memineris, ſupra in verbo ſiat re
latio nuncij, latè vobis dixi tales eſſe pu-
niendos ab eo iudice, vbi delinquerūt, &
vbi inſeruiunt. Et ideo remiſſio eorū non
eſt deneganda. Et dixit Io. Ang. Piſa exi-
mius doctor in deci. Aff. 56 quòd Rex ca
tho. 10 Maij. 1507. conceſſit capitula ci
uitati Neapolis, inter quæ eſt 11. ſub iſta
decretatione. Placet Regiæ Maieſtati, ꝙ
officiales actu ſeruientes, non extrahan-
tur extra tribunalia quib. inſeruiunt, ita
tamen quòd non poſſint alios à iudicib.
ꝓprijs trahere. Et ita dicit fuiſſe decretū
die 21. Aug. 1518. in cauſa egregij Anniba
lis Famatij, cū Vincentio bidello, cōmiſ
ſarius epiſcopus Biſignanus, & vide pul-
chram deciſio. Fran. Mar. 281. 1. tom. vbi
propriè de caſtellano, & ſic nota pro ca-
ſtellano agropolis cuius cauſa pendet in
Regia audientia. ¶ INQVI. Scio enim

aliàs in Regia audientia te exiſtẽte patrono, ꝓ magnifico Domino Thoma de Altomare regio cõſiliario, & barone caſalis uallis, Baroniæ ſilenti, prætẽdiſſe remiſſionẽ cuiuſdam Ioannis Iacobi Greci, eius vaſalli, qui prætẽupebatur quòd deliquerit extra dictum caſale, in territorio tamen baroniæ ſilenti, & oppoſitum fuiſſe, non eſſe locũ remiſſioni, eo quia extra caſale, delictum fuerit patratũ, & demum factam fuiſſe remiſſionẽ, quaergo ratione illam obtinuiſti? I V D. Scire debitis, quod ſimpliciter conceſſa iuriſdictione, uillæ, caſtri, terræ aut ciuitatis. p cõſequens videtur ei cõceſſa iuriſdictio in terminis ſuis, tex. eſt notab. l. s in l. 1. §. cũ urbẽ. ff. de of. præfe. urb. ibi. n. poſt quam Vlpianus poſuit regulã, quòd cũ Princeps fidei præfecti urbis, cõmiſſerit quicquid intra urbem admittitur, ad eũdem præfectum pertinet: Subdit idẽ eſſe quo ad terminos vrbis, ibi, ſed & ſi quid intra cẽteſimũ lapidem admiſſum ſit, ad præfectum urbis pertinet, ſicq; ibi notatur quòd cõceſſa iuriſdictione ciuitatis includitur, cõmittatus, ideſt ꝓpriũ illius territoriũ: Territorium. n. vrbis erat ex omni latere centum miliarium, tã in mari, quam in terra, ut ibi dicitur, & ibi Bal. 2. col. ſatis notabiliter inquit, quòd illud idẽ quod ibi diſponitur in cõmiſſione ſimplici, quæ ampliatur fauore publicæ utilitatis, idẽ erit in donatione; ut ſi aliquis donaſſet ſeù cõceſſiſſet iurſdictionem in uilla, aut caſtro: cũ iuriſdictio ſit indiuiſibilis, cẽſetur ẽt concedere in territorio uillę, ita quòd curia acceſſoria, ſequitur principale. Et ꝓ hoc Abb. in c. Rodulphus. de reſcrip. & Barto. in l. uerbis ff. de uerbo. ſigni. Et ad hoc ꝓpoſitum facit tex. in l. pupillus. §. territoriũ. ff. de uerbo. ſigni. ubi Pomponius Iuriſcõſultus, diffiniens territorium, eleganter in
139 qui † territorium eſt uniuerſitatis agrorũ, intra fines cuiuſcunq; ciuitatis qđ ab eo dictũ quidam inquiunt, quòd magiſtratus eius loci. intra eos fines, terrendi, ideſt ſubmouendi ius habeant, Et Pet. ab Ancharara. in regula, acceſſoriã. de re. iur. expreſſe dixit quòd per conceſſionẽ caſtri uidetur cõceſſa iuriſdictio etiã in territorio & per conſequens uidetur cõceſſum territorium: merum enim & mixtũ imperiũ uidetur adhærere adminiſtrationi, quã ratione territorij quis habet. C. ubi & apud quos in inte. reſt. poſt. l fi. C. de fun. lim. l. quicunque lib. 11. ut pote ei adiacẽs, ſeù cohęrens, ff. de actio. emp. va de princeps cõcedẽdo caſtrum & territorium. uidetur concedere quandã vniuerſitatem agrorum, & qui cõcedit locũ cũ ſuis finibus, videtur concedere quicquid intra fines cõtinetur. ff. de contr. empt. l. qui fundus. §. ſi fundus. Et dicit Bal. in l. beneficiũ. 2. col. de conſt. prin. ꝙ ſi princeps donat mihi iuriſdõnem alicuius caſtri, videtur oẽm iuriſdõnem donare, & oẽs reditus cauſarum ciuiliũ & criminalium pertinent ad me. Et plenè congerit Rodor. ſuar. in alleg. 6. per totam, cumq; cõiter iſtæ villæ, & caſalia, ſubſint vni ciuitati, terræ, vel caſtro quaſi vt capiti, id quod reſpicit vel includit principale reſpicit omne id quod dependet ab illo. l. 1. C. de codi. Minimeq; habeant territorium ſeparatum, & diſtinctũ, ſed ſubiectum ciuitati ſicq; illud territorium qđ habet villa, caſale, ſeu caſtrũ ſubiectum, eſt ſine iuriſdõne. l. qui ex vico. ff. ad municip. Et ſic Baro caſtri prædicti, habebit in ſuos vaſallos ius in toto territorio ciuitatis, & terræ cui ſubeſt: quæ iuriſdictio exercebitur intra caſale. Nam dicit lac in l. more maiorũ. ff. de iur. om. iudi.
140 † ꝙ iuriſdictio cohęret perſonis, & nõ territorio, & hoc dicit uoluiſſe Bart. in l. 1. ff. de iur. om. iud. ſed pro tanto dicitur iuriſdõnem cohærere territorio, quia terminatur in eo, & non põt iudex. niſi in illos de ſuo territorio exercere iuriſdictionẽ. l. fi. eo. tit. & C. de conſtit. & dicit Io. And. in c. cùm contingat de for. cõp. ꝙ licet quis non habeat territorium, ſi tamen habet ptãtem in certas perſonas, propter illas dicitur habere territorium pro qua doctrina faciunt not. per Bar. in l. 1. in fi. ff. de iuriſd. om. iud. & p Fely. in c. Rodulphus. 13. col. verſi. territorio. in ver. ſi pdicta. extr. de reſer. & Fely. in c. licet. de prob. & Soc. conſ. 74. 2. col. & per Bart. Caſſan. in conſuet. Burg in tit. des iuſtices & droicte d'icelles. §. 1. in tit. bo ou territoire. n. 16. ſi hoc. n. non eſſet vtique iuriſdictio illa, eſſet inanis & tantummodo

tummodo ſortiretur effectũ in illis delictis quę intra ambitus murorũ, uillę, uel caſtri, patrantur, ex his enim obtinui rẽmiſſionẽ; imò nõ ſolum pro delictis cõmiſsis ĩ baronia ſilẽti, & toto territorio, ſed etiam in cõmiſſis extra, quę omnia
141 ſunt notandi. ¶ INQ quid dicendum ſit de militibus delinquẽtibus quis enim iudex cognoſcet de criminibus eorum. IVD Saly. in l. magiſterię. C de iuriſ. om. iu. l. ſic diſtinguit, quòd aut delictum eſt militare, & tunc ubicunq; ſit cõmiſſum, eius cognitio ſpectat ad magiſtrũ militũ; aut delictũ eſt cõmune, & tunc ſi delictum ſit mediocre, magiſter militum habet cognitionẽ & cohertionẽ in eũ ſi habet in poteſtate: ſi uero non habet in poteſtate, & tunc ſi iudex loci in quo reperitur, cognitionem habet: ſed nõ cohertionem. Ideò eum tantum remittere debet l. 1. C. de exhibe. re. & cognitionem q̃ habet, nõ dicitur habere, niſi propter remiſſionem quam tenetur facere. cum ille cognitioni nõ tenetur ſtare auth. de sãct. epi. §. ſi uero crimen colla. 9. in fi. ſi uerò ſit delictũ cõmune, à milite cõmiſſum, & ſit enorme, tũc aut eſt commiſſum in loco militię, aut nõ primo caſu, aut militię nulli ſubeſt pręſidi: & tunc magiſter militũ habet cognitionẽ, & cohertionẽ. Aut locus militiæ eſt ſub iuriſdictione alicuius p̃ſidis, & tũc præſes ille, cognitionẽ, & cohertionẽ habet l. ſi de accuſa. Secũdo caſu quãdo extra militiam delictum cõmune & enorme, eſt cõmiſſum tunc ad præſidẽ illius prouincię ſpectat cognitio & punitio, adeò quòd non tenetur illũ remittere, vt d. l. ſi de accuſa. & l. 1 C. ubi Sena. uel Clari. licet poſſit ex propria uoluntate, ſi uult. l. 1. C. de exhibe. re. ſecundum unam lecturã. Declaratq; quod nam ſit delictum militare: dicit quòd eſt uẽdere arma, uel equos neceſſarios, ei deputatos & neceſſarios, & alia facere cõtra fidẽ iuramento firmatã. Et crimen cõmune mediocre, & non enorme, eſt uim inferre, ſine armis. Vlterius dicit quòd iudex tenetur ad pręd ictã remiſſionem in caſibus prędictis: etiam nõ petente milite & ita pertranſeunt omnes Doctores.
142 INQ ¶ Quotidie uideo Regia tribunalia expedire ꝓuiſiones contra inferiores iudices, quòd carceratus cõſignetur algozerio quem pro eo mittunt, an cogantur eum cõſignare, uel poſſint licite eum denegare, & non conſignare, donec ipſi cognouerint de eo delicto de quo ceperũt cognoſcere, & ipſi habẽt illius cognitionem? IVD. Dicas quòd licet eum denegant, donec expedierint inquiſitionẽ cõtra illum formatam. ita Ang. in l. 1 C. ubi de cri. ag. opor. num. 1. in fi. per tex quem dicit not. in l. ſi cui. § ultim ff. de accuſa. qd eſt notãdum pro officialibus inferioribus excuſãdis à pœna quòd nõ obedierint prouiſionibus regij ſuper cõſignatione carcerati Caue tamen, ab hoc, ſi delictũ pro quo detinetur eſſet tale, quòd ꝓ eo cognitio ſpectaret ad Regem.
143 INQ ¶ Vtrum officialis regius delegatus exequutor, uel quiuis alius delinquẽs in territorio Baronis, poſſiat ab eo ibi puniri, & debeant remitti ad curiam regiẽ? IVD. Proculdubio poſſunt nec remitti debent, ita Guido Papa. deciſio 218. & Cyn. in auth qua in prouincia. coll. ulti. uerſi. ulti. circa iſtam. l. & eſt bonus text. in l. 2. & ibi. Luc. de Pen. C. de luc. aduo. lib. 12. & ita tenuit Bart. in l. in officiales. C. de offi. recto. prouin. ubi id dicit procedere, dũ tamen hoc notum faciat officiali regio. & idem dicit Alber. à Roſa. in l. ſi quis, forte. § ſi quos comitũ. ff. de pœn. Procedunt etiã prædicta, dummodo nõ deliquerint in officio; quia tũc debẽt remitti iudici ſuo, l. de militib. ff. de cuſto. reo. & ita concludit Boer. deciſio. nona ꝑ totam. & uoluit Rebuff. in tra. de ſenten. exeq. primo tomo conſtitutio. fol. mihi 578. num. 6 & ita fuit decretum per magnam curiam uicariæ, in cauſa cõmiſſarij ad exigẽdas pecunias, publicas ꝓ functionib. fiſcalib. qui deliquerat in terra angrię. & ita determinauit Chaſſa. in cõſue. Burgu. in titu. la mende de ſimple Reſcouſſe. § 7. num. 26. fol. 78. ubi in quinta concluſione dicit prędicta procedere, certiorato ſuo ſuperiore regio, & tũc ſi ille non petierit remiſſionem, poterit procedi ſi autem petierit remiſſionem; remitti debet, & ſic eſt ſeruandum. eſt tamen bene uerũ, quod magna curia ut ſupra nõ obſtante petierit ad ſe remitti quẽdã exequutorẽ, regium in terra angriæ, & quia

officiale

officialis angriæ, nō remiſerit p uim auo
cauit carceratum, decreuit illum remitti
& reſtitui officiali angriæ. ¶ FIS. Sed nō-
ne iudex regius cognoſcit de oſtenſa fa-
cta exequutori regio. I V D. Dicas ꝙ ſic,
nec poteſt p Baronē prætendi remiſſio.
Ita Al. à Roſa. in d.l.ſi q̃ fortè. §. ſi quos
comitum, ulti.q. de pœn. & in l.unica. C.
ne quis in ſua cauſa. Et ita etiam cōclu-
ſit Boer. ubi ſupra, & uidetur intelligere,
quando offenſa fieret prætextu officij &
in eius exercitio. ¶ I N Q. Quid ſi ad qre-
lam uiduę, & pupillorū fuerit proceſsū
in curia Baronis, uſque ad decreti, ſeu sē
tentię interpoſitionem, & uidētes vidua
& pupilli querulatos habilitatos, ſeu libe
ratos ſub fideiuſſione (ut eſt de more) ha
bēt recursū ad Regiā audientiā, & de uo
uo per uiā uariationis querelant an illa
querela ſit admittēda, uel tantummodo
Regia audientia dēat cognoſcere p uiā
appellationis de grauamine. I V D. Hæc
quæſtio hodie pie 13. Octobr. 1560. pēdet
in facto, in Regia audientia inter illos de
Atella, & dixi, quòd tantūmodo poterit
cognoſci de grauamine, ſi prętendat, &
dum conſtiterit de nō grauamine, cauſa
debet remitti ad tribunal ordinarij, nec
poteſt de cauſa cognoſci iterū, ceſſat. n.
priuilegiū uariationis per decretū, dicā
poſtea quid fiet. Retinuit cauſa, Regia au
dientia, ſed propter grauamina. ¶ I N Q.
Vidi nuper te petijſſe remiſſionē quorū-
dam de Sācto Seuerino, eo quia dum eſ-
ſent carcerati pœnes curiam dictæ terræ
Regia audiētia ordinauerat quòd illi cau
te detineant nomine Regię audiētiæ: &
pro parte fiſci dicebatur non eſſe locum
remiſſioni, eo quia incurrerunt in crimē
læſę maieſtatis, quia cæperunt quēdā ho
minē, & ſic dicebatur commiſiſſe crimē
lęſę maieſtatis, quid ergo ſentis de cauſ-
ſa hac. I V D. Proculdubio ſi iſti cōmiſiſ-
ſent crimē priuati carceris, remiſſioni lo
cus non eſſet, quia eſſet crimē lęſę maie
ſtatis. l. 1. C. de priua. ca. & Saly. ubi. dixit
quòd committitur tale crimen, quando
quis capit aliquem, & retineat; cum aliàs
ius non haberet capiendi, & retinendi, &
ad commiſſionem talis criminis, nō exi
gitur incluſio, ſed ſufficit quòd tal terre-
ancat, ita quòd uolēs recedere, non poſ-
ſit, & ibi Bald. dixit, ꝙ habet locū dictū
crimen, etiam ſi ret incatur ſic captus mi
nus 20 horis ſine cauſa. Sed in caſu iſto
eſt aduertendum, quòd ut audio, iſti car-
cerati de quorum remiſſione nunc agit.
cęperunt unum, qui in eorū pręſentia in
terfecerat cum ictu ſcopetti, quēdam p̄-
tereuntem, & illum ſic captum, conſigna-
uerunt capitaneo caſalis laueuſiorum, ꝙ
ſi ſic eſſet, licita fuit captura & ſi non illū
detinuiſſent, ultra duos dies nō commi-
ſiſſent crimē priuati carceris: de hoc ex-
tat tex. in ca. regni, incip. Amplius. F I S.
Hęc enim quę proximo loco dixi, reſpi-
ciūt merita cauſę principalis & defenſio
nem ipſorum inquiſitorū ut remiſſioni
autem locus nō ſit, ſufficit apparere, titu-
lū criminis eſſe talem, qui ſi uerus eſſet;
cauſę, remiſſioni locus non eſſet. I V D.
Quamuis titulus criminis ſufficiat circa
retētionē, & auocationē cauſſarū, ut ꝓ-
be dixiſti attamē ſi informatio repugna-
ret titulo impoſito, circa remiſſionem,
attēdit potius ueritas, quā nomen impo
ſitū. ueritas enim oīa uincit. 8 di. cōſue-
tudo & omnia ei cedunt. ea. di. c. ueritati.
144† & magis inſpicitur ueritas in delictis
quàm opinio Bal. in l. ſi quis ſeruo 1. col.
C. de fur. & in ſpecie tituli actio non præ
iudicat ueritati. l. ſi ancillam, & ibi Bald.
C. de cōt. emp. caſus eſt in facto, dicā po-
ſtea quid fiet ſub die 6. Octobr. 1560. fa-
cta longa diſcuſſione fuit prouisū quòd
expedirentur prouiſiones ꝙ magnificus
gubernator terræ Sancti Seuerini, liberet
illos carceratos habens pro claro ꝙ non
ſit crimen priuati carceris non obſtāte re
commēdatione facta p eandem regiam
audientiā, non tamen uoluit ſimpliciter
remittere. I N Q. Quid ſi laicus cōmittat
delictum, & demū ſe facit clericum, an
ſi capiatur a iudice laico & petatur re-
miſſio debeat fieri? I V D. Vulgatam & fa
145 moſam quęſtionē proponis & ideo ad
deciſionē ueniemus. Eſt ſciendū ſecūdū
Barto. quòd Dyn. diſtinguebat, quòd aut
fecit ſe clericum in fraudem & ſibi non
ꝓdeſt clericatus, ut remittatur; aut fecit
ſine fraude, & prodeſt. Aut eſt dubium: &
tūc ſi erat accuſatus, vel diffamatus de cri
mine, & præſumitur quòd hoc fecerit in
fraudem. Hancque diſtinctionem uidet

appro-

approbare ipſe,& cæteri ſequuntur. Et tñ uerum quòd ſi antea emiſerit votum, & demum intrauerit,clericatus proderit:& ſufficit ut remittatur. latè Iaſ. & Doct. in l.cum quædam puella ff.de iuriſ.om.iud. & latè Pet.à Plaza in epito. delicto. c.35. per totũ, quod nõ procederet in eo qui ſe faceret monacũ tertij ordinis ſancti Frãciſci.ſecũdum Fed.de Sen.conſ 97. & Iaſ. in d l.cum quædam puella. & Pet.à Plaza vbi ſupra verſus fin ẽ. Sed eſt aduertendũ quòd Feder.à Sen.vbi ſupra, in fine dicit quòd non ſufficit Commiſſio criminis, vt clericatus præſumatur in fraudem factus: ſed requiritur deprehenſio, vel conuentio, & ſic citatio, quod eſt notandũ, vide Couarru. in lib.practi. quęſtio.c.33. nu. 4.Sed vltra hęc dicta & allegata,per te videndus eſt Couarru. qui poſt me in li. prac.quæſt.c.31.nu.6.& ſeq plura congerit.& tãdem plures caſus excerpi. Primus eſt,ut priuilegium coniugatorum clericorũ habeat locũ in criminalibus, at ſecus in ciuilibus. Secundus,ut non ſatis ſit clerico coniugato,unum tantum deferre ueſtem clericalem, ſi aliàs ſit ueſte indutus inhoneſta & ſeculare: vt gaudeat priuilegio. Tertius,quòd non ſolum debeant deferre veſtes,ſed etiam tonſuram explicatã; quæ nam debeant eſſe iſtæ veſtes. & hoc pro quarto caſu Quintus caſus,vt clerici cõiugari non amittãt priuilegium fori.ex eo,quòd ſemel,aut aliquãdo tõſuram, & ueſtes clericales demiſerit ſi modo tẽpore delicti cõmiſſi tulerint. Sextus, vt tale priuilegium habeant etiã illi clerici coniugati,qui negationi honeſte operam dederint Septimus ut priuilegiũ habeant quò ad forum tantum, & c ſi quis ſuadẽte, cũ in cęteris ſint mere laici. Et quòd ritus allegatus, item quod ſi aliquis citatus loquatur, & habeat locum in ciuilibus,& non in criminalibus, & concordet potius eum d.c.unico fuit de mẽte Afflic.in conſti. ſi damna. 15.col.verſ.ſed iuxta hoc quæro,nu.48 ut poſt me aduertit eximius Doctor Gab. Saray. in d. titu. INQ. Quia ſunt nonnullæ perſonæ quæ ſunt priuilegiatæ ꝙ pro delictis cõmiſſis in exercitio officij,vel prætextu officij nõ poſſint cõueniri alibi quàm in Regia camera ſummariæ; vel alibi: ut ſunt om-

147 nes de dogana ferri,ſirici & alijs,quando ergo dicatur delictum commiſſum in officio,aut prætextu officij,ut ſic ſciamus an cognitio ſit adepta ab ordinariis,& an non? IVD. Alber.de Roſa. in leg.ſenatus conſulto. ff.de off. pręſ. dicit quòd tunc propriè dicitur quis delinquere extra officium quando delinquit de non pertinẽtibus ad officium: quod vr̃ probare tex. in l.11.C de ſport.ibi ſi ceſſauerint cauſas eis inſtructas offerre. & Saly.in l.magiſteria. C.de iuriſ.omn. iud. dicit, ꝙ tunc dicitur miles delinquere in officio, cum vendiderit arma,vel equos ei neceſſarios, & ſic de ſingulis, & ſic propriè in pertinentib. ad officium Sed pulchrè videas Rebuſ.in tract.de ſenteu.exequu.glo.15. fol.381.in conſti.primo tomo. Vbi dicit quòd exequutor tunc dicitur in officio delinquere quando caperet bona clericorum pro exequutione,vel aliàs excederet. Item quãdo pecuniam acceperit ut non exequatur uel non in illa re, uel differat, donec impetrẽtur literæ appellationis, aut aliàs delinquerit. ſi autem occideret homines, vel vulneraret contra exercitium officij tũc puniretur ab eo iudice in cuius territorio
147 deliquerit. ¶INQ. Quid ſi in partib. corã capitaneis terrarum ad querelã viduæ aut alterius perſonæ priuilegiatę fuerit ꝓceſſum cõtra aliquos accuſatos,& adeo proceſſum fuerit, quòd cauſa eſſet prope expeditionẽ, & vidua per viam variationis obtineat cauſam euocari ad Regia tribunalia, an de illo proceſſu debeat haberi ratio, vt ſic vniri debeat cum actis factis poſtea in tribunalibus regijs? IVD. Aliàs in regia audientia, principatus citra,hunc caſum habui in facto,in quibuſdã de terra Atellę, & allegaui in ſcriptis, quas allegationes ad tuã ſatisfactionẽ ĩ fra ſubijciam. hæ ſunt videlicet.

Chriſtus adſit.

IN Cauſa magni. Pauli Maraldi, & aliorum de Atella inquiſitorũ de homicidio, contingit dubitari, vtrum auocata cauſa à curia Atellana ad Regiam audientiam principatus citra, ex priuilegio viduitati ẽt pupillaris ætatis, querelantium, ex vi variationis debeãt vniri, acta facta in cu-

ria

ria ipſa Atellana, cũ alijs eiuſdẽ Regiæ audiẽtiæ, & ſic debeat haberi ratio de de fenſionibus ibi factis. 2. an debeat in dicta Regia audiẽtia ꝓcedi ordinariè, ꝓſuppoſito qđ noua ſupuenerint, uel poſſit extraordinariè procedi ex pẽminentia.in quibus breuiter, & ſuccinctè dicã quid ſentiã.Circa primum, eſt ſciẽdum, ꝙ priuilegium auocandi cauſam, ad Regium tribunal, ex cauſa miſerabilitatis per l.vnicam.C.qñ Impe.& conſti.ſtatuimus.de ſui natura circa initia cauſã:ũ proceſſit in quibus uere cadebat,& cadit optio iudicum eſt tñ bene uerum ꝙ ex alio iure ſuppletur,ut cũ hę perſonæ habeant poteſtatem eligẽdi apud quem iu-
148 dicem experiantur, & habentibus electionem cõpetit variatio.l. eum qui certarum.§.primo de uerbo. obliga. ut proinde cepta cã coram vno iudice, poſſint illã auocare ad alium ex ui uariationis. Nec in hoc magis priuilegiatur, Regia curia, q̃ curia baronis,apud quemcunq; eorum uertatur cauſa põt ad alterũ auocari. Variatio.n.non operatur, nec operari debet aliud,niſi ſolam mutationem iudicis,non aũt reuocationem eorum quę geſſit, & geſta ſunt.ita Bal.in l.prima.C. de fur. vlt. col. ver.quartus caſus fieri nõ poteſt, ut quæ ſint geſta, non ſint geſta; vulgata.l.in bello.§.facta de c. Nõ enim retractatur legitime factum,ex cauſa ſuperueniente de nouo ſecũdum Bar. poſt Glo.in l.Barbarius.ff.de offi.pto.& Dyn. in regu.factum de regul. iur.in 6. Quòd ſufficit eſſe factum,a quocunq; ſit factũ. l.cum ſeruus, & ibi.Bar.ff.de verbor.obliga. & l.fi. C.ſi man. ita fut. alię & ꝙ fieri debeat unio actorum,& ex illis iudicari, eſt tex. in c. ut noſtrum de appel. & c. audita.de reſti.ſpolia.& ibi nota.per Doctores,& vř facere tex. in l. ex illo tempore. C. de appel. & uoluit Rebuffus in tract. de euocatio. primo tomo.comme.conſti.regni.Fran.in prin.ſa.q.4.numer.2.& magis in particulari,ibidẽ num.34.& in articulo. pri. nu.78.fol.4.5. & nu 85 & Angel.in l.ſed etſi reſtituat.§.ediũ nomine.ff.de iud.ut dixi.n.non eſt ſpeciale ex ui uariationis auocari cãm ad Regiã curiã, a curia Baronis, imò eſt generale, ut ita curia Regia poſſit auocari ad curiam Baronis, ſicut a curia Baronis ad Regiã. Ergò minimè in modo cognoſcẽdi, ſpe-
Atella, & dixi, quòd tantũmodo poterit
cognoſci de grauamine, ſi prętendat, &
dum conſtiterit de nó grauamine, cauſa
debet remitti ad tribunal ordinarij, nec
poteſt de cauſa cognoſci iterũ, ceſſat. n.
priuilegiũ uariationis per decretũ, dicã
poſtea quid fiet. Retinuit cauſa, Regia au
dientia, ſed propter grauamina. ¶ I N Q.
Vidi nuper te petijſſe remiſſioné quorũ-
dam de Sácto Seuerino, eo quia dum eſ-
ſent carcerati pœnes curiam dictæ terræ
Regia audiétia ordinauerat quòd illi cau
te detineant nomine Regię audiétiæ: &
pro parte fiſci dicebatur non eſſe locum
remiſſioni, eo quia incurrerunt in crimé
læſę maieſtatis, quia cæperunt quédã ho
miné, & ſic dicebatur commiſiſſe crimé
lęſę maieſtatis, quid ergo ſentis de cauſ-
ſa hac. I V D. Proculdubio ſi iſti cómiſiſ-
ſent crimé priuati carceris, remiſſioni lo
cus non eſſet, quia eſſet crimé lęſę maie
ſtatis. l. 1. C. de priua. ca. & Saly. ubi. dixit
quòd committitur tale crimen, quando
quis capit aliquem, & retineat; cum aliàs
ius non haberet capiendi, & retinendi, &
ad commiſſionem talis criminis, nó exi
gitur incluſio, ſed ſufficit quòd tal terre-
neat, ita quòd uolés recedere, non poſ-
ſit, & ibi Bald. dixit, ꝙ habet locũ dictũ
crimen, etiam ſi ret incatur ſic captus mi
nus 20 horis ſine cauſa. Sed in caſu iſto
eſt aduertendum, quòd ut audio, iſti car-
cerati de quorum remiſſione nunc agit.
cęperunt unum, qui in eorũ pręſentia in
terfecerat cum ictu ſcopetti, quédam p-
tereuntem, & illum ſic captum, conſigna-
uerunt capitaneo caſalis lauculiorum, ꝙ
ſi ſic eſſet, licita fuit captura & ſi non illũ
detinuiſſent, ultra duos dies nó commi-
ſiſſent crimé priuati carceris: de hoc ex-
tat tex. in ca. regni, incip. Amplius. F I S.
Hęc enim quę proximo loco dixi, reſpi-
ciũt merita cauſę principalis & defenſio
nem ipſorum inquiſitorũ ut remiſſioni
autem locus nó ſit, ſufficit apparere, titu-
lũ criminis eſſe talem, qui ſi uerus eſſet;
cauſſę, remiſſioni locus non eſſet. I V D.
Quamuis titulus criminis ſufficiat circa
retétioné, & auocationé cauſſarũ, ut p-
be dixiſti attamé ſi informatio repugna-
ret titulo impoſito, circa remiſſionem,
attédit potius ueritas, quã nomen impo
ſitũ. ueritas enim oĩa uincit. 8 di. cóſue-
tudo & omnia ei cedunt. ca. di. c. ueritati.
144 † & magis inſpicitur ueritas in delictis
quàm opinio Bal. in l. ſi quis ſeruo 1. col.
C. de fur. & in ſpecie tituli actio non præ
iudicat ueritati. l. ſi ancillam, & ibi Bald.
C. de cóτ. emp. caſus eſt in facto, dicã po-
ſtea quid fiet ſub die 6. Octobr. 1560. fa-
cta longa diſcuſſione fuit prouisũ quòd
expediretur prouiſſiones ꝙ magnificus
gubernator terræ Sancti Seuerini, liberet
illos carceratos habens pro claro ꝙ non
ſit crimen priuati carceris non obſtáte re
commédatione facta p eandem regiam
audientiã, non tamen uoluit ſimpliciter
remittere. I N Q. Quid ſi laicus cómittat
delictum, & demũ ſe facit clericum, an
ſi capiatur à iudice laico & petatur re-
miſſio debeat fieri? I V D. Vulgatam & fa
145 moſam quęſtioné proponis & ideo ad
deciſioné ueniemus. Eſt ſciendũ ſecũdũ
Barto. quòd Dyn. diſtinguebat, quòd aut
fecit ſe clericum in fraudem & ſibi non
pdeſt clericatus, ut remittatur; aut fecit
ſine fraude, & prodeſt. Aut eſt dubium: &
tũc ſi erat accuſatus, vel diffamatus de cri
mine, & præſumitur quòd hoc fecerit in
fraudem. Hancque diſtinctionem uidet

appro-

approbare ip ſe,& cæteri ſequuntur. Et tñ
uerum quòd ſi antea emiſerit votum , &
demum intrauerit,clericatus prodcrit:&
ſufficit ut remittatur. latè Iaſ. & Doct. in
l.cum quædam puella ff.de iuriſ.om.iud.
& latè Pet.à Plaza in epito. delicto. c.35.
per totũ, quod nõ procederet in eo qui ſe
faceret monacũ tertij ordinis ſancti Frã-
ciſci.ſecũdum Fed.de Sen.conſ 97. & Iaſ.
in d.l.cum quædam puella. & Pet.à Plaza
vbi ſupra verſus finẽ. Sed eſt aduertendũ
quòd Feder.à Sen.vbi ſupra, in fine dicit
quòd non ſufficit Commiſſio criminis,
vt clericatus præſumatur in fraudem fa-
ctus : ſed requiritur deprehenſio, vel con
uentio, & ſic citatio, quod eſt notandũ ,
vide Couartu. in lib.practi. quęſtio.c.33.
nu. 4.Sed vltra hęc dicta & allegata,per te
videndus eſt Couarru. qui poſt me in li.
prac.quæſt.c.31.nu.6.& ſeq.plura conge-
rit.& tãdem plures caſus excerpi. Primus
eſt,ut priuilegium coniugatorum clerico
rũ habeat locũ in criminalibus , at ſecus
in ciuilibus. Secundus,ut non ſatis ſit cle-
rico coniugato,unum tantum deferre ue-
ſtem clericalem, ſi aliàs ſit ueſte indutus
inhoneſta & ſeculare : vt gaudeat priui-
legio . Tertius,quòd non ſolum debeant
deferre veſtes,ſed etiam tonſuram exem-
plicatq; quæ nam debeant eſſe iſtæ ve-
ſtes . & hoc pro quarto caſu Quintus ca-
ſus,vt clerici cõiugati non amittãt priui-
legium fori.ex eo,quòd ſemel,aut aliquã
do tõſuram , & ueſtes clericales demiſerit
ſi modo tẽpore delicti cõmiſſi tulerint.
Sextus , vt tale priuilegium habeant etiã
illi clerici coniugati,qui negationi hone
ſte operam dederint Septimus ut priuile-
giũ habeant quò ad forum tantum, & e ſi
quis ſuadẽte, cũ in cęteris ſint mere laici.
Et quòd ritus allegatus , item quod ſi ali-
quis citatus loquatur, & habeat locum in
ciuilibus,& non in criminalibus, & con-
cordet potius cum d.c.unico. fuit de mẽte
Afflic.in conſti. ſi damna. 15.col.verſ.ſed
iuxta hoc quæro,nu.48 ut poſt me aduer-
tit eximius Doctor Gab. Saray. in d. ritu.
INQ. Quia ſunt nonnullæ perſonæ quæ
ſunt priuilegiatæ ꝙ pro delictis cõmiſ-
ſis in exercitio officij,vel prætextu officij
nõ poſſint cõueniri alibi quàm in Regia
camera ſummariæ; vel alibi : ut ſunt om-
147 nes de dogana ferri,ſirici & alijs,quan-
do ergo dicatur delictum commiſſum in
officio,aut prætextu officij,ut ſic ſciamus
an cognitio ſit adepta ab ordinariis,& an
non ? IVD. Alber.de Roſa. in leg.ſenatus
conſulto . ff. de off. pręſ. dicit quòd tunc
propriè dicitur quis delinquere extra offi
cium.quando delinquit de non pertinẽti
bus ad officium : quod vr̃ probare tex. in
l.11.C de ſport.ibi ſi ceſſauerint cauſas eis
inſtructas offerre. & Saly.in l.magiſteria.
C.de iuriſ.omn. iud. dicit , ꝙ tunc dicitur
miles delinquere in officio , cum vendi-
derit arma,vel equos ei neceſſarios, & ſic
de ſingulis , & ſic propriè in pertinentib.
ad officium Sed pulchrè videas Rebuf.in
tract.de ſenten.exequu.glo.15. fol.381.in
conſti.primo tomo . Vbi dicit quòd exe-
quutor tunc dicitur in officio delinquere
quando caperet bona clericorum pro exe
quutione,vel aliàs excederet. Item qñan
do pecuniam acceperit ut non exequatur
uel non in illa re, uel differat, donec im-
petrẽtur literæ appellationis, aut aliàs de
liquerit. ſi autem occideret homines, vel
vulneraret contra exercitium officij tũc
puniretur ab eo iudice in cuius territorio
147 deliquerit. ¶INQ Quid ſi in partib. co-
rã capitaneis terrarum ad querelã viduæ
aut alterius perſonæ priuilegiatę fuerit
ꝓceſſum cõtra aliquos accuſatos,& adeo
proceſſum fuerit, quòd cauſa eſſet prope
expeditionẽ , & vidua per viam variatio-
nis obtineat cauſam euocari ad Regia tri
bunalia , an de illo proceſſu debeat habe
ri ratio , vt ſic vniri debeat cum actis fa-
ctis poſtea in tribunalibus regijs ? I V D.
Aliàs in regia audientia , principatus ci-
tra,hunc caſum habui in facto,in quibuſ-
dã de terra Atellę , & allegaui in ſcriptis,
quas allegationes ad tuã ſatisfactionẽ in
tra ſubijciam. hæ ſunt videlicet.

Chriſtus adſit.

IN Cauſa magni. Pauli Maraldi, & alio-
rum de Atella inquiſitorũ de homicidio,
contingit dubitari , vtrum auocata cauſa
à curia Atellana ad Regiam audientiam
principatus citra, ex priuilegio viduitati
ẽt pupillaris ætatis , querelantium, ex vi
variationis debeãt vniri, acta facta in cu-

ria

ria ipſa Atellana, cũ alijs eiuſdẽ Regiæ audiẽtiæ, & ſic debeat haberi ratio de de ſenſionibus ibi factis. 2. an debeat in dicta Regia audiẽtia ꝓcedi ordinariè, ꝓſuppoſito q̃d noua ſupuenerint, uel poſſit extraordinarie procedi ex ꝓeminentia in quibus breuiter, & ſuccinctè dicã quid ſentiã. Circa primum, eſt ſciẽdum, ꝙ priuilegium auocandi cauſam, ad Regium tribunal, ex cauſa miſerabilitatis per l. vnicam. C. q̃n Impe. & conſti. ſtatuimus. de ſui natura circa initia cauſæ ũ proceſſit in quibus uere cadebat, & cadit optio iudicum eſt tñ bene uerum ꝙ ex alio iure ſuppletur, ut cũ hę perſonæ habeant poteſtatem eligẽdi apud quem iu-
148 dicem experiantur, & habentibus electionem cõpetit variatio. l. eum qui certarum. §. primo de uerbo. obliga. ut proinde cepta cã coram vno iudice, poſſint illã auocare ad aliumex ui uariationis. Nec in hoc magis priuilegiatur, Regia curia, q̃ curia baronis, apud quemcunq; eorum uertatur cauſa põt ad alterũ auocari. Variatio. n. non operatur, nec operari debet aliud, niſi ſolam mutationem iudicis, non aũt reuocationem eorum quę geſſit, & geſta ſunt. ita Bal. in l. prima. C. de fur. vlt. col. ver. quartus caſus fieri nõ poteſt, ut quæ ſint geſta, non ſint geſta; vulgata. l. in bello. §. facta de c. Nõ enim retractatur legitime factum, ex cauſa ſuperueniente de nouo ſecũdum Bar. poſt Glo. in l. Barbarius. ff. de offi. ꝓto. & Dyn. in regu. factum de regul. iur. in 6. Quòd ſufficit eſſe factum, a quocunq; ſit factũ. l. cum ſeruus, & ibi. Bar. ff. de verbor. obliga. & l. fi. C. ſi man. ita fur. aliꝗ & ꝙ fieri debeat unio actorum, & ex illis iudicari, eſt tex. in c. ut noſtrum de appel. & c. audita de reſti. ſpolia. & ibi nota. per Doctores, & vr̃ facere tex. in l. ex illo tempore. C. de appel. & uoluit Rebuffus in tract. de euocatio. primo tomo comme. conſti. regni. Fran. in prin. ſa. q. 4. uumer. 2. & magis in particulari, ibidẽ num. 34. & in articulo. pri. nu. 78. fol. 4. 5. & nu 85. & Angel. in l. ſed etſi reſtituat. §. ediũ nomine. ff. de iud. ut dixi. n. non eſt ſpeciale ex ui uariationis auocari cãm ad Regiã curiã, a curia Baronis, imò eſt generale, ut ita curia Regia poſſit auocari ad curiam Baronis, ſicut a curia Baronis ad Regiã. Ergò minimè in modo cognoſcẽdi, ſpe-
149 cialitas aliqua cõſiderari dẽt. ¶ Nã ęqui peratorũ idẽ eſt iudiciũ. gl. ſiug. ſecundũ Pet. Anch. in c. ſi poſtquã. §. fi. de cler. in 6. facit glo. in cle. Abbatis, de reſcri. & in c. 11. de conſ. in 6. ſuadentur prædicta. cõ trouertitur alias inter Doct. ſi ualidus eſt proceſſus factus coram aliquo iudice, q̃ poterat aliqua exceptione declinari, & in effectu concludit, ꝙ aut ille iudex, penitus nõ eſt iudex ordinarius proprius, & nõ ualet proceſſus: aut eſt ordinarius, & proprius iudex; & tunc licet per aliq̃ exceptionẽ decliuari poſſet: & proceſſus ab eõ factus bene tenet, & ualet. Vt de utroque traditur in l. ſi per errorem. ff. de iuriſ. om. iud. & in l ſi cõuenerit. ff. eo. tit. cum ergò iudex Atellanus eſſet iudex ꝓprius, & ordinarius, non eſt inuallidus proceſſus coram illo factus, & hæc de primo. Circa ſecundum, poſito pro uero, prout eſt, ꝙ debeat fieri unio actorum, licet quebit cauſam eſſe in limine expeditionis: & proinde debere procedi ad diſcuſſionem iudiciorum cum aduocatis & fiſci, & partis; per text. in l. cuſtodias. ff. de publi. iud. Proceſſus enim nũc reperitur legitimatus; & ideo euocãdi ſunt aduocati utriuſq; partis, & uideri quid ꝓbatũ, quid ſublatum, & q̃d pro innocẽtia, aut nocentia fiat. d. l. cuſtodias, & ibi. no. & ꝑ Doct. & ſi diceretur, ex aduerſo, noua ſuperueniſſe; aduerſus ea dandæ ſunt defenſiones. eſſet enim ſatis iniquum, accuſatorem in duobus audiri, & ad bis iura ꝓ ſe producendum admitti. Reos autem ad unum. Semel autem ineptum eſt, utrumque audiri accuſatorem, & reos, ſemelq; ſeruata eſt æqualitas, ergo & in cœteris ſeruari debet. Eſſet enim detrahere. de iure reorum, quod nimis abſurdam uideri debet. Etſi diceretur; has rationes militare etiam nõ legitimato proceſſu, immo maioris abſurditatis, & inæqualitatis; & tamen uidemus, paſſim uirtute præminentiæ procedi ad indagationem ueritatis eorum, quæ propoſita, & proponuntur per accuſatorem tantum per torturam non eorum etiam, quæ poſſent proponi per reos. Reſponderi poterit,
150 ¶ ꝙ multa facienda impediuntur, quæ non

non impedirentur iam facta ſm Specul. in tit de actore § 5. uerſi. quid ſi eam. Adſtipulatur prædictis optima, & nua 16, ibi cautius eſt agendū, ubi maius periculum uertitur iuribus vulgaribus. Licet.n.a principio potuiſſet, & poſſit accuſator teſtes falſos producere nihilominus maiorem falſitatem poterit aſtruere, & producere facta publicatione, & patefactis ſecretis cāæ q̃ antea hinc iura cautius procedunt. cap. fraternitatis de teſti. Vnde q̄ principio p̃mittebatur facta publicatione debet denegari per defenſiones.n. poterit apparere de falſitate. nimirum ſi ille dari debeant. Rurſus per defenſiones factas antique per accuſatorē propoſita, apparet intentionē accuſatoris, ſi non in totum eliſam, aliqualiter depravatā, & ſuſpectā. Vt exinde ſuper de nouo ꝓducendis cautius, & diligentius aduerti debeat. Et ita iuris eſſe arbitror. Et ita fuit iudicatum in Regia Audiētia prīcipatus citra, & Baſilicatę ſub die 27. Iulij 1561. Actuarius notat. Frāciſcus cur

151 rialis. ¶ INQVI. Quid.n. ſi exterus deliquit in territorio alicuius baronis, nū quid de eo cognoſci poſſit? ¶ I V D. In pulchro caſu, aliàs conſului, ut infra. Ideo pro ſatisfactione, ſubnectam per ordinem allegationes, & ſunt uidelicet.

Chriſtus adſit.

IN dubio euocationis cauſæ carceratorū ciuitatis Meliſiæ in terra Atellæ, quā prætendit facere Regia Audientia principatus citra, uirtute querelæ ibi expoſitæ ꝑ uiduā, & ex eā, quia illuſtriſſimus Princeps Aſcolis utilis dominus terræ Atelæ ex priuilegio vr̄ habere iuriſdictionē in uaſſallos, & habitantes tantum, & non in exteros breuibus, & ſuccinctè q̄d ſentiā, dicam. Euocationem fieri non poſſe, nec debere, iuris indubitati eſſe arbitror, ex iu fra dicendis. Ex primo enim capite. eam non eſſe faciendam, manifeſte conſtat, cum ſtatim uariauerit uidua, & declarauerit uelle proſequi querelam, expoſitam in curia Atellana, & non eam, quam fecit, in dicta Regia Audientia.

152 ¶ Ius uariandi competere uiduæ, clarū eſt, ut hr̄ per Afflict. & Iſer. in conſti. ſtatuimus per l. eum, qui certarum. § primo de uerbo. oblig. & eſt 16, q̄a priuilegio. l. unicæ non pōt renunciari ſecundum glo. in d. l. unicā in uerſ. excedere quam ibi Bologni. reputat ſingularem. per quam dicebat: Tho. Parpa. in l. 1. C. de pa. ſe uidiſſe in cauſa cuiuſdam uiduæ quæ coram ordinario erat appuntāta ad ius, euocaſſe cauſam ad Regem, & ſequitur Sil. nup. in libro. 6 nu. 38. & ita practicatur. Ex ſecūdo capite in quo maius fundamentum uidetur facere fiſcus, minime euocandam eſſe cauſam, indubitanter teneo, conſtat iā ex probationibus factis, nos carceratos in terra Atellę deliq̃ſſe in territorio, & mercato, quod ſingulis annis celebratur; Conſtatque illos, ad dictum mercatum ueniſſe, & ibi conſtituiſſe pergulam mercandi cauſa, ex quibus fit ut delinquētes ibi poſſint puniri, ibiq; forum ſortiantur. Tum quia illi dicuntur ibi habitantes per appoſitionem pergulatæ, cùm habitans dicatur etiam qui paucis dieb. habitat. Secundum Aret. in cap. repellantur. de accuſa. & tenuit Neap. in lib. conſuetu. Ciuitatis Neapoli, in ultima conſuetud. & licet uerum ſit, quem non ſortiri forum in eo loco, a quo ſtatim receſſurus erit, ut communiter Doct. aſtruunt in l. hæredes abſens. §. ſi quis tutelam. ff. de iud. tamen ratione delicti ſortit̄ ibi forum, ut ibi capiatur, & puniatur, ēt quòd ſtatim ſit receſſurus. Vt ſatis notabiliter tenuit Albe. à Roſa. in d. §. ſi quis tutelam. 2. col. uer. item dicit ex mente Iac. de Aret. & Bal. in eo. §. in 2. no. ſimpliciter, q̄ qui facit mercatum in aliquo loco, ibi poterit conueniri, nō ſolum coram cōſule artis, ſed etiam coram poteſtate, ſimiliter Iacobi a San. Geor. in d. §. num. 6. dicit quòd habens pergulam ſtationē, uel apothecas in loco ſortitur ibi forum, ſi ibi reperiatur. Tum q̄a ex longo tēpore ibi ſolitum eſt celebrari mercatū, ſolitū eſt ibi fieri nundinas. quò fit, ut ibi contrahentes, & delinquentes ſortiantur ibi forum. ut dicit Gloſſ. in l. unica eſt de nundi & ſequuntur ibi Doctores. Tum etiā quia curia Atellana eſt in quaſi poſſione cognoſcendi de cauſis exterorū cōtrahentium in territorio Atellæ, & puniē di delinquentis ibi, etiam quòd aduenæ ſint. Ex quo ſit ut ius cognoſcendi in ſimiles

ſimiles, aduenas, & exteros, in territorio, delinquentes, quæſitum ſit etiam quòd aliàs non competeret. Conſuetudo enim tribuit iuriſdictionem, meram, mixtã, imperioſam, altam, & baſſam ſecundũ Bal. in l. etiam 3. col. C. de excep. rei iudi. & uoluit Cæpolla cõſ. 40. incip. lucius. facit. c. ſi clericus laicum. ubi Abb. & alij extra de

153 fo. comp. † imò conſuetudo tribuit iuriſdictionem etiam fœminis. l. cùm ꝑtor in uerbo moribus. ff. de iud. & plenius ꝓſequitur Rocc. de cur. in c. fi. de conſu. to. col. uerſiculo octauo infert. Et in particulari de Cauſis occurrentibus in mercato, & foro. Lud. Ro. conſ. 300. voluit enim ꝙ longa conſuetudo tribuit iuriſdictionem alias non habenti. l. uiros. C. de diuer. offi. lib. 12. & l. fi. ff. de aqua. plu. arcen. & extra de foro compe. c. cum contingat. & c. romana de pœn. in 6. Caſſa. in conſue. Burgun. in tit. des iuſtices fol. 20. num. 90. Alexan. conſ. 190. aliàs 64 num. 7. in 2. libro iuriſdictionis quaſi poſſeſſio per unũ actum ſolum poteſt retineri ſecundũ Bar. in l. arboribus. § de illo. ff. de uſufr. & in l. una eſt uia, ff. de ſer. ruſti. præd. & per Flo. in l. ſeruitute. ff. quemadmo. ſer. am. & Bal. in c. 1. de feu. cogni. probaturque per aliquem actum iuriſdictionalem etiã unicũ ſecundũ Flo. in d. l. ſeruitute, & l. arborib. ubi plus dicit acquiri quaſi poſſeſſionẽ, etiã ſi inſcio ſuperiore miniſtri uſi fuerint & cum iſtis dictis, & deciſionibus tranſit Iuno. in c. literis de reſti. ſpolia. & in c. dilectus de capp. mona. Ang. & Floria. in l. ſeruitutes. de ſer. urba. prædio. & in l. ſi qs diuturno. ff. ſi ſer. uend. Bal. in ti. de pa. cõſtã. §. amplius. in prin. Gemin. in c. ſi papa de priuile. in 7. Io. de Imo. in c. cum cauſam, de proba. Bal. In l. data opera uerſi. ſuper ſitu. C. qui accu. nõ po. Hęc tanto magis procedere certum eſt, quanto acquiſitio huiuſmodi quaſi poſſeſſionis, & exercitij iuriſdictionis, in talibus eſt conformis cum iure communi, ut in auth. qua in prouincia. C. ubi de cri. agi. opor. cum ſimilibus; Item eſt iuſta, & utilis reip. cùm aliàs remanerẽt delicta inulta. Hinc eſt, quòd ſi ueritati inhærẽdũ eſt, paſſim uidemus omnes Barones Regni cognoſcere ratione delicti in territorio commiſſi, contra quoſcunq; exteros atq; aduenas, & ꝙ in ſpecie in priuilegio non dicatur, ſicut ratione contractus, & rei ſitu in territorio,

154 cognoſcunt contra exteros. Et eſt ratio, quia nulli dubiũ eſt, ꝓrogari poſſe iuriſdictionem a partibus, uel per prorogationem expreſſam, uel tacitam, et ad caſum de quo aliàs nõ cõpeteret cognitio, ut colligitur, ex l. fi. de iud. & ex c. per g. de offi. dele. & ex doct. in c. ſignificaſti, de fo. compet. pariter prorogatur iuriſdictio à lege, etiam in caſu, de quo aliàs nõ poſſet cognoſci. tex. eſt in l. cùm papinianus, & in authentica, & conſequenter. C. de ſenten. & inter. om. iudi. & licet in una ſpecie prorogationis, loquatur, in qualibet tamẽ habet locum, ut eſt tex. in §. illud in auth. de exequ. ubi etiam Gloſſ. dum allegat. l. properandum. Cùm in foro loci contractus, uel quaſi, delicti, uel quaſi, litem uentilari, & agitari, commodius ſit, quàm

155 alibi, † uel quia ſecundum loci conſuetudinem contractus interpretatur. l. ſi fundus, & ibi Bar. ff. de euictio. l. contraxiſſe. ff. de act. o. & obliga. uel quia in loco delicti. facilius delicta probantur, ſecundum Abb. in c. poſtulaſti, & Maria. in alio propoſito col. 10. de fo. comp. nimirum ſi leges introduxerint prorogationẽ eo ipſo, quòd cõtrahitur, aut delinquitur: Aliud eſt ius ꝓcedẽdi fundatũ ex priuilegio: aliud ex prorogatione legis, ius ergo cognoſcẽdi in caſu noſtro, non fundatur ex priuilegio, ſed ex prorogatione legali, quæ eo ipſo facta cenſetur, quòd commiſſum eſt delictum, d. authentica, qua in prouincia. C. ubi de cri. agi. opor. & per Bald. in l. de quibus. ff. de leg. per tex. in § ſi quis uerò comprehenſus in auth ut nulli iudi. habẽtur in d. c. poſtulaſti, & c. fi. de fo. compet.

156 & c. de rap. † delinquens enim efficitur ex tunc de foro, non autem efficitur propriè ſubditus, ut no. Gloſ. in cap. nuper de ſen. excom. & in clem. prima, de fo. compet. Quatenus enim ex priuilegio conceditur iuriſdictio in ciueis, habitantes, & incolas, id eſt reſpectu uaſſallagij, & propriæ ſubiectionis, non tñ excludere vr, prorogationes, quæ fiunt a partibus, aut à lege. Aliàs ſequeretur incõuenieus, quòd nullus baro poſſit cognoſcere in cauſa rẽ conuentionis, in cauſa contractus initi in territorio, uel quaſi contractus, & ratione

rei

rei ſitæ in territorio, niſi expreſsè diceretur in priuilegio, cuius contrarium ubiq; videmus: fortificatur tanto magis, hæc ꝓrogatio legalis in caſu de quo agitur: quia non ſolum à lege cenſetur facta, ſed etiã à partibus, tam querulantibus, quàm quęrulatis. Remanebit ergò priuilegiũ, in caſibus expreſſis firmum, ut extra perſonas de quibus ibi in caſibus ordinarijs, pręter ex ui prorogationis, non competat iuriſdictio illuſtri principi Aſcoli, Nec acquiratur, ius vaſſallagij, & ſuperioritatis, ſed quòd ex ui prorogationis legalis, & partium poſſit cognoſcere, id non eſt ex priuilegio, ſed a iure concedente, & ampliãte. Nec tantum iuriſdictio, quæ de iure communi competit, poteſt prorogari, ſed etiam illa, quæ de iure ſpeciali competeret, ut priuilegio, conſuetudine, uel alias. ita Hoſtien. Ioan. And. & Ant. de Butr. & Ab. in c. ſignificaſti. de fo. comp. & ibi Mara. Socy. num. 23. Et licet iuriſdictio conceſſa reſpectu certarum perſonarum, non ſit ꝓrogabilis ad aliàs. c. cùm p. & g. de offi. deleg. tamen ex uirtute comprehenſiua & ex contingentia cauſæ, ac ex quodam accidenti, bene efficitur prorogabilis, ut bene notat Maria. Soc. in c. ſignificaſti, de fo. comp. num. 25. Cùm ergo ſit conceſſum principaliter territoriũ, & iuriſdictio in eo, licet limitetur ad uaſſallos, & habitantes, tamen ex uirtute comprehẽſiua, & ex cõtingentia cauſæ prorogatur, & extẽditur, ad delinquẽtes in territorio, cum ſit id acceſſorium territorij, & de eſſe ipſius, & eo ipſum conceſſum territorio, qđ illud cõcedit, per d. auth. qua in ꝓuincia. Nam ille, qui, deliquit in territorio, licet non ſit naturaliter ſubditus domino loci, tamen dicitur accidẽtaliter, ſecundum d. Ant. in c. licet, & ibi Abb. num. 6. de foro comp. & quo ad omnes effectus, dominus loci habet in eum iuriſdictionem. Vt ibi D. Abb. maxime, quãdo ibi reperitur, nec de iſta ꝓrogatione legali, ſeu iuriſdictione, quã tribuit, & dat ius cõmune, debuit & debet fieri mẽtio in priuilegio, expreſsè, cùm illa tacite intelligatur conceſſa. Vt notabiliter, & ſatis ad propoſitum tenuit Do. Abb. in c. dilectus. ut lit. penden. num. 19. per uo. in ca. 1. de conſti. lib. 6. in verſic. noſcatur, quòd eſt ſatis notandum & menti tenendum. Priuilegium in caſu iſto operabitur ad demonſtrandum, quòd alias iudex prorogatus, ſit iudex habẽs iuriſdictionem, cùm aliàs non ꝓcederet ꝓrogatio. Quare ex prædictis teneo, cauſã non poſſe, nec debere, euocari ad dictam Regiam Audientiam ſaluo cõſilio rectius & melius ſentientis, cui me ſubiicio, & pro iſta parte fuit latum decretum ſub die

157 25. Iulij 1561. ¶ FIS. Quid ſi clericus, & laicus ſimul delinquant, & clericus petat ſe remitti ad ſuum iudicem eccleſiaſticum, an etiam debeat remitti laicus?

INQVIS. Videtur quòd debeat remitti, ut latè concludit Marſi. in ſing. 180. & Ferra. in caute. decima. & Marian. Socin. in cap. ſecundo, de mutuis petitionibus. & Fel. in c. placuit de præſcript. FISC. Sed contrarium uidetur concludere Cap. in deciſ. 173. quando ſunt plures, & Aymon. Crauet. in conſi. 232. dominus Neuieanus per totum in 11. parte. ubi pleniſſime. Adde quòd in fine conſ. Crauetta uidetur tenere, ꝙ in dubio ſententiarum contra fiſcum. & quòd ita pronunciatum fuit. Vide Couarru. in lib. pra. q. c. 34. & hodie ridiculum eſt dicere, ꝙ ratione cõnexitatis cauſæ, remittatur laicus cum clerico; uix enim remittitur clericus. & ita etiam ridiculum uidetur in regno Franciæ, ubi laicus puniť a ſuo iudice, & clericus a ſuo. Ita referente Rebu. in prohe. cõſt. gl. 5. nu. 117. in primo lib. fol. 43. Vide Couuar. in lib. pract. quæſt. c. 31. ubi plenè. IVD. ergo ſemper in hoc fauerem, & adhęrerẽ opinioni fiſci, licet quãdoq; uiderim ſer-

158 uari cõtrarium. FIS. An circunſcriptis priuilegiis iudex domicilij poſſit inquirere de delicto alibi cõmiſſo, uel teneať remittere delinquentem ad locum delicti? IVD. Puto eſſe remittendum ad locum delicti, ut refert fuiſſe deciſum in ſac. regio conſ. Gramma. in deciſ. 26. incip. Michael Hebræus, ubi concludit, ꝙ per magnam curiã uicariã fuit remiſſus reus ad locum delicti, & pronunciatũ, iudicẽ domicilij non poſſe inquirere de delicto alibi commiſſo. INQ. ſatis confert ad hãc tuam opinionem regia pragm. edita per Cæſ. ma. incip. item quòd officiales regij: & alia regia pragm. incip. licet, ut uniuerſis Italiæ pax. Sed ad hæc ſatis eſt ſatisfa-

ctum

159 ctum ex ſuperioribus. ¶ FIS. Pone, ꝙ unus iudex pꝑuenit in citando uerbaliter: aliter uero cepit reū, & carceribus mancipauit, & petit ſibi remitti eām contra uero q citauit uerbaliter, petit ſibi remitti carceratū, quid iuris. IVD. In hoc caſu licet ſupra aliquid dixerim, tñ altius exordiendo, puto diſtinguendū, ꝙ aut citatio realis præceſſit citationem uerbalem, uel facta ſit eodem tempore, ut citatio uerbalis præceſſit citationem realē. primo caſu prœualet citatio realis, & eſſe maioris potētiæ, & efficaciæ, q̄ uerbalis. quia per capturam præuenitur iuriſdict. ſecundū Io. And. in c. t. de obli. ad tō & Bald. in l. ſi quis. ff. de iuriſ. om. iud. & in l. ſenatus in ſi. C. q accu. nō poſ. per text. in l. ii. ff. de cuſt. reo. & ponit Bal. in auth. ſed nouo iure. C. de ſer. fu. ſcdo uero caſu, qñ uerbalis præceſſit, Ange. Are. in li. male. in uerbo, iudex commiſit. decedit, ꝙ non obſtante, quod prœceſſit uerbalis, nihilominus realis eſt potentior, & ſic ille iudex præfertur, qui cepit malefactorem. maxime, quia pōt ad ſuum libitum ſententiam exequi, quod non pōt ille q uerbaliter tantum citauit. ſed Bald. in authenti. ſed nouo iure. uī ſentire contrarium, dum dicit, ꝙ per citationem realē præuenitur iuriſdictio, niſi aliter prius uerbaliter citaſſet, & ſic a cōtrario Bald. tenet, ꝙ ſi præceſſit uerbalis, præualet, & præfertur reali. Maria. Soci. in c. propoſuiſti extra, de foro competen. in 8. quęſ. num. 22. altius exorditur, & dicit eſſe diſtinguendum, ꝙ aut ambo iudices, ſe officialem in eodem loco habet æqualem iuriſdictionem, & poteſtatem reſpectu negotij, de quo quæritur, eò, ꝙ uterque poteſt cognoſcere, nec alter ab altero recognoſcit iuriſdictionem. exempli eā in poteſtate Senenſi & Capitaneo qui ambo à republica illa iuriſdictionem recognoſcunt, & idē, ſi ab eodē dño. aut ambo recognoſcunt iuriſdictionē ad diuerſis primo caſu dicit, ꝙ ſi oritur contētio inter ipſos officiales, ille præualebit, qui præuenit in citatione uerbali. quia cum ad præuentionem ſufficiat ſola uerbalis citatio, meritò, cum præuenta ſit iuriſdictio alterius, no pōt amplius ſe ipſe impedire, & realis citatio nō tenet effectua liter, & pōt iudex, qui præuenit in citando uerbaliter, præcipere alteri ut illū remittat, uel ad ſe dimittat uenire. aut iudices, & officiales iuriſdictionem recognoſcunt à diuerſis exemplū in poteſtate Senenſis, & Florentina uerbi gratia, rōne delicti commiſſi initi p Lapum Florentinum in ciuitate Senenſi. & ptās Senēſis citat uerbaliter Lapum exiſtentē Senis, qui citatus diſceſſit, & petijt Florentiani & ibi capitur pro eodem negotio. & hoc caſu dicit ipſe, ꝙ aut ipſe captus opponit de præuentione facta poteſtate Senenſi, & dēt audiri, & relaxari, & ſi nō audiretur grauaretur, & poſſet appellare, & officialis Florentinus non obſtante appella procederet, & puniret, & pęna non eſſet reiterabilis, dēci ſio eſſet clara. quia eadem pęna ueniret imponēda à iudice Senēſi. & hoc caſu dicit procedere opin. Ang. demum diſtinguit, ꝙ ſi ipſe citatus malitioſe arripuit iter, ut non compareret corā iudice Senenſi citāte. & fuit poſtea captus, illud impedimentū capturæ ſibi non prodeſt, ſed ualebit proceſſus, q in ipſius contumaciam fabricatur p iudicem citantem, per allegata p eum, & ſic ut uides, relata opi. Maria. Soci. mihi uidetur, ꝙ relinquit inſolutā qu[illegible] in iſto ſecundo caſu, qñ præ[illegible] non allegatur per citatum, ſed p[illegible] officialē dum eſt contentio inter ipſos officiales & ſic ī iſto ſecūdo caſu tenerē opinionē Ang. de Are. in loco ſupra citato, ꝙ prœferatur, & prœualet citatio realis, quia potentior per allegata per eum licet in cōtrariū uideaſ facere deciſio Grā. ſub nu. 26. incip. Michael hæbręus. de qua ſupra

160 mentionem feci. ¶ FISC. Sed quid dicendum, ſi iudex loci delicti de homicidio cōmiſſo p ſuū uaſſallū in territorio ſuo inquiſiuit, citauit, & ad contumaciā proceſſit, & omni conatu ſuo fuit nixus, ut eum ꝑ manibus haberet, & nō potuit tandem uero captus fuit p magnū curiā uicariā, an petente, & inſtante patrono, & barone dicti derelinquentis, ꝙ ſibi remittaſ, debebit remitti? ¶ IVD. In hoc caſu habemus deciſionem Gram. 30. incipien. in eā excellentis. ex qua pōt colligi diſtinctio, ꝙ aut baroni apparet conceſſa iuriſdictio ī ſuo priuilegio in ſuos uaſſallos

vaſſallos priuatiue, & cũ clauſula abdicatiua & anullatiua, ut dixi ſupra & nõ eſt dubiũ, qu:n illi remittendus ſit: aut accumulatiue iuriſdictio eſt concesſa cũ ſuperiore ꝙ præſumitur, & ſic non vr̃ ſublata iuriſdictio ab ipſo principe concedente, ſed ubiq, competit, ꝑ tex. in c. dudum de præben. in 6. & eſt tex. in l. 1. in fi. C. de offic. præfe. vrb. & ꝑ alia. uti ibi ꝑ eum. & ſic eſt locus præuentioni, ut dicit Ang. Are. in l. 1. §. ſi qs in appellatione. per. col. fi. de appe. & Fran. de Are. in cõſi. 101. ſpectabilis dñe & D. de ſan. Gemi. in ca. pro hoc de hęre. in 6. Io. de. Ana. in c. excommunicamus. §. volumus, de hære. Bar. in l. ſtudentibus de offi. pſe. urb. & ſi qñ magna curia præuenit per citationem realẽ, præfert̃ iudici inquirenti per prius, ut dicit Bar. in l. 3. ff. de cuſt. reo. & in l. 1. de pœn. & Bald. in l. 1. C. ubi de cri. agi. opor. & in auth. ſed nouo iure. C. de ſer. fug. ſed iſtis non obſtãtibus in iſto 2. caſu contrariũ decidit̃ in d. deciſ. nec obſtat, ꝙ quando conceditur iuriſdictio per principẽ, ꝙ maior iuriſdictio reſidet penes ipſum principem, & ꝙ ſic ipſe p̃fertur, quia hoc uerum eſt, quando ipſe princeps concurrit cum barone ſe hic eſt magna curia uicaria, quæ ut dicit ipſe, non poteſt pro principe reputari nec, de præuentione per capturam eſt fienda vis cum appareat baronem nixum fuiſſe ꝑ ipſum capiendo, & uſum fuiſſe oĩ diligẽtia contra ipſum delinquentem, præterea, quãdo baroni competit iuriſdictio uirtute priuilegij, non eſt locus p̃uentioni magnæ curiæ uicariæ: ſecus, ſi ſ[?]et iuriſdictio, quæ ad plures pertineret, qa tunc haberet locum præuentio allegat. ca. ut debitus. extra de appel. c. 1. de of. archidi. & in proprijs terminis decidi Federic. de Sen. in cap. irrefragabili. extra de offi. ordi. 1. col. tanto magis, ꝙ hodie barones regni oẽs uidentur habere iuriſdictionẽ priuatiue, & nõ cumulatiue, licet expſſe non dicat̃, quia in quolibet priuilegio dr̃, quòd cauſæ criminales, & ciuiles agitentur corã dicto barone inter ſuos uaſſallos. per quæ uerba vr̃ fuiſſe de intẽtione concedentis, iuriſdictionẽ ipſam cõcedere priuatiue, ſecundum Ludoui. Ro. in conſ. 393. inci. præſens conſultatio. & in ſing. 81. uiget pactũ p̃terea concurrente pragmatica regis Ferdinandi primi ꝙ in primis cauſis tam ciuilibus quã criminalibus, cognoſcant iudices ordinarij locis ſibi aſcriptis, & cauſæ ipſæ a proprio foro non extrahantur, etiam ꝑ magnam curiam uicariam, ſatis vr̃ baronibus conceſſa iuriſdictio priuatiue, cõcurrente ẽt cap. Neapol. conceſſ. ut priuilegia conceſſa baronibus inuiolabiliter obſeruent̃, & ſic dicit fuiſſe deciſum, quę deciſio eſt ſatis, & pulchra: & p̃dicta, ẽt poſſunt cõfirmari per regiã prag. inci itẽ ꝙ officiales regij qua cauetur ꝙ officiales regij huius regni debent capere malefactores, qui deliquerint ẽt extra territorium, & quod illos debent mittere ad locum delicti, & eſt cõſimil. pragmatica incip. licet uniuerſis Italiæ. ſub rubr. deli. remi. ad in competen. & uide

161 quæ ſuper dixi. ¶ Vnum tñ non ommitto ꝙ ſi iuſtitiarius uel magna curia uicaria poſuit in banno aliquem uaſſallũ baronis ꝑ ꝑ eius contumaciam, baro non tenetur ipſum capere, & ponere in manibus iuſtitiarij, uel magnæ curiæ uicariæ, ut per Bald. in c. 1. § ſi iudex, extra de pa. tamen & refert, ac ſequitur Affli. in conſti. pœnam eorum in ulti. nota. tenet̃ ita tãm ẽ ipſum expellere, & non receptare

162 in territorio ſuo. ¶ FIS. Sæpe ſolent barones p̃cipere ſuis uaſſallis, ne p̃ſumant alibi. & in alijs tribunalibus regijs ciuiliter uel criminaliter agere, an licite hoc poſſunt facere? ¶ IVD. Dicas ꝙ ſic, ꝙ poſſunt p̃cipere, ne in præiudicium eo. cum alibi agant, ſm Ioan. Fabr. in l. 1. ante fin. C. de off præfe. vrb. per tex. in c. trãſmiſſa de foro cõpe. & uoluit Pa. de Put. in li. ſyndi. in titul de exce. baro. c ultimo. in prin. & ſequitur Boer. deciſio. 114. in prima parte, ſed caue hodie ne expreſſe dicas, ꝙ non agant in regijs tribunalibus, & uide quæ dixi in pract. cenſuali.

163 ¶ FIS. An clericus coniungatus debeat remitti ad iudicem eccleſiaſticum? ¶ IVD. In hoc eſt ſciendum, quòd clericus cõiugatus duplici gaudet priuilegio primũ immunitatis perſonæ, ut ſi cum unica tñ uirgine contraxit, & tõſuram & habitum deferet clericales, inijciẽ, in eũ manus uiolentas, ipſo facto ſententiã

excommuni-

excommunicationis incurrit. de quo 17.
q.4.c.ſi quis ſuadente.item gaudet priuile
gio fori, ut.ſ.non poſſit coram iudice ſe-
culari conueniri, uel per ipſum aſtringi,
iudicari, uel puniri. quo uero ad oĩa alia
nullo gaudet priuilegio, ſed eſt ſubictus
coerctioni iudicis ſecularis.ut in c.unico
164 de cler.coniu.li.6. ¶ Præmiſſis aũt duo-
bus priuilegijs in ſex caſibus tales clerici
coniugati ipſo iure ſunt priuati.pri. eſt, ſi
habitũ,& tonſurã non deferat clericales,
ut in d.c.vnico. ſecũdus eſt ſi ſint bigami,
ut extra de biga. c.unico.lib.6.in c.vlti.de
cleri. non reſi.tertius,ſi tonſurã. & ueſtes
clericales etiam deferentes officiũ carni-
ficum, & macellariorũ, uel tabernariorũ
exercentes, moniti infra terminum præfi
xum nõ deſtiterint cle. 1. de vi.& honeſt.
cler.quartus, ſi moniti intra annũ non de
ſtiterint ioculatorum uel buffonũ artem
exercere, uel quando nulla monitione p̃-
miſſa exercent illam artem per annũ, pro
ut de iſtis duobus in c. unico.li. 6.ſextus,
ſi eſt degradatus,ſiue exutus ordine,& pri
uilegio clericali, relinquitur ſeculari iu-
dici puniendus c.nouimus.extra.de uerb.
ſigni.& de his omnib.plene hr̃ per Dom.
Bon con.in tra.de priuileg.cler.in princ.
165 Sed prædictis quæſitis, dictum fuit, ꝙ
clericus cõiugatus in criminalib. gaudet
priuilegio fori. FIS. Obſtat ritus magnæ
curiæ uicariæ inci.item ꝙ ſi aliquis cita-
tus. ſub rubrica. cleri.cõiug.non admi.ad
priui.nu.148.ubi diſponitur, quòd ſi ali-
quis citatus comparet, & dicit ſe clericũ
coniugatum,& quòd gaudeat priuilegio
clericali, huiuſmodi priuilegiũ clericale
per curiam non admittitur. INQVI. Sed
in contrarium eſt ueritas, quãdo clericus
coniugatus cum vnica, & ea virgine con-
traxit, & tonſuram & veſtes defert clerica
les,vt in d.c.vnico.de cleri.cuniu.lib.6.&
plenè per Alex.in conſ.8. videtur ſuper 1.
lib.1.& conſi.149.in 6.li. & pleniſſime ha
betur per Campa. in extraua. de ui. & ho-
ne.cleri.nu.152.ubi pluribus modis reſpõ
det ad ritum magnæ curiæ uicariȩ. pri.qa
dictus ritus tanquam editus a principe ſe
culari diſponens ſuper eccleſiaſticas pſo-
nas, non ualet, quia aſſumit uires a prãte
condemnata a lege. l.fi. ff.de iuriſd.omn.
iudi. ſed rex non habet poteſtatem ſuper
clericos.c.cum ad uerũ. & c.ſi imperator.
69.diſt.facit.c.eccleſ. ſanctæ Mariæ, ex-
tra de conſti.& in auth.caſſa. C.de ſac.ſan
eccle.ſecundo reſpondet, quòd ille ritus
eſt correctus p regiã prag.regis Ferdinan-
di incip. Ferdinandus, & c.mag.uiro Gar-
ſiæ ſub rubr. quòd clerici coniugati. vel
probatur,ꝙ clerici coniugati gaudent pri
uilegio fori in criminalibus, & etiam pri
uileg.c.ſi quis ſuadẽte.17.q.4.& illa prag.
concordat cum d.c.unico, de cler.coniu.
in 6.tertio modo reſponderi põt, quòd il
le ritus intelligitur de clericis cõiugatis
non incedentibus in habitu, & tõſura.4.
dicit poſſe reſpõderi, ut intelligat̃ ille ri-
tus de alijs priuilegijs, præter illa duo.ſ.
canonis, ſi quis ſuadente,& fori.in crimi
nalibus.& ſic concordaret cum d.c.unico
de cleri.coniu.in 6.& quilibet intellectus
poteſt ſtare iudicio meo: & uide Bart. Cæ
pol.in conſil.10.incip.nõ putet & in cõſ.
11.caſus talis eſt. Aloiſius, & plenius per
Guid.Pap.deciſio.158.& ibi etiam uideas,
num clericus coniugatus gaudet priuile-
gio clericali,ſi cõtraxit cum muliere cor-
rupta quam credidit uirginem, uel cũ il-
la,quam defloraiuit, & quid de clerico cõ
iugato,qui uxorem,quæ erat adultera,no
toriè,& palam reconciliauit,uide Cap.de
Toloſa in deciſio. 64 & an perdat priuile
gium ex inualido matrimonio cum adul
tera,cuius priorem uirum interfecit,uide
Boer.in deciſ.262.num.2.in 2.parte.& an
clericalis tõſura probetur per unũ teſtẽ
& per iudicia, uide Boer.in deciſio.171.
166 nu.23.cum ſequen prima parte. IVD.
Pleniſſime,& optimè caſum propoſitum
expleuiſti, & tecum concurro in hoc.

Vnum tamen nõ omitto, quòd ſi datur
petitio excuſationis pp abſentiã poſt la-
tam interlocutoriam contumaciæ,etiam
ꝙ ſit eodem die,non admittitur dicta ex-
cuſatio, niſi ueiborenus curiæ conſtiterit
ꝙ excuſator non potuit intrare in curiã
ea hora ante latam interlocutoriam, uel
ꝙ non fuit auditus tempore quo allega-
uit oretenus abſentiã, & offerrebat peti-
tionem,ut dictat ritus magnæ curiæ uica
riæ,incip.item ſeruat ipſa curia,quòd pe-
titio excuſationis. Sed hodie non ſeruat̃
ille ritus,ſed admittitur excuſatio abſen-
tiæ. FIS. Nunquid ſi aliquis uaſſallus

baronis latrocinium cõmiſerit in alieno territorio alterius baronis, & petat remiſſio per illum baronem iuriſdictionem habentẽ in eius uaſſallos cognoſcẽdi de delictis ẽt alibi commiſſis. & paratis priuatiue, ut ſupra oſtenſum eſt, debeat fieri: & vr̃ dicendum, ꝙ non obſtante regia prag. incip. item ꝙ officiales regij qua cauetur nõ debere fieri remiſſionem in latrocinio & idem uidetur eſſe de iure communi recte intuẽri, ne latrones ſunt a iure communi diffidati, & banniti. l. 1. & 11. C. de his, qui latro. adeo, ꝙ tanquam diffidati a lege poſſunt a quocunq; occidi impune, ut l. 1. C. quando lic. ſi. in. uin. & l. 3 § tráſ fugas. de ſica. & de fur. nam diffidati a lege ſunt extra protectionem, contra quos notoriè bellum eſt indictum. l. reos. C. de accu. & ſi iſti latrones, ſtratarumq; diſrobatores poſſunt tanquam diffidati a priuatis quibuſl bet occidi, multo magis per iudicẽ, arg. gl. in. § ut multis. inſti. de liber. & hoc argumento utitur Par. de Put in lib. ſyndi. in uerbo, latro. item latro ubi deprehenditur, ibi debet furca ſuſpendi l. capitaliũ. § famoſos ff. de pę. & l. ſi quis filio exhære. circa medium. & tamen debet intelligi, ut furca ſuſpendantur ibi per iudicem capientẽ, & nõ per iudicem illius capti, quia aliàs ſequeretur abſurdum, ꝙ quis poſſit uti iuriſdictione loco ei non ſubdita, & extra iuriſdictionẽ, cõtra text. in l. extra territorium. ff. de iuriſ. om. iud.

¶ INQ. Ego tñ præmiſſis non obſtantibus puto contrarium eſſe dicendũ, & primo moueor. ex not. doctri. Bald. in c. 1. de natu. feu. ubi uoluit, ꝙ ſi princeps conceſſit alicui iuriſdictionem, non poteſt alteri eandem concedere; & dixi ſupra, unde ſi ſemel conceſſa eſt iuriſdictio baronibus regni in uaſſallos delinquentes extra territorium, ergo non potuit, nec põt denuo eandẽ iuriſdictionem concedere capienti dictos uaſſallos, & ſic alteri itẽ ſtatutorũ interpretatio debet habere æquitatem, & non iniquitatem, ſecundum Bald. in l. cũ allegas, ad fi & in auth. ad hoc 2. col. C. de uſu. & Alex. in l. oẽs populi 10 col. ff. de iuſti. & iur. ẽt ſi recedatur a proprio ſignificatu, ſecundum Bar. in d. l. oẽs 6 q. princ. ſed cui dubium, qui uidetur iniquum, ꝙ intelligatur hæc pragmati. tollere iuriſdictionem aliàs baronibus conceſſam ſuadetur hęc mea opinio, quia uidemus plures prouiſiones fuiſſe factas ſuper remiſſione delinquentium ad eorum barones, & pri. per regium pragma. inci. diſcordias ſecundo per regiam prag. regis Ferdi. incip. licet ut uniuerſis Italiæ pax. q̃ in ſpecie loquitur ſuper remiſſione latronum, & furum, & aliorum delinquentiũ in maioribus, & atrocioribus criminalibus itẽ extat capitulum obtentum ad inſtantiam Neap. quo fuit prouiſum, ut priuilegia baronum inuiolabiliter obſeruẽtur, de quo cõmemorat Giamma. in deciſio. 10. ergo uidetur manifeſte conſtare; ꝙ non fuit de intentione principis præiudicare baronibus regni hñtibus iuriſdictionem, maxi. cum expreſſe non dicatur, non obſtantibus priuilegijs quibuſuis baronibus conceſſis. accedat prædictis, quià dicta regia prag. licet ut uniuerſis loquitur in ſpecie de fienda remiſſiòne uaſſallorũ delinquẽtium ad eorũ barones rõne priuilegiorũ primarum, & ſecundarum cauſarum, & plenius prouidet. q̃ dicta nouiſſima prag. item quod officiales regij, in quo caſu ſuccedit doctri. Bal. in l. ſi ita ſcriptum. ff. de hære. inſtitu. ubi uoluit, quòd quando reperiuntur duo ſtatuta contraria; illud attendit, qđ in ſpecie & ſpecifice, & plenius loquitur, & quòd illud ſeruari debet prætcrea d. regia prag licet ut uniuerſis. ſi bene inſpiciatur, eſt derogatoria uoluntatis, & vult & nõ poſſe cõtradici ſup dicta remiſſione fienda, non obſtantibus qbuſuis priuilegijs, & gratijs cũ qbuſuis clauſulis factis ex certa ſcientia & motu proprio, quo caſu ſuccedit doctr. Bar. in l. omnes populi in 4 q̃. princ. ff de iuſt. & iure. ubi uoluit, quòd qũ plura ſtatuta repeciũtur contraria, ſi primum eſt derogatoriũ uoluntatis, & ſecundum ſimplex, attenditur primum nec cenſetur reuocatum per ſecundum, ſi non eſt facta expreſſa mẽtio de reuocatione. item confirmat hęc mea opinio, quia primum ſtatutum, uidelicet dicta regia prag. licet eſt confirmata per dictum capitulum Neapolitanis conceſſum, de quo ſuprà dixi, & mandauit illud ſeruari, & princeps dixit ſe illud ſeruare uelle, & ſic uidetur tranſiuiſſe in quaſi cõtractum, quo caſu non poteſt reuocari in

præiudicium

præiudicium baronũ quaſi contrahentiũ
cum eo, vt uoluit idem Bal. in d. l.omnes
populi.in d 4.q. & ibi pleuiſſimè ꝑ Alex.
in addi quem uideas. & pleniſſime Alex.
in conſi.50.in 4 par.per totũ.quibus, & il
lud proximum eſt, ꝙ licet princeps aliàs
poſſit tollere,innouare,& modificare pri
uilegia, quæ à iure, uel ab eo cõcluduntur,
ut c.decer.de reg.iur.lib 6. poſuit Spec. in
in tit.de inſtru.edi. §.nũc autem prope fi.
tamen quando in contractu tranſeunt, &
non ſunt indulta proprio motu principis,
illa non poſſunt reuocari, quia non ſine
iniuria beneficiũ ſua prouiſione quæſitũ
alicui poteſt tolli.c. 1.de proba. & ibi per
do.Ant. & Abb. ubi princeps obligatur ex
cõtractu inito cũ ſubdito.& Bald.in l.1.ff.
de pa. qui refert Magiſtrum ſententiarum
dicere, ꝙ Deus obligatur ex promiſſione.
& ideo Bal.in l.penul.C.de dona.inter ui.
& vxor.dicit, ꝙ princeps non poteſt reuo
care contractum initum cum ſubdito, niſi
ex cauſa, quod ſibi non adimpleantur pro
miſſa,& latè per do. Abb. in c.innotuit. 4.
col.de iu.& Alex.in d.conſi.50.in 4.parte.
imò dato, ꝙ potuiſſet tollere, non tamen
cum honeſtate; ut dicit tex. in epiſt. inter
claras.C.de ſum.tri.& fi.cath.ubi eſt, quòd
nihil luce clarius præfulgeat, q̃ recta fides
in principe, & tunc ſtat regula, quòd il-
lud non dicimur poſſe, quod cum hone-
ſtate non poſſumus. l. Nepos Proculo. ff.
de uerbo.ſign.& per Bart. in l.1.5. col.C.
de ſac.ſanct.eccleſ. & ſic dicere debemus,
quòd uoluntas principis in hac ſecunda
pragmatica non uidetur fuiſſe, ut præiudi
cetur baronib. & eorum priuilegiis: quia
voluntas talis eſſe præſumitur, qualis eſſe
debet, Bal.in l.1.5.colum. C de ſac. ſanct.
eccle.& in l.precibus 17.col. C. de imp.&
ali. ſub. & pleniſſimè in ſpecie diſputatur
per And.de Iſer. quem ſequitur Afflict. in
conſt.ea, quæ ad decus.in pri. no. ubi, an,
& quãdo princeps poſſet reuocare priui-
legia conceſſa baronibus. & poſt multa
hincinde dicit, ꝙ qñ priuilegia ſunt con-
ceſſa taliter, quòd tranſierunt in contra-
ctum, uel quaſi (ut quia per contractũ con
ceſſit merum, & mixtum imperium pro-
pter bona,& accepta ſeruitia) tũc reuoca-
ri non poſſunt, & hoc firmat pluribus au-
thoritatibus, niſi qñ barones malè, & peſ-
ſimè uterentur mero, & mixto imperio; &
publica ſuaderet æquitas, quòd reuocarẽ-
tur priuilegia meri, & mixti imperij baro
nibus conceſſa, tunc legẽ condendo gene
ralem expreſſè poteſt reuocare, ſi tamẽ ex
certa ſcientia diceret, ꝙ id facit cauſa pu-
blicæ utilitatis, ut ibi latè per Afflict.
168 Et tenendo iſtam partem nõ obſtant al-
legata, in contrarium, quòd latrones ſunt
diffidati a lege, quia uerũ eſt, quoad reſpi-
cientia eorum perſonas, & eorum priuile
gia, & ut ipſi non poſſint petere remiſſio-
nem, neè aliquã exceptionem declinato-
riam opponere, ſed nõ ex hoc excluditur
baro, ut propter ſuum præiudiciũ nõ poſ-
169 ſit petere remiſſionem. Nec obſtat,
quod ibi debet latro furca ſuſpendi, ubi
deprehenditur: quia reſpondeo, quòd ue-
rum eſt, & ſic etiam eſt in quolibet alio de
licto, ut ibi puniatur ubi patratum eſt, tñ
loquitur de tpe, quo merum, & mixtum
imperium erat penes regem, & non erat
communicatum baronib. regni, prout ho-
die communicatum eſt per regem Alfon
ſum primũ de Arragonia, qui per ſpecia-
lia priuilegia communicauit comitib. &
baronibus regni, ut refert Affli. in conſti.
ea quæ ad decus. in primo nota.
I V D. Equidem ſatis ad propoſitũ mi in-
quiſite in mediũ attuliſti, quæ facere vñr
pro baronib. & ob iſta per te allegata pro
nunc teneo hanc tuam opinionem, ſaluo
ſemper ſaniori cõſilio, & intelligo nouiſ-
ſimã prag. procedere in officialibus regiis
de uno ad alium, nõ autem in officialis re
gio ad baronem, uel de barone ad baronẽ,
quia in eo caſu ſeruatur alia pag. licet ut
uniuerſis, & ita teſtor Deum millies obti-
nuiſſe tẽpore quo officialis olim, & ꝑ Sa-
lerni, & demum eius auditor in tota ſta-
tuerã. Sed hodie eſſet impoſſibile, imò mi
raculum, eo in caſu obtinere remiſſionẽ
a regiis tribunalibus, adeò enim habẽt ꝓ
abſolutiſſimo, nõ debere fieri remiſſionẽ,
quòd uix permittitur, contradici, etſi per-
mittatur, id non ſit abſque contenſu petẽ-
tium, de uno barone ad alium, procederẽt
prædicta, poſtquam prag. illa loquatur in
regijs officialibus. ſed uide quæ dicam in
conſt. capitaneorum. Et quia aliquando
in aliquo caſtro ſunt duo iudices, ſed duo
barones: unus habẽs iuriſdictionem in ci-

uilibus: alter in criminalibus, & idcirco quæratur de quibus cognoſcat baro in ciuilibus, & de quibus baro in criminalib. & de prædicta quæſtione aliàs allegationes feci, quæ te eas infra ſubnectam, contingit dubitari, ſi in uno caſtro unus habet iuriſdictionem ciuilem, et alius criminalē, an habens iuriſdictionem ciuilem poſſit cognoſcere de damnis illatis: & de minimis furtis, & an poſſit punire inobedientes, & renitentes ad parendum eis fieri executionem: & nunquid pœnę accuſati obligationum penes acta, uel inſtrumentorum ad
170 ipſum ſpectent. ¶Circa quod operæ prętium eſſet primū inueſtigare an iſte, qui habet iuriſdictionem ciuilem, dicatur habere mixtum imperium, uel tantū ſimplicem iuriſdictionem? & uidetur, quod nō habeat mixtum imperium: nā antiquitus in regno ī priuilegijs cōceſſionū cuiuſuis caſtri cōſueuit excepruari iuriſdictio criminalis. ut dixit Andr. de Iſer. in l. imperiale: in § præterea ſi inter duos in fin. de prohi. feudi. alie. per Fede. Barones in regno nō uidentur habere mixtum imperiū & id uidetur ſentire capitulum reginę Iohannę quod incipit, item quod iuſtitiarij. dū vult, quod iuſtitiarij in principio ſuorum officiorum debeant mandare comitibus, & baronibus regni, quòd non exerceant merum, & mixtum imperium in ter
171 ris ipſorum. ergo, &c. ¶In contrarium tamen facit conſti. regni, quæ incipit, ea, quę addens. dum ſentit, quòd merum imperium ſpectat ad principes, & non ad barones. quod etiam uoluit gl. in procę conſti. regni. in uerbo, gladij, & ſic tacite uidetur innuere, ſecus eſſe in mixto imperio. Iſtud etiā clarius uideť voluiſſe Andr. de Iſer. in capit. ſi uerò uiolator: in uerba. hæreditarium, de pace tenenda dum vult, quod cōdemnationes pecuniarię ſunt baronis, & quòd ipſe non habet merum imperium & ſubdit, quòd baro in regno vaſſallo cōtumaci imponit pœnam vnius auguſtalis, ex quo baiulus terræ nō plus poteſt allegare conſtit. regni, pœnam eorum ſed uoluit allegare conſtitu. regni, pœnā nouem. & idem etiam eſt prouiſum p conſti. regni. ad officium & ad hoc bene facit, quod uoluit glo. in conſtitu. regni locorū baiuli. ubi expreſſe dicūt, quòd baiulus dicitur habere mixtum imperium, pro eo, quia habet cognitionē cauſarum ciuiliū & cauſę ciuiles dicunť eſſe mixti imperij. facit, quòd uoluit Bald. in l fin. col. penul. C. de pena iudi. qui dixit, quòd ſi conceditur mixtum imperium & iuriſdictio in caſtro, non ueniunt cauſæ uniuerſales. per quod patet aliud eſſe habere mixtum imperium, & aliud habere cognitionem cauſarum criminalium. & generaliter uidetur, quòd ſub criminalib. cauſis ueniat merum imperium, & ſub ciuilibus ueniat mixtum imperiū, & ſimplex. iuriſdictio.
172 ¶Hoc pręmiſſo uenio ad deciſionē prædictorum dubiorū, & pri. quo ad id, quòd dictū eſt de damnis illatis, & minimis furtis, opinor enim de huiuſcemodi eum q habet iuriſdictionē ciuilem, poſſe cognoſcere pro eo, quia & de his poteſt cognoſcere baiulus, qui ſolū habet cognotionē cauſarum ciuilium, ut patet in dicta cōſtitu. locorum baiuli. & hoc, ſi agitur ciuiliter ſecus. ſi criminaliter, ut ſentit And. de Iſer. in d. conſti. locorum baiuli. & clarius in conſt. de quanti. Et propterea uidemus, quòd iuſtitiarius regionis, q cognoſcit de omnibus, in quibus uenit imponēda pœna corporis, uel mutilatio membri, etiam de magno furto, quod debet eſſe vltra uiginti auguſtales, etiam agatur ciuiliter, poteſt cognoſcere de furto minoris quātitatis, ſi agitur criminaliter, ut patet in conſtit. iuſtitiarij nomen & normam. per quod apparet, quòd de furto magno non poteſt cognoſcere baiulus, etiam ſi agatur ciuiliter, cum eius cognitio ſpectet ad iuſtitiarū ſed de furto minimo ſic, niſi agatur criminaliter, quia tūc ſimiliter ta-
173 lis cognitio ſpectat ad iuſtitiariū. ¶Quò ad ſecūdum, ſimiliter opinor, quòd is, qui habet iuriſdictionem ciuilē poſſit mulctare, & punire, ac coercere contumacem, ac inobidientē reſiſtentem executioni, quę fit ex mandato ipſius iudicis, tum per id, quod uoluit And. de Iſer. in dicto capitu. ſi uerò uiolator in uerbo hæreditatem, dū dicit, quod in regno Siciliæ baro non habens merum imperium imponit pęnam vnius auguſtalis cōtumaci, niſi aliter eſſet conſuetum. quia in hoc debet extendi conſuetudo, ſecundum eum. tum etiam, quia modica coerctio, quę fit cōtra contuma-

eet per denegationem audientiæ uel per condemnationem expenſarum, uel aliter dicitur eſſe mixti imperij, prout eſt communis conciliatio doct. in l. imperium. ff. de iuriſdict. omnium iudic. & ſic, cum ſub iuriſdictione ciuili ueniat mixtū imperiū ut prædictum eſt, vr̄, quòd ueniat huiuſmodi correctio uerbalis. & ad hoc facit d. cap. reginæ Ioannæ dum vult, quòd baro, qui non habet mixtū imperium, non poſſit ſuos uaſallos mulctare, neq; ab eis aliquas pœnas exigere in maiori quantitate, quàm eis permittatur à iure per conſtitu. & capitula regni. & ſic innuit, ꝙ vſque ad dictam ſummam poteſt eos mulctare. & iſtud clare diſponitur per c. regis Caroli primi, quòd incipit. terterij. in verſi. itē ad inquiſitionem. ubi determinatur, ꝙ non poſſit imponi pœna in banno vltra auguſtale, & eodem modo dicit ibi gl. Lucæ de Pen quòd communis ſententia peritorum in regno eſt, quòd baro non poſſit aliquem pęna pecuniaria punire vltra auguſtale. & ſubdit, quòd comites, & barones non poſſunt de cauſa criminali cognoſcere, illamq; punire, ex quo iſtud dr̄ eſſe de mero imperio, quod ſolum à lege datur. & idem etiam in baiulo, qui ſolum habet cognitionem cauſarum ciuilium, & poteſt imponere dictam pœnam, ut in d. conſtitut. ad officium baiulorum.

174 Quo ad vltimum de pœna pecuniaria obligationum, & inſtrumentorum, uidet prima facie huiuſmodi pœna ſpectare ad habentem iuriſdictionem criminalem ꝑ eo, quia ubi pœna pecuniaria uenit applicanda fiſco, dicitur eſſe criminalis, ut notat gl. in l. 3. §. ſi nemo. ff. de ſepul. uiola. in l. agraria. ff. de termi. motto. Abb. & Cano. iuridica. reſpon. de iud. in contrarium tñ facit id, qđ uoluit And. de Iſer. in d. c. ſi uero uiolator. dū dicit, ꝙ cōdēnationes pecuniariæ ſunt baronis, licet non habeat merum imperium. & ad hoc etiam bene facit, quòd uoluit Bald. in d. l. imperium. col. 7. & in l. ſi. ff. de offi. pręfe. uigil. qui dixit, quod pœnæ pecuniariæ, quæ non cōtinent publicationem bonorum; non dicūtur meri imperij, & quòd propter ea ueniunt ſub conceſſione caſtri, in quo quis ſibi reſeruat merum imperium, ſubdens ſatis ad propoſitū, ꝙ iſtæ pęnæ pecuniariæ redactæ ad inſtar ciuiliū, & in fra trecentos aureos, competunt iure magiſtratus, & ſic per ſimilitudinem magis, quàm ꝑ ſpeciē accedūt ſimplici iuriſd. ctioni.

175 Et licet ita reſpon. ſit commune reprobare, prout referunt Pau. de Caſtr. Alex. & Iaſ. in d l. imperium, attamen contraria opinio procedit, quando talis pœna pecuniaria imponeretur pro aliqua cauſa criminali ad publicam utilitatem, ut delicta puniantur, ex quo tunc conuenit definitioni meri imperij, quæ eſt gladij ptās, & animaduerſio ī facinoroſos homines, cū iſtud poſſit intelligi nedum de gladio materiali, & ferreo, ſed etiam de gladio legali, & punitiuo in ære, maxime tamē, quū etiam leuis mulcta dicatur eſſe meri imperij, prout cōiter dicunt Doct. in d. l. imperium, ſed ubi talis pœna pecuniaria deſcendit ex cauſa ciuili, tunc recte poteſt procedere opinio Bald cum non militet ratio ſupra dicta, nec Doct. Bal. impugnātes loquuntur in hoc caſu: ſed ſolum, qñ pœna imponitur pro cauſa criminali ad punitionem delinquentium, ut prædixi, & quòd aliud ſit dicendum, ubi pœna pecuniaria imponitur pro cauſa ciuili. adduco quod uoluit Bal. in d. l. fin. de peda. iudic. colum. penul. qui dixit, quòd licet cōceſſio mixti imperij, & iuriſdictionis in caſtro non contineat caſus criminales, & pecuniarias condemnationes: quòd tamē ſecus eſt, ubi talis pœna pecuniaria uenit incidenter in ciuili proceſſu, quia tunc non dicitur eſſe meri imperij, ex quo incidenria regulatur ſecundū principale, cui incidūt. & ad hoc facit, quod uoluit Bal. in l. ſi qua per calumniam. C. de epiſco. & cleri. qui dixit, quòd ſi Papa concedit alicui omnes pœnas ciuiles in aliquo caſtro quòd ueniunt pœnæ pecuniariæ.

176 Nec obſtat id, quod dictum eſt, quòd ubi pœna uenit applicanda fiſco, dicitur eſſe cauſa criminalis, nam iſtud procedit ubi talis pęna imponeretur pro aliquo delicto alias ſecus, ut eſt de mente Bal in l. fin. C. de litigio & clarius uoluit Alex. in d. l. 3. de ſepul. uiola. in additi. Nā ſub iſta conſideratione dicitur cauſa criminalis, ubi pœna applicatur fiſco. quia agitur ad uindictam publicam, & ſic ad punitionē delicti, prout declarat Moder. Papienſ. in

rubri.C.de iudic.& ad hoc facit, quod voluit Barto.in dicta l.tertia.de ſepul.uiola. dum dicit ꝙ tunc cauſa dicitur criminalis, ubi pœna applicantur fiſco ex accuſatione:& ſic ex delicto, & per conſequens ſentit aliud eſſe, ſi pœna applicaret fiſco aliter quàm ex accuſatione, uel delicto.

177 Præterea dato, ꝙ dicta cauſa eſſet criminalis, tamen cum iſtæ, pœnæ pecuniariæ ſint redactæ ad inſtar ciuilium, ut prædixi, huiuſmodi pœnarum exactio ſpectaret ad habẽtem iuriſdictionem ciuilem, cum magis per ſimilitudinem ꝗ per ſpeciem accedat iuriſdictioni ciuili, vt dixit Bal.in d l.fin.ff.de offic præfe.uigil.

178 Et ad declarationem ẽt ꝓ dictorũ ſunnectã aliqua ꝗ ſunt ad declarationem meri, & mixti imperij, & ſimplicis iuriſdictionis, & de gradibus meri imperij dicuntur eſſe iſta, videlicet, ademptio uitæ naturalis in totũ, uel in partẽ ꝑ abſciſſionẽ membri, itẽ ademptio uitæ ciuilis, ut quã per deportationem perditur ciuitas & libertas, item relegatio, & tortura, quæ fit ad pœnam delicti, item ad leuia crimina modica coërctio corporalis, & leuis mulcta prout eſt cõis conclu. Doct.in d.l.imperium.mixti uero imperij,& iuriſdictionis dicũtur eſſe iſtæ, uidelicet, modica coërctio uerbalis, quę fit coërcendo cõtumaces per denegationem audientiæ, condẽnatio in expenſis dicitur eſſe mixti imperij vt dicunt Doct.in l.imperium.tortura in cauſis ciuilib.ad ueritatẽ eruendã, puta ut eſt uiles torqueant, dr̃ eſſe ſimplicis iuriſdictionis, ut dixit Albe.& Bald.in d. l.imperium.item carceratio, ſi non fiat ad punitionem delicti, eſt mixti imperij, vel ſimplicis iuriſdictionis, ut dixit Ang. in d.l.imperium & in l. magiſtratibus. eod. tit. item excommunicatio contra contumaces ad inſtantiam partis dr̃ eſſe ſimplicis iuriſdictionis, ut dicit Abb. in c. cum contingat col. 6. de for.compet.

179 Vtrum uniuerſitas † habeat electionem fori, ut ſic ex priuilegio.l.vnicæ quan.Impe.inter pu.& conſti.ſtatuimus.poſſet, ꝗrulate in tribunali regio, & baroni remiſſionem petenti debeat denegari ? & vr̃ ꝙ ſic.quoniam æquiperatur minorib.& pupillis.l.rempublica. C. de iure reipu.l.1 t. & hr̃ latè per Spec. in tit. de reſt.in integ. §. 1. uer. porrò. ſed ibi dicit id procedere in republica Romanorum licet demum referat Alb. Papi tenere, quòd in qualibet ciuitate & caſtro, procedat, per l.rem publicam.C.ex quib.ca.ma. & eam opinionem dixit eſſe cõem. Ro. conſ.423.& huius rei cauſam aſſignant, quia ibi ſunt minores, uiduæ & aliæ miſerabiles perſonæ quibus leſis competit beneficium reſtitutionis in integrum.ergo idem dicendum eſt in beneficio electionis fori, ex beneficio d.l.vnicæ. ego puto cõtrariũ poſſe attentari, tum quia l.unica. & conſti.ſtatuimus nihil de uniuerſitate, & uix illud beneficiũ fuit extenſum ad eccleſiã. ut hr̃ ꝑ Afflict.in deciſio.257. Et opus fuit de elatatione regia, tum ẽt, quia in ea non cadit perhorreſcentia aduerſatiorum potentiæ, quia uniuerſitas eſt nomen iuris, nõ perſonarum. Inn. in c. grauem in gl. in uerſ.conſiliarios de ſent.excom.& ſi diceretur, ꝙ illi qui ꝑ horreſcũt ſunt ſyndici & actores uniuerſitatis, poteſt dici ꝙ nõ eſt in confideatione illa perhorreſcentia, ar.tex.in l.ſed ſi ex dolo.§ ſed an in municipes.ff.de dol.Et licet ciuitates æquiparẽtur pupillis, quia æquiparatur reſpublica. l. remplubicam. C. de iu.reipu. nihilominus illud eſt in reſtitutione in integrũ & tamen non in omnibus æquiperatur.ut late per Luc. à Pen.in d.rempublicam, ubi in multis differt ciuitas a pupillis.Itẽ minus eſt priuilegiata ciuitas quàm minor. ut eſt tex.& ibi gl.in l.nihil.ff.de macedo. Item pro hac parte poteſt allegari doctri. Bal. in auth.habi.c.ne ſi.pro pat.inquantum in antep.col.uoluerit quòd ſi uniuerſitas ſcolarium eſt mixta clericis & laicis, ſi clerici non ſunt maiores ſed bene laici, inſpicitur maior pars, & ideo conuenitur coram laico.ſic ergo dicamus ꝙ licet vni uerſitate ſint minores, non tamen habetur ad eos reſpectus & ſic non faciunt immunitate forũ ex eorum perſonis, pendet in facto uide Saly. qui magis late diſcutit illã quæſtionem. Bal.in d.auth.habita, in fi.& ꝙ uniuerſitas non habeat beneficium. d. l.unicæ. in particulari firmat Dida. Couar.in tract.pract.c.7.uerſus finem. Fuit tandẽ determinatum me patrocinante in regia audientia, nõ competere electionẽ

180 fori & ſic fuit remiſſa. ¶ I N Q. Vtrum quis

quis per procuratorem poſſit allegare habuiſſe gratiam de delicto.

IVD. Dicas quòd non ita Rebuf.in 3. to.conſtit.in tra de con.& defe. in gl.unica.nu.8.& alias tenui contrarium.

ANNOTENTVR BONA contumacis. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Annotatio bonorum contumacis fieri debet, uel poſt contumaciam contractam, uel ante: & 3. & in quibus caſibus fiat.*

2 *Baro ſi eſt contumax, eius caſtrum confiſcatur quo ad adminiſtrationem iuſtitiæ.*

4 *Bonorum mobilium appellatione, an contineantur uuæ maturæ.*

5 *Contumax an intra annum poſſit alienare de bonis annotatis.*

6 *Annotatio bonorum qualiter fieri debeat, & quæ bona debeant inuentariari, & annotari. & 7.*

8 *Debitorum nomina an contineantur ſub appellatione bonorum mobilium.*

9 *Molendina, quæ ſuper aquis meant, atque ambulant, an ſint mobilia, & quid de molis. num. 10.*

11 *Bonorum mobilium appellatione, an ueniat pecunia deſtinata ad emptionem prædiorum, & quid de pecunia redacta ex uenditione rei ſtabilis. nu. 12. & quid de pecunia depoſita in bancis nu. 13. & quid de columnis affixis in domo, an ſint inter mobilia cenſenda. numero 14.*

15 *Bonorum mobilium appellatione, an ueniant aſſcripititij aſini, & boues.*

16 *Rei uendicatio poteſt intentari per filios contumacis ad recuperandum partem bonorum.*

17 *Debitoribus contumacis poteſt mandari per iudicem, ne ſoluant contumaci.*

18 *Bona contumacis, quæ ſeruando ſeruari nõ poſſunt, an poſſint alienari.*

19 *Peculium caſtrenſe, & quaſi caſtrenſe, an confiſcetur.*

20 *Fiſcus in totum ſuccedit contumaci mortuo patre contumacis non habentis filios.*

21 *Exhæredari poteſt filius ex ſola cauſa forindicationis.*

22 *Fiſcus an ſuccedat forindicato ſolum in ea parte, in qua inſtitutus eſt forindicatus à patre.*

23 *Vxores forindicatorum an recuperant iura dotalia & 25.*

24 *Mater forindicati quid habeat in bonis ipſius & 25.*

FISCVS.

SAT prata biberunt in materia excuſationis a contumacia, adeò, ut nihil, aut parũ remaneat dicendum: ſequitur, ut videamus quid aliud debeat facere iudex poſt contumaciam reorum contractam, proſequere igitur domine iudex, licet agnoſcã calores æſtiuos ſatis te tædio afficere.

IVDEX Timor claſſis Turcarum, quæ nunc aduenit in his partibus, & calores æſtiui, cùm ſit dies undecimus menſis Iulij, & quædam alia maioris importãtiæ, quæ nunc taceo, adeò me conturbãt, vt melius eſſet tacere, q̃ alloqui; ſed ne uidear otio deditus, aliqua fragmenta in medium afferam; rogo autem, ut ſi in aliquo deficiam, mihi id non imputetur; & ideo ſcias, quòd reputato aliquo contumace, debeat iudex procedere ad annotationem bonorum, & confectionem inuẽtarij; licet multoties, & ut plurimũ iudices timentes de non comparitione citati, ante contumaciam contractam ſolẽt procedere ad dictam cõfectionẽ inuentarij: quod quidem permittitur, ne res fiſco defraudentur, & occultentur ſecundum Bar. in l. poſt contractum. circa fin. ff. de don. & firmat Afflict. in conſti. grãdis. in 7. no. in fi. maxime, quia in regno contracta cõtumacia, ſtatim irremiſsibiliter eſt acquiſita fiſco tertia pars bonorum mobilium, ut habetur in conſti. grandis, de quo plenè per Afflict. in conſtit. pœnam nouem vnciarum. in 4 not. & hæc annotatio bonorũ etiam de iure cõi debet fieri, ut l. 1. & ſequen. ff. de requi. re. & l. 1. C. eod. titu. & hodie regno eſt confirmatum per conſti. grãdis utilitas qua etiam ſtatutum eſt, quod non requiritur, quòd annotatio bonorum perueniat, in notitiam citati, ſufficit enim quòd fuerit legitimè citatus. & ulterius per d. conſtit. grandis. eſt ſtatutum, quòd omnia bona mobilia, & immobilia contumacis debeãt annotari, & deſcribi, & quod bonorum mobilium tertiam partem in ſui commodũ fiſcus conuertat, ei irremiſſibi-

miſſibiliter acquiſitam propter contuma ciã accuſati, alia uerò bona ſic annotata, & deſcripta cõſeruabuntur, & ſic cõtumax intra annum comparuerit, & ſuam contu maciam purgauerit, recuperet dicta bona: quòd ſi minime intra annũ comparuerit, bona ipſa fiſco uẽdicat, niſi habuerit contumax filios, qa tunc, ſi contumax unicũ filium habuerit, bona ipſa æqualiter diuidentur inter fiſcũ, & illũ filium: & ſi duos filios habuerit cõtumax, fiſcus habebit tertiam partem bonorum contumacis: & ſic ſi plures habebit uel ſi habuerit partẽ, qa ſuccedet præter quàm in bonis feudalibus ut habetur in conſti. foriudicatorũ bona. alia uero bona mobilia cõtumacis elapſo anno irremiſſibiliter ſunt fiſco acquiſita, taliter, ꝙ non fit diſtinctio, habeat ne liberos, an nõ, ut habetur in d. cõſtit. foriudicatorum. & ibi per gl. & Afflict. Diſtinctio autem an habeat filios, an non, fit ſolũ in bonis ſtabilibus, ut ibi habetur. ſi autem contumax habebat bona feudalia, & tunc ſi ſint quaternata, quæ poſſidentur in capite a rege, & tunc ſi habet filios impuberes, regia curia prouidet eis de balio, ac ſi mortuus eſſet eorũ pater, & uiriliter diuidentur fructus feudorum inter fiſcũ, & dictos pupillos durante uita ipſius contumacis: eo uerò mortuo omnes fructus percipientur per balium cõſtitutum, & finito baliatico, & mortuo dicto cõtumaces, naturaliter omnes fructus redintegrantur dictis filijs. ſi tamen contumax habet feuda non quaternata, ſed ea, quæ tenentur a barone, ſi quidem non habet filios, neque parẽtes, illa feuda reuertũtur baroni, a quo tenentur, & non regiæ curiæ, ſi uero habet filios, fiſcus regius habebit ratam fructuũ feudorum prædictorum, tanquam unus filius uiuent rantũ ipſo forojudicato quos quidem fructus habebit fiſcus quemadmodum habet omnia bona mobilia, cõtumacis, ut plenè habetur in cõſti. regni inci. ſi

2 quando. ¶ Et notandum eſt, quod aliquis baro efficeretur contumax, ultra pœnam tertiæ partis bonorũ immobiliũ infiſcantur caſtra, & caſalia quoad iuſtitię adminiſtrationẽ, ut refert fuiſſe deciſum in ſacro regio cõſi. Capi. in deciſ. 151. incipien. in

3 cauſa nonnullorum baronũ. ¶ I N Q. Sed quæro in quibus caſibus fieri debet annotatio bonorum? ¶ I V D. Dicas, quod debet fieri in delicto, pro quo uenit imponẽda pęna mortis naturalis, uel ciuilis, ut habetur in d. cõſti. gradis. & ibi no per Doc. ſed per capitulum regni. incipiẽ. ſiue quis ſit forbãditus. aditur etiam, ubi uenit imponenda pœna abſciſſionis membri, quia pro eo caſu dicit poſſe procedi ad ſententiam foriudicationis. ergo habet locũ annotatio. ¶ F I S. Prædicta dicerem procedere de annotatione ſolẽni omniũ bonorũ ad foriudicationis, ſed nõ ꝓcedũt quo ad effectum, ut poſſit perueniri ad ſentẽtiam inuentariũ ſimplex bonorũ mobiliũ quia poteſt fieri in quolibet delicto, cum propter contumaciam fiſcus lucretur tertiã partẽ bonorum mobiliũ, imò plus dico ꝙ tale inuentarium nedũ in quolibet delicto poteſt fieri de bonis mobilibus ad effectum confiſcandi tertiam partem, ſed etiam põt fieri de omnibus bonis etiam ſtabilibus quia: elapſo anno, in quo quis perſiſtit in contumacia, licet in multis delictis nõ poſſit foriudicari, tamen omnia bona talis contumacis propter ſuã contumaciam applicantur fiſco, ut habetur in d. c. ſiue quis ſit forbanditus. de quo ſupra mentionem feciſti. ¶ I V D. Vtique iuri

4 cõſonam cẽſeo opinionem tuam, & ideo tranſeo cum ea. ¶ F I S. Verum in tertia parte bonorum mobilium contineantur uuæ maturæ? I V D. Dico, quòd nõ, qa sũt pars ſoli. l. fructus pendentes. ff. de re. uẽ. l. ſi. ff. quæ in frau. cre. fa. ſunt & plenè per Tira. in tra. de utro retta. fol. 83. num. 37. FIS. An contumax poſſit intra annũ alienare de bonis annotatis? ¶ I N Q. Videtur dicendum, ꝙ ſic quia eſt dominus bonorum uſque ad finem anni, & ſub conditione ſunt fiſci, uidelicet ſi non comparet, & purgat contumaciã intra annũ, & quãdo aliquid debetur ſub conditione põt alienari arg. & l. poſt. §. res. ff. famil. hercif. ubi habetur, quod id, quod debetur ſub conditione, poteſt diuidi: ergo permittit̃ alienatio, quia alienatio, & diuiſio idem uidetur l. 1. C. communia. utri. iud. item, quia poſt contractum. capitale crimẽ non prohibetur alienatio. l. poſt contractum. ff. de dona. ¶ F I S. Mihi uidetur totum contrariũ poſſe dici; qa nec ei poteſt ſolui a debitore ſuo, ne fuga eius fiat inſtructio. l. ſi. in ſi. ff. de

ff. de requi. re. item, quia & poſt con tumaciam contractam, & poſt annotationem, eſt ei interdicta adminiſtratio bonorum. ergo alienare non poteſt, ut dicit Bar. in l. poſt contractum. ff. de dona. item, quia diſtribuuntur, & annotantur bona poſt bãnum, & infiſcatur lapſo anno, & ſic fiſcus alienata ante annum recuperabit. l. fin. C. communia de leg. ¶ I V D. Hanc ultimã opinionem approbant And. de Iſer. & Afflict. in cõſti. grandis utilitas, in antep. co-
6 lum. in 3. q. & eam ſequor. ¶ F I S. Qualiter dẽt fieri huiuſmodi inuentariũ? I V D. Dicas, quòd hoc deſcribit particulariter text. l. ſi quis intra. C. de bo. proſcripto. ubi dicitur ſi quis intra prouinciam ꝓ qualitate delicti ſententiam proſcriptionis ſcilicet confiſcationis incurrerit, per ordinarij officij ſolitudinem bonorum eius indago diligẽtiſſime celebretur, ne quid priuatæ rei commodis per gratiam, atq; colludium furto ſubducatur, & plena deſcriptio cõprehendat quod ſpatiũ, & quod ſit iuris ingerum: quid aut incultum ſit, aut colatur, quid in uineis, oliuetis, oratorijs paſcuis. ſyluis fuerit inuentum, & quæ gratia, & quæ amœnitas ſit locorum, quis in ædificijs, aut poſſeſſionibus ſit ornatus, q̃ ve mancipia in præd'js occupatis, uel urbana uel ruſtica, uel quarum artium generibus imputa teneantur, quot ſint cenſuarij, uel coloni, quot bouum exercitijs terrarũ, atque uomerib. inſtruẽtium, quot pecorũ atq; armentorũ greges, & in qua diuerſitate ſint dinumerati, quantum auri & argẽti, ueſtiũ, ac moniliũ uel in ſpecie uel põdere, & in quibus ſpeciebus, quidve in apotheeis ſit repertum. & hæc ſunt uerba formalia text. d. l. ſi quis intra. & ſic habes formã cõficiendi inuentariũ. ¶ F I S.
7 Quæ bona debent deſcribi, & inuentariari? ¶ I V D. Dicas, quòd debeat deſcribi inſtr. debitorum, & creditorum, ut habeatur in l. ſi. C. de bo. uocanti lib. 10. ¶ Itẽ debent deſcribi omnia ea, quæ maleſactor poſſidebat tempore maleficij commiſſi etiã ſi non conſtet eſſe ſua. & ſi alius prætendat ius in eis, ſibi incumbit probatio. ut C. ne vxor pro ma. l. ob maritorum culpã. & ibi glo. & ponit Alber. de Roſat. in d. l. ſi quis
8 intra. ¶ F I S. An nomina debitorum contineãtur ſub appellatione mobiliũ, ut ſic de eis debeatur tertio pars fiſco? & uidetur dicendum, quòd ſic, ut eſt gl. in l. mouentium. ff. de uerbo. ſigni. arg. l. 11. §. mobiles C. quando, & qui quar. pars. & pro hoc videtur text. in l. unica. §. exactio. C. de rei uxo. actio. iuncta gl. in uerbo in corporalibus, & ibi ẽt Bald. & tex. in l. poteſt. ff. de author. tuto. & ibi gl. ¶ I N Q. Sed in contrarium tenet glo. in l. ulti. C. in qui. cau. in inte. reſtit. non eſt ne. argu. l. ait prętor § 1. ff. de iure delib. & gl. in cap. 31. in uerbo, iura. de re. eccle. non alie. li. 6. dum no. ex eo text. iura atque omnia incorporalia poni inter immobilia. & facit. l. C. de lon. temp. prę́ſcrip. ubi incorporalia prę́ſcribũtur, ut immobilia. ¶ I V D. Hanc ultimam opinionem, quòd nõ ſint computãda nomina debitorum inter immobilia, tenent Spec. in tit. de fructi. et inte. § ſcias igitur. uerſi. ſed pene prælatus. ibi. 11. quæritur & Bar. & Raphael. Fulgo. in l. quam Tuberonis. § ultimo. ff. de pecul. & Bar. in l. ſi conuenerit. la 11. in prin. ff. de pigno. actio. & Gaud. in ſuo opere male. in ti. omnium poſtremo. col. antepe. uerſi. item pone in ſtatuto. & Alber. de Roſa. in l. mouentium. ff. de uerbo. ſignifi. & ultra omnes pleniſſimè per d. And. Tir. in tra. de utro. retra. fo. 73. num. 8. §. 1. glo. 7. ubi finaliter concludit neque mobilia, neque immobilia cẽſeri nomina debitorum: & hãc opinionem uideo eſſe communem, & ubique ſeruari.
9 ¶ F I S. An molendina, quæ ad inſtar nauium ſuper flumina meant, ac ueluti ambulant, ſicut ſunt in Tiberi, & Capuæ, ut tradit Pau. de Ca. in l. fluminũ. in pri. ſi. de dam. infec. ſint mobilia, an immobilia. I V D. Frã. de Ripa. in l. quo minus. n. 126. ff. de flumi. dicit, quòd ſunt mobilia, ſed molẽdina, quę tanquam domus in terra, aut in ripis fluminũ fiunt illiſq; adhærẽt ſunt immobilia, ut plenè habetur ꝑ And. Tiraquel. in trã de utroque retra. fol. 101.
10 num. 92. in gloſ. 7. §. 1. ¶ Et etiam molæ ipſius molendini, quãdiu illi ſunt applicitæ, non dicuntur mobilia ſecũdum Bal. in c. cõtingit. eo. pe. uer. quæro nũquid molę extra, de do. & contu. & eſt ratio, quia eſt una conſignatio. l. eum, qui ędes. ff. de uſucapio. & habetur per Tiraque. ubi ſupra.
11 ¶ F I S. Nunquid pecunia deſtinata ad emptionem prędiorum, dicatur res mobilis

uel

vel immobilis: & videtur dicendum, quod ſit res mobilis, cū ſimpliciter pecunia eſt res mobilis, vt uoluerunt com. Bal. Alber. in l.ea demum.C de colla.& Spec. in fi.de ſt.& in tere §. 1.verſi.quid de libris.& Bal. conſi.4 6 præmittendum eſt.col.2.l.2. & aperte probat tex.in §. & quia parū,in au. de nup.imò nō ſolū eſt mobilis, ſed eſt de rebus,quæ ſeruando ſeruari nō poſsūt,ſecūdū Bal.in l.ſi ex legati cauſa. & ibi Ro. & Fran.Are.& latè Barb. ff.de uerbo.obl.per tex. in aut.ut hi, qui obli.ſe hab. perhi.res mino.& in l.Ariſto.§. ult.cum l.ſeq. ff. de iure deliberā.& in §. cōſtituitur. inſtit.de uſufruc.hinc eſt,quod poteſt alienari ſine decreto curiæ per minorem, ut habetur per Bar. in d. l.ſi ex legati cauſa uerſi. quid ergo, ſi debet. & Bald.in l.ſi curatorem habens.col.2.uerſic. hic adde unum. C.de in integ. reſti. mi. & idem de pecunia eccleſiæ uoluerunt Panor.Pe. Anc.& Barb.in c. cū cōſtet de pignor.& Alex.conſi.92.li.6.

INQVIS. Licet pecunia ſit res mobilis, & quæ ſeruando ſeruari non poteſt, & quæ ideo poſſit à minore, & prælato alienari abſque ſolemnitate, tamen ſi ea deſtinata ſit ad emptionem prædiorum, uicem rei immobilis obrinet,ut dicit Rapha.Cu.in l.a diuo pio.§.ult. per illū text. ff.de re iudi. & in l.cætera. §. ſed ſi ſeparauit.ff.de leg.j.ideo nec ea ſine decr.iudicis alienari pōt. ſicuti nec alia immobilia ipſius minoris.per l.quod ergo.§.uſuras.uerſ. quod ergo.& ibi Ro.ff.de cōtra & uti. actio. ture.& uoluit idem Rom.in d. l.ſi ex legati cauſa. col.4. & ibi poſt eum Fran. Areti. col. 4.uerſ.addit etiam dominus meus, & Barba.colum.13.& Roma. ſingul.103. tu habes, quòd pecunia, & ibi adhoc adducit tex.in d.§.uſuras.

FISC. Sed in cōtrarium tenent in hoc Iac.Raph.Cy.Ray.Bal.& Ang.Imol.Flor. Alex Fran.Are.& Iaſ.in d.l.cætera. §.ſed ſi ſeparauit.ff.de leg.1. ubi dicunt non haberi pro immobili pecuniam deſtinatam ad emptionem prædiorum.

IVD. Huius cōtrouerſiæ,cardo in eo uertitur, an deſtinatio habeat pro re perfecta de quo per Soc.in conſil.249. col.pen. uer.circa quartam, li.2.& Alber. in 2.par. ſtatu.in q.205.Ba.& alij,in d.§.ſed ſi ſeparauit.& Alex.cōſil. 98. aliàs de facto conſultus.uer.& non obſtat, quod deſtinatio.lib. 3.& Fran.Areti.conſ.6.uiſo inſtrō diuiſionis in 2.dubio.& latiſſimè per Fel.in c. cum adeò.col.2.verſi.deſtinatio. extra de reſer. in quibus locis de ſolutione quæſtionis latè

12 habebis,uide eos. ¶FIS. Quid de pecunia quæ redacta eſt ex uenditione rei ſtabilis, an mobilis,an immobilis cenſenda ſit? & videtur dicendum, quòd ſit connumeranda inter mobilia,ſecundum Iac.Raph.Ci. Alber.Bald.Corne.Philip.in l.ea demum. C de colla. & tenuit Firma. in ſuo repert. in uerbo,bona mobilia uerſicu. 4.

INQVI. Sed uidetur dicendum,quod ſit immobilis.nā eius naturæ cenſeri dēt, cuius res erat, ex cuius uenditione confecta eſt, & quæ ſit ſubrogata in locum illius, vt hr per Maſſuer.in tit.de ſocie.§.itē nomina,ſeu debita, & id vōr uoluiſſe Raph. Fulg.Alex.& Fran.Aret.in d.l.ea demum.

IVDEX Prima opinio uerior eſt,& & tenenda eſt, ut dicit Tiraq. in tract. de utro.retra.fol.108.nu.112 §. 1.in glo.3.

13 FISC. Quid de pecunia repoſita in bancis, an inter mobilia cōnumerāda ſit, & vr dicendum, quod ſic,per ſupra alleg.

INQVI. Sed contrariū tenet Bal. tū c.cùm cauſa,extra de re iud. ad fi. ubi uoluit, quod connumeratur inter immobilia.

IVDEX Et hanc opinionem approbat And.Tiraq. in tract.de utro.retr.in gl. 7.§ 1. fol.108. nu.113. eamque ſequor.

14 FISC. Quid de columnis affixis domui:& de ſtructuris factis potabulis,quæ æſtate tolluntur,& hyeme externuntur,an inter immobilia computentur, & vr dicēdum,quòd aut ſunt ædibus affixa, & dicētur immobilia,aut ſunt ſeparata,& dicentur mobilia.ſecundum Affiic. in trac. protomiſeos. col.13. uerſi. ſubſequenter quæro.& poſt eum Caſſa.in cōſil. Burgu.in tit. de retra.§.1.uerbo,ſunt hæritag. col. pen. uer. quæro ulterius. & hoc ducunt notari a gl.in d.l.fundi.ff.de act.empt.

IVD. Hanc opinionem ſequitur Tiraquel.in trac. de utro.retr.in loco ſæpius allegato.num.113.ſed dicit illam gl.nihil dicere de hoc, ad quod allegatur per ſupra allegatos doctores.

15 FIS.Quid de aſcriptitiis bob. & aſinis,& aliis ſim.ſtūdo inſtruēdi grā illius additis.

IVDEX Quo ad aſcriptitios, quandiu

diu glebæ inſiſtunt, inter immobilia com putantur. ſecundum Bal. in l. 1. col. 6 ver. tertio oppo. C. de ſer. fugi. per l. iubemus. C. de ſac. ſanc. eccle. & l. ſi quis inquilinus ff. de legatis primo. & ſequitur Affl. in cõ ſtitu. errores. col. 1. in 2. no. & ſequit' Tiraquel. in alleg. tra. fol. 109. nu. 118. gl 7. § 1. ſed ſecus eſt in bobus, & aſinis, licet additi ſint grã inſtruendi fundi, quia inter mobilia connumerant', ut ibi per Tiraquel. hr.

16 INQVIS. Sed quia ut plrimũ fiſcus ſolet inuadere omnia bona contumacis, qua actione ergo agunt filij contumacis pro recuperatione partis eis cõtingentis?

IVD. Dic, ꝙ poſſunt intentare rei uẽdicatione ſecundum And. de Iſer. & Affl. in conſtit. for. iudicatorum bona. quia illa conſti. diuidit bona inter alios, & fiſcum.

17 FIS. An. iudex poſſit mandare debitoribus contumacis, ne ſoluant contumaci, uel alteri pro eius parte?

IVDEX. Dicas, quòd ſic, ut eſt text. in l. ſi § ſi ff. de requi. reis.

18 FIS. Quid ſi ĩ bonis cõtumacis ſint bona q̃ ſeruãdo ſeruari nequeũt q̃d faciet iudex

IVD. Dicas, quòd iubebit ea uendi, & quòd pretium reponitur penes tertium ut l. ſi. ff. de requi. reis.

19 Et eſt notãdũ, ꝙ ſi filius familias eſt cõ tumax, non confiſcabit' peculium caſtrẽ ſe, & quaſi caſtrẽſe, nec profectitiũ, ut eſt tex. in l. ſi filius. C. de bo. pro. & ibi Bal.

20 Item mortuo patre contumacis, & foriiudicati ab inteſtato fiſcus in totum ſuccedit, ſi non habebit alios filios, vt eſt cautum per regni conſtitu. incip. ob filiorum culpas ſub rubrica, ut pa. for. ne ex delic. fi. po. conde. & ibi per Afflict. primo nota.

21 Et ſi pater foriudicati feciſſet teſtamentum, & exhæredaſſet filium foriudicatũ, ſola foriudicatio fuit iuſta cauſa exhæredandi filium, & ſic fiſcus nihil debet habere. ſecundum Iſer. & Afflict. in conſtitutio. ob filiorum culpas. vbi And dat pro cautela, ut pater exhæredet filium foriudicatum. quia ſic excludetur fiſcus.

22 FISCVS. Sed quid ſi pater foriudicati facit teſtamentum, & relinquit certum quid filio, ut in eo tantum ſuccedat fiſcus, an fiſcus poſſit petere partem uirilem cõ tingentem ipſi alio?

IVD. Affl. in conſtit. ob filiorũ culpas. in 2.º no. verſi. item quæro decidit, ꝙ ſuccedit fiſcus ſolũ in ea parte, in qua filius ille eſt inſtitutus.

23 INQVI. Sed quid de vxoribus cõtumacium? an aliquam patientur moleſtiã ſup dotib. & iurib. dotalibus, donationib. pp nuptias, quarta, & dotariis cõſtitutis?

IVD. Dicas, ꝙ non, vt hr, in cõſt. regni: pœna carere, q̃ concordat cũ l. ob maritorum. C. ne uxor pro mari. & nõ obſtãte, ꝙ uiuant eorum mariti, poſſint tamen petere eorum iura dotalia, quia ſi ſunt for iudicati, habent' pro mortuis quo ad iſtũ effectum recuperandi dotes, ut in conſtitu. pœnam eorum. & habetur per Affl. in d. conſtitu. pœna carere. in prin.

24 Similique modo põt mater recuperare dotes, & iura dotalia ſup bonis filij cõtumacis, & foriudicati, ſi filius eſt hæres patris ſpi. & ſi cõtumax nõ habebat liberos, habebit ẽt medietatem oĩum bonorũ ipſius contumacis filij, deductis dote, & omnibus iuribus dotalibus, ut bene declarat Affl. in d. conſtitu. pœna carere. 3. no.

25 Nec fiſcus põt opponere vxoribus, & matribus contumacium ꝙ habent iuſti. confeſſionem de recepto tantum, & non probant uere ſoluiſſe, ut habetur late per Affl. in conſti. cauſas, & in dicta conſt. pœna carere, quod puto uerum, q̃n confeſſio eſſet facta ante delictum commiſſum.

BANNIANTVR Rub.

SVMMARIVM.

1 *Bannum quid ſit.*
2 *Bannitus etiam in cauſa ciuili non poteſt comparere per procuratorem.* 5 5 60.
3 *Bannum debet publicari per ciuitatem.* & 7.
4 *Banni forma quæ ſit.*
5 *Bannum debet continere nomẽ iudicis, & cauſam, & alia; vt ibi. Et debere continere particularitter contumaciam.* 6.
8 *Bannum non debet publicari diebus feriatis.*
9 *Banniti non debent receptari*
10 *Receptator bannitorum qua pœna puniatur.*
11 *Et an ratione affinitatis minoretur pœna.*
12 *Vxor receptãs utrum foriudicatum quomodo puniatur.*
13 *Receptans bannitum ignoranter, an puniatur.*

14 *Rec*

14 Receptans bannitum toleratum a ſuperiore, an puniatur.
15 Tabernarij receptantes bannitum, an puniantur.
16 Receptans bannitum propter inueteratam amicitiam, an minus puniatur.
17 Receptans delinquentem tantùm, an puniantur.
18 Receptans bannitum per uim non punitur.
19 Aduocatus, & procurator an puniantur, ſi poſtulant pro bannitis.
20 Receptans bannitum, & poſtea curiæ prodens, an puniatur.
21 Literas, uel nuncium mandans contumacibus, an puniatur.
22 Receptare quis dicatur.
23 Bannitus debet capi à quocunque.
24 Vaſſalli tenentur dare auxilium curiæ ad capiendum bannitos.
25 Bannitus largo modo dicitur rebellis curiæ.
26 Bannum quo tempore debeat publicari.
27 Banniri an quis pro omni crimine poſſit.
28 Bannum in quantum ſe extendat.
29 Bannitus de uno loco, cenſetur bannitus de loco adiacenti.
30 Bannito Titio, ſi duo eius nominis eodem loco habitent, ille cenſetur bannitus qui aufugit.
31 Bannitus ab uno iudice, poteſt capi ab alio.
32 Bannum poſſit a quolibet officiali remitti.
33 Vniuerſitas contumax quo pœna puniatur.
34 Et an banniri poſſit.
35 Bannum, an ualeat contra filios Titij non expreſsis nominibus.
36 Bannitus an poſſit iterum banniri.
37 Bannitus an deſinat eſſe ciuis ſuæ ciuitatis.
38 Iudex an poſſit cognoſcere, & bannire committentem delictum in ſe, uel ſuam familiam.
39 Notarius bannitus de magno, & famoſo crimine, an interim poſſit conficere inſtrumenta.
40 Bannitus qui poſt duos menſes ſe uoluntarie præſentat, an debeat omnino carcerari.
41 Contumax quas pœnas patiatur. 43. 44 45 46. 48. 49. 50. 51. 52. 53.
42 Accuſator contumax punitur.
43 Mandati regij contemptor poteſt capitaliter puniri.
54 Contumacia purgata, an faciat indicium ad torturam.
56 Procurator pro bannito poteſt comparere, & poteſt ſe cancellari a banno.
57 Procurator an poſſit comparere pro bannito cauſa incepta ante bannum.
58 Pater an repellatur, ubi filius repellitur, quia bannitus ſit.
59 Bannitus poteſt per procuratorem excipere pretio non ſoluto.
61 Bannitus per procuratorem an poſſit compenſationem opponere.
62 Et an eius fideiuſſor.
63 Bannitus, qui ex forma ſtatuti, ſi non comparet infra decem dies poteſt impune occidi, an poſſit occidi in decimo die.
64 Vniuerſitas an puniatur de receptatione.
65 Statuta ſi ſunt contraria, attenditur illud, quòd plenius prouidet.
66 Vniuerſitas de iure ciuili non punitur de delicto, niſi quando congregata ad ſonum campanæ delinquit.
67 Statuta contraria debent ad concordiam reduci, ſi fieri poteſt.
68 Rex indultu generali, an uideatur remittere ius partis.

FISCVS.

HVcuſque uidemus uſque ad actũ annotationis bonorum contumacis: videamus nunc, ſi placet, quid poſt hac reſtet fiendum contra ipſum contumacem.

1 IVD. Quia poſt annotationem bonorum debet perueniri ad bannimentũ reorum, idcirco primò ſciendum eſt, quòd quãdo reputatur quis cõtumax, debet in decreto contumaciæ decerni dictum contumacem banno eſſe ſupponendum, qđ nihil aliud eſt, niſi extra protectionem ciuitatis eum ponere, ſecũdum Bal. in prin. in 9. col. de pa. tene. allegat Cyn. in l. 1. C. de natu. libe. inde dicit Bal. in l. 1. C. de hæredi. inſti. ꝙ bannire in foro ſeculari, eſt ad ſimilitudinem excõicationis in foro eccleſiaſtico, quia ſicut excommunicatio eiicit excommunicatum a communio fidelium: ita bannum in foro ciuili ſeparat bannitum a beneficiis, quæ competant ꝑ-
2 ſonis ſecularibus. Hinc emanauit ritus magnæ curię vicarię incip. item, ſi aliquis uel aliqua. qui vult, ꝙ ſi bannitus citetur ad inſtantiam alterius, etiam pro cauſa ciuili, non poteſt comparere per procuratorem, niſi prius contumaciam purgauerit,

& quòd ſi intra menſem non purgauerit contumaciam, poſt menſem poſt cap. de perſona, ut optimè declarat Afflic. in conſt. tu. grandis. in 7. nota. de quo ritu infrà
3 latius dicam. ¶ Et poſtquam in decreto cõtumaciæ decretum fuerit, reum cõtumacem eſſe banniẽdum, & banno ſupponendum ut ſupra dixi, bãniri debet curia pro tribunali ſedente: demum ipſum bannum debet publicari per ciuitatẽ in locis ſolitis, & conſuetis multis aſtantibus, & ſic, ubi ſolent conuerſationes gẽtium congregari; ut habetur in d. couſti. grandis, & ibi not. Afflict. in 8. nota. pro quo facit ca. ſtatuimus. de male. deberq; tale bannum ſecundum eundem Afflictum ubi ſuprà, diuulgari uoce præconia, & alta uoce, ut in auth. de leno. §. præconizamus. licet hoc non requiratur in banno magnæ curiæ uicariæ, quod ſufficit publicari curia ꝓ tribunali ſedẽte, nec requirit̃ publicatio, & diuulgatio per ciuitatem, ſed in alijs officialibus, & gubernatoribus prouinciarum remaner id, quod ſupra dictum eſt, quod requiritur publicatio, & diuulgatio, aliàs ſi omitteret̃, poſſet allegari bannum nullum, arg. l. cùm ij §. ſi prætor ff. de trãſact. & eorum, quæ no. Abb. in c. cum dilect. 1. col. extra, de reſcri. & ita firmat Afflict. ubi
4 ſupra. ¶ FISCVS. Quæ debent contineri in banno, & cuiuſmodi erit forma: ¶ IVDEX. Forma banni erit hæc. Nos Franciſcus Antonius ſtrateg. ciuitatis Salerni, &c. quibuſuis iuratis, & ſeruiẽtib, noſtræ curiæ, & alterius cuiuſcunque ad infraſcripta requirendo, ſcire facimus per præſentes qualiter formata inquiſitione, & informatione per nos, & noſtram curiã ad querelam Ioannis de Laldulfo ſuper homicidio patrato in perſonam quondam Ludouici de Landulfo eiuſdẽ ciuitatis de mẽſe Octobris proximi præteriti anni. 1545. 3. indi. regnante, Cæſ. maieſtate, & dominante in dicta ciuitate, in pertinentijs, & territorio dictæ ciuitatis, & propriè, ubi dicitur, ala carnala, iuxtas ſuos fines, ſub præſidatu, quo ſupra, fuerint ſup dicto homicidio reperti culpabiles Ioannes Angelus, & alij infraſcripti dictæ ciuitatis, qui citati per nos, & noſtram curiam ad ipſam informãdum ſuper dicto homicidio ſub die 2. Martij anno 1546. cõparere recuſauerũt in primo, & ultimo peremptorio, fuit ꝓpterea eiuſdem prima cõtumacia accuſata ſub die. 5. ꝑdicti menſis, & adueniente ultimo peremptorio fuit eiſdẽ accuſata ultima contumacia, & ꝑ curiã fuerunt condemnati ad pœnam in mandatc cõtentam. ſub die uero eodem 4. Martij. fuerũt ſimiliter citati ad recipiendum copiã capitulorum, qui ſimiliter comparere recuſauerũt in primo, & vltimo peremptorio, ſub die nono eiuſdem fuit eiſdem inſtante quærulante, & curiæ coadiutore accuſata ultima contumacia, et fuerunt condemnati ad tertiam partem eorum bonorum mobilium, & decretum, cætera bona fore annotanda, nec non euſdem fore ſupponendos banno, mediante decreto ipſius curiæ lecto, & lato ſub die, quo ſuprà, quia proceſſum eſt ad annotationem bonorum, & nobis nouiter inſtatum fuit, prędictos cõtumaces publice bãniri, ut iuris, & mortis eſt, & agnoſcentes iuſtum peti, propterea dicimus committimus, & mandamus vobis. quibus ſuprà ad pœnam unciarum auri uigintiquinque nobis, & noſtræ curiæ in caſu contrarij aplicandam; quod receptis præſentibus ad omnem inſtantiam dicti quærulantis, & curiæ coadiutoris detis publicum bannum alta, & intelligibili uoce more præconio in locis publicis, & conſuetis in quibus uniuerſitas dictæ ciuitatis, & maior pars ipſorum cõgregari ſolet, emanare, quòd nemo de dicta ciuitate ex nunc in antea cuiuſuis gradus, conditionis, & ſtatus, audeat, ſeu præſumat receptare, nec receptari facere prædictos contumaces inquiſitos, ut ſuprà, nec eis ferre auxilium, fauorem, & cõſilium, nec cum eis loqui, conuerſari, potam & eſum dare ſimiliter nec locum, nec ignem: ſed illos capere, & capi facere acclamãdo adiutoriũ, & nobis, & noſtræ curiæ impartiri auxilium ad ipſos capiẽdum. ipſique tencantur, tractentur, & repuiẽtur, & habeãtur pro rebellibus noſtræ curiæ homicidiarijs, & delinquentibus ſub pœna contenta in regia pragmatica, & caueat unuſquiſq, ut contrariũ non faciat. datum. & c. reſeratur.
5 ¶ Et notandum eſt, quòd ideo poſui nomẽ gubernatoris, & cauſã ob quã quis bannitur, & alia, ut ſupra, quia bannum debet eſſe certum, & in ſcriptis. quia debet conti-

continere perſonam gubernatoris,& iudicis.item cauſam, pro qua quis bannitur: item nomen & cognomen illius qui bannitur: item annum, & menſem. & ſic debet in actis regiſtrari. aliàs ſi ſecus fieret bannum eſſet nullum, ut conſti. grandis, & ibi notatur per Afflict.in nono.nota.bannum enim ſine cauſa non obligat, ſecũdũ
6 Bald.in margarita,uerſi.terminus. ¶ Item in dicta forma, & tenore banni poſui,& narrari contumaciam contractam particulariter,& diſtinctè, eo, quia aliàs non ualeret,niſi ſic contumacia exprimeretur, ſecundum Bald.in l. ſi quis in fi. C. de fidei com.libe.& Alex. in l. 2. § ignominæ. de
7 his,qui.no.inf. ¶ Item dixi,quòd publicetur in locis publicis, & conſuetis, ex quo bannum fieri debet in multis partibus ciuitatis conſuetis, nec ſufficeret fieri, & diuulgari in uno loco tantum ſecundũ Bal. in c. 1. in 6 col uerſ quæro quis citatur. de mil.uaſſa qui.contu.eſt facit c.cum in tuę de his, qui matri.accuſa.po. 16. quæſt. 1. Ioan.Andr. in cle.grauis. uerſi. præconio de ſenten.excom.Ang in l. 1. § hæc uerba ſtipulatio ff.ſi cui plus quàm pro l Fal
8 ci. ¶ Et eſt aduertendum, quòd bannum non debet publicari in diebus dominicis, & feriatis, & publicatum talibus diebus non tenet ſecundum Bald.in l.fi.C de fer. 4 nota.& in l.ſi ea.in fi.C.qui accu.nõ poſ
9 ſunt. ¶ Item dixi, bannitos non eſſe receptando, nec eis dari auxilium, fauorem, & conſilium poſſe,ob id,quia ita cautum eſt, in l. 2. C. de his qui latro. & in regia pragma. incip.nos Ferdinandus.& c.aſſiduo penſantis & hoc ideo fit, ut ipſis bannitis non remaneat locus, ubi poſſint moram trahere, ut dicit text. in l. 2. in princip.C.de ſumma trinitate & fide catho.
10 ¶ Et licet de iure communi receptator bannitorum eſſe puniẽdus eadem pœna, qua deberent puniri ipſi banniti, uel. l. 1. ff. de recepta. & l. 1. C.de his, qui latro. quæ regula de iure communi in pluribus caſib. non habebat locum, ut per Afflict. in conſtitu.de paratenorum.in 2.rubrica.tamen in regno plures pragmaticæ, & capitula ſuper hoc prouidẽt, & in primis p c.regis Caroli.incip dudũ cõtra proditores char. 8.ſtatutum eſt quòd receptans bannitum incurrit in pœnam unciarum centum.demum hoc eſt ſublatum per c. regis Roberti incip. receptores malefactorum. char. 33. quo cauetur, quòd ſi barones receprãt bannitos poſt ſex menſe ſcienter, poſſeſſio,& domus,uel prædia,ubi ſunt recepti ipſi delinquẽtes, ſunt fiſci per quinque annos; alij uero puniantur illa pœna,qua debet puniri ipſe delinquens,& ſi uniuerſitas receptauerit, punitur pœna pecuniaria ibi ſtatuta,ut refert Afflict.in dicta cõſtitu.de patarenorum in 2.rubri. in 2. no. 2 quæſt. Nouiſſime autem ſuperuenit dicta regia pragmatica regis Ferdinandi renouata, & confirmata per ſacram Cæſ. maie.Caro 5.Imperatoris quam ſtatutum eſt,quòd tales receptatores puniũtur pœna mille unciarum,& alia pœna reſeruata regi & eſt ius nouiſſimum in regno,& habet locum tã in baronibus,quam in perſonis priuatis,& uniuerſitatibus,ut ibi habetur, & ita ubique ſeruatur, in hoc regno ius nouiſſimum.Adde quòd nouiter in regno eſt facta alia prag.qua cauetur receptatores puniri pœna ſex mille ducatorũ vltra pęnas iuris cõmunis & prag.mẽtio natæ, & alia pęna corporali reſeruata arbitrio regio,& in hanc pœnam incurrant mater, pater cognati, & agnati banniti, item incurrat etiam ſi receptaſſent ſimplicem delinquentem, nõ contumacem,nec bannitum, & ſi tres principales depoſuerint de receptatione eorum per aliquã facta, etiam quòd deponat de diuerſis receptationibus, & propterea ſint ſingulares plenè probent. Nec poſſit excuſari ratione ignorantiæ.demum reclamãtibus Neapolitanis factũ eſt,ut ſeruetur in cõmune.
11 ¶ FISCVC. Sed quid ſi bannitus eſt affinis,uel cõſãguineus receptantis, an nõ obſtante dicta pragmatica debeat minorari pœna in eo? IVDEX. Dicas,quod ſic per l.fi ff.de receptator. & firmant Andre.Iſer. & Afflict. in d. conſtitu. de patarenorum in 2.rubriea.& idem uoluit Iſer. in c. 1 § receptatoribus de pa.iur.fir.poſt gloſſ. & Iaco. de Belui & uoluit Ioan. de Ana.in ca.2.de delict puero.5. col. & Alexander conſi.144.in fi.2.lib.& hoc verum niſi receptaſſet agnatum, uel cognatum uiolatorem pacis, & hoſtem publicũ, uel cõdemnatum de rebellione contra principem,ſecundum And.in d.§.de receptatoribus,

ribus, & Barto. in d. l. fin. niſi per ignorantiam receptaſſet, neſciës eum eſſe uiolatorem pacis, & hoſtem publicũ, uel condẽnatum de rebellione contra principẽ ſecundũ. And. in d. §. receptatoribus, & Bar. in d. l. fi. per l. pri. C. de his, qui la. & proſequitur latè Afflict. in d. conſti. de patare norũ in 2. q. no. & adde Afflic. in cõſti. pœna carere. 8. nota. & Carrer. in practica criminal. §. homicidium. fol. 57. nume. 41.

12 ¶ I N Q. An dicta regia pragmatica habeat locũ in uxore receptante uirũ contumacem, & for. iudicatum? ¶ I V D. Alex. in d. l. fin. argu. l. ſi cum dotem § ſinautẽ in nouiſſimo ff ſol. matri. tenet, quòd impune poteſt ipſum receptare & idem firmat. in l. 1. C. de diuor. & in c. inter alia extra, de ſenté. excom. & no. And. de Iſer. in conſti. pœna carere uolentes motus, quia hodie non fit ſeparatio matrimonij ex aliquo delicto. ut in c. 2. & c. gaudemus. de diuor. & 33. q. 1. cap. in coniugio. & tenet idẽ And. in c. 1. §. ſi quis habentem. de pa. tene. & in c. 1. §. porro quę ſit pri. cau. ben. amit ten. & dñs Nell. in tra. bannito. q. 22. nec ex hoc debent perdere ſuas dotes ſecundum And. in d. conſt. pœna carere & Sal. in l. 1. C. de repu. & hr̃ in ca. regis Caroli ſecundi incip. item ſtatuimus. & refert, ac ſequitur Afflict. in d conſt. de patarenorũ & in d. conſti. pœna carere in 7. & 8. nota. & in conſt. patrem pro filijs. in 5. no. poſt And. ibi. in 3. not. & Carre. in ſua practica. homicidium. fol. 57. num. 41. uerſ. octauo fallit, hodie ſecus in regno per prag. proximo loco relatam. Sed quia poſtea facta eſt declaratio, ut ſeruetur ius commune,

13 ſeruandum eſt, ut ſupra. ¶ I N Q. Sed utrũ ignorans eum eſſe bannitum, ſi receptauerit, teneatur ad pœnam? ¶ I V D. Si loquimur de iure communi dicẽdum eſt, quòd non ſecundum Bar. in l. 1. C. de colo. Illyrica li. 11. & Bar. in l. omnes. C. de agri. & cenſi. li. 11. & l. 1. de deſerto. & in l. fina. C. de fabricen. & dicetur ſciens, ſi publicum erat, eum eſſe bannitum. de quo per Ange. & de Aret. in lib. male. in uerbo, dicto maleficio ſemper aſtitit. quod intellige ut p Bald. in l. 1. C de his qui latro occul. & habetur per Afflict. ubi ſupra. hodie tñ eſt prouiſum in hoc per dictam regiam pragmaticam, ꝙ ad hoc, ut nemo ſub prętextu ignorãtiæ poſſet eludere dictã pœnam, ſtatutum eſt, ꝙ nullus exterus poſſit receptari ultra binas noctes, quin denuncietur curiæ: & ꝙ ſi receptatus fuerit ultra binas noctes, & fuerit poſtea repertũ eſſe bannitum teneatur receptator ipſe ad pœnam etiam ſi alleget ignorantiam.

14 ¶ I N Q. Quid ſi aliquis receptaſſe bannitum tolleratum a ſuperiore in ciuitate, an receptator ipſius teneat ad pœnã? ¶ I V D. Dicas, quòd non, ſecundum Sal. in l. nullus C. de Iudæ. s. & hr̃ per Marſili. in prac. cri. § aggredior. nu. 28 quod uerum intelligo, quando talis patientia, & tolerantia fieret palam & publicè ab ipſo ſuperiore. alias ſi fieret clã, & occultè, non poſſet dici tolerantia, & patiẽtia ſuperioris & hoc puto procedere, ſiue eſſet ſuperior qui bãniuit, ſiue ſuperior ipſius receptatoris.

15 ¶ I N Q V I S. Sed an pœna dictæ regię pragmaticæ habeat locum in hoſtolanis, & tabernarij receptantibus cõtumaces uel eis dantibus potum, & eſum per tranſitum. ¶ I V D. Dicas, quòd non ſecundum Barr. in l. oẽs C de agri. & cenſi. lib. 11. facit l. Sciæ. § idemquè ſit. ff. de fund. inſtru. & Alexã. in l. 1. ff. de recepta. & per Afflict. in conſt. patarenorum. in 2. not. in uerſicu. 7.

16 fallit. ¶ I N Q. Et an receptans bãnitũ pp inueteratam amicitiam, debeat in eo mitigari pœna? ¶ I V D. Dicit Sali. in l. nullus. C. de male: quòd amicitia reproborũ eſt repellẽda, & ſic non debet excuſare & ſequitur Afflict. ubi ſup. in 11. not 6. quæſt.

17 ¶ F I S. Nunquid pœna dictæ regiæ pragmaticæ habeat locum in receptante, uel aliter fauente delinquenti tantum, etiã ſi non ſit bannitus, uel contumax? ¶ I V D. Certè uerba dictæ regiæ pragmaticę ſunt clara, & loquuntur de receptantibus delinquentes, latrones, homicidas, uel bãnitos. & ſic loquitur de receptante delinquẽtẽ tãtũ, vel bannitũ, & optima rõne uidetur hoc ſtatutum, quia licet nõ ſint banniti receptatores, tamen ipſorum dicuntur opem præſtare dictis delinquentib. ſecundum Bart. in l. qui furem. ff. de fur. & non procedit dicta regia pragma. ſi ignorabãt receptatores, fures uel latrones fuiſſe. ſecundum Bald. in l. ſi furti. C. de his qui no. in. & ſemp dicuntur habuiſſe notitiam, quãdo eſt publicum. & notorium maleficiũ,

ut

ut in l. ii tutor. ff. de peri. tuto. & ibi Bal. & habet per Rot. in deciſio. 4 5 & Bal. in c. conuenticula. col. 5. de pa. iur. firm. Sa. in l. 1. in fine. C. de his qui la. imò plus dicit Bal. in dicta l. prima, ꝙ ad imponendam pœnam pecuniam, ut eſt in dicta regia pragm. ſufficit probari, quòd erat fama, & rumor de delicto. & de iſta regia pragmatica mẽtionem facit Carr. in ſua prax. crim. § homicidium. folio 57. nu. 4. ubi enumerat, & recolligit omnia capitula & pragmaticas regni loquentes de receptatoribus delinquentium, ubi uideas. ¶Non

18 tamen dicta regia pragmatica habet locũ in eo, qui per uim receptauit delinquentem, non ualens prohibere, ut habetur p Afflict. in conſtitu. patarenorum. in 2. uo. in 3. cap. & habetur in terminis dictæ regiæ pragmaticæ, ubi ſupra num 41. in fi. quos allegat ad hoc Ioan. de Arno. in dialogo. 45. Hodie tamen eſt expeditum in regno per nouam pragmaticam ſupra relatam, quæ ut dixi comprehendit expreſſe receptantes delinquentem tantum ſecundum tamen ius commune erit intelli-

19 genda ut dixit. ¶INQVISITVS Sed an habeat locum in aduocato, & procuratore poſtulantibus pro bannitis, & foriudicatis? ¶IVD. Ang. de Are. in li. male. in uerbo Andręam auxiliatorem. 2. colu. tenet, ꝙ ſic, quia poſtulando pro eis auxilium, & fauorem uidentur dare, & præſtare, per doctri Barto. in l. poſt legatum. §. ſunt qui putant. ff. de his, qui ut indi. ſed ibi Aug. de Ari. in addi. tenet contrariam opinionem. & opinionem Ang. ſaluat in bannitis pro criminem læſæ maieſtatis, ut in caſu. l. quicunq;. C. de epi. & cleri. & idẽ in hæreticis, ut plene per Afflict. in cõſtitu. inconſutilem. 25. nota quia ꝓ talib. non poteſt poſtulari abſq; mandato iudicis, pro alijs uero licitum eſt abſque metu pœnæ: & idem firmat Nell. in tra. bãnito. in 3 parte 2. tempor. in 26. quæſtio. ubi dicit, ꝙ clarum eſt poſſe abſque metu pęnæ poſtulari pro bannitis per uiam iuſtitiæ, allegando bannum nullum, uel petendo, quòd rebanniantur, præter in bannitis pro crimine læſæ maieſtat. ſed ubi poſtulatur non in ea pro qua ſunt banniti: ſed ad defenſionem alterius cauſę, tũc eſt diſtinguendum: aut ex forma ſtatuti pro illa cauſa, pro qua poſtulator eſt permiſſa defenſio ipſis bannitis, aut non, primo caſu licita eſt poſtulatio pro eis: ſecundo verò caſu tenentur ad pœnam de auxilio, ut ibi habetur, & ibi ẽt ponit in 27. quæſtio. de allegante cauſas abſentiæ pro bannitis quòd licitum eſt, & permiſſum, ut ibidẽ, & in 28. quæſt. ponit de teſtificante pro bannito, & ibi dicit, quòd ſi in illo caſu, pro quo quis teſtificatur, erat permiſſa defenſio ipſi bannito, licitè potuit teſtificari, aliàs non. & eſt aduertendum, quòd cũ habemus ritũ magnæ curiæ uicariæ, quo cauetur, ut nemo pro bannitis loquatur, poteſt dici, quòd pro eis non poſſit poſtulari. ſecundum diſtinctionem Nelli de

20 S. Gemin. ¶FIS. Vtrum pœna dictæ regię pragmaticę habeat locum in eo qui ſciẽs receptauit bannitum pluribus uicibus, & diebus in domo ſua, & demum ipſum prodidit, & cœpit, & curiæ tradidit? ¶IVD. Hanc queſtionem poſuit Nell. de San. Gemi. in tra banditorum; in 3. parte 2. tempor. in 24. quæſtio ubi dicit, ꝙ Alber. in trac. ſtatu. quæſt. 68. ponit iſtam quæſtionem, & decidit, quòd debeat puniri, licet ſit mitiganda pœna, & quòd ita fuit determinatum Bononiæ. ipſe tamen Nell. ubi ſupra, diſtinguit, quòd aut conſtat, quòd ab initio retinuit eũ animo receptandi, & poſtea mutato propoſito deliberauit eũ iudici præſentare, ut iam fecit & tunc punitur. ſi uero hoc non conſtat, non debet puniri, ſed debet præmiari, quia præſumitur eum receptaſſe, & remiſiſſe, ut curiæ traderet. & ita cũm hac diſtinctione pertranſit. ¶Et an mandando nũtium, uel literas contumaci, uel foriudicato incidat qs in pœnam banni, quòd nemo loquatur cum bannitis, dicas ut per Ioan. de Arno. in commentar. 191. & uide Bonifa. in tit. 1. quid ſit accuſatio. 23. col. circa medium. & in l. 1. §. fi. ff. ad l. Iul. maie. ¶FIS. Sed quã propriè dicatur quis receptare? ¶IVD. Dicas, quòd is dicitur receptator, qui malefactorem abſcondit, non qui dedit ei potum, uel cibum l. § quod autem de ſer. corrup. l. 1. § 1. & ibi Bart. ff. de recepta. l. qui. § qui furem. ff. de fur. per Bald. Ange. & Sali. in l. 1. C. de his, qui latr. Item qui receptat mercede, uel parte rerum ablatarum a fure, furem dimiſit, quem capere

re

te potuerit.l.1.in fi.& ibi doct.de recepta. ité,& qui cohabitat. c.ſi clericus, in prin. ibi Bal.d.in pri.no.de pa.tené.in uti. feudo. Vide Affl in cóſt. Pataremoiū.q 4.n.9.

23 Dixi etiam in forma banni, quòd bannitus capiatur, &c. ob id, quia ad id tenetur unuſquiſque, ſi poteſt, ut l.11.C.de his qui latro. & in d.regia pragm.eſt expreſſum: & quia bannitus poteſt a quocunq; capi.l.fi.C.de malefi. & mathema. & Bal. in l.1.10.colum.uerſ.ex his apparet. C.de ſumma trinita. & fi. catho. & capi poteſt quocunq; tempore, ét die feriata, ſcdm Baldum in l qui bonis.C.qui bon.ced.po.

24 Dixi etiam, quòd impartiatur auxiliū curię ad capiendū bannitos, quia ad id tenēt ſubditi ut dixi ſupra ī uerbo, captura.

25 Dixi etiam, quòd habeantur pro rebellibus curiæ, ob id, quia licet eo ipſo, ꝙ quis ut contumax, & bannitus, non dicat rebellis curiæ (quia non dicitur hoſtis, q impune offendi non poteſt) ſecundum Bar. in l.in amiſſione, in princip. uerſic. aduertendum eſt, ff de cap.dimi.& per domi.Philip.Cor.in conſil.55.incip.reperio in litera l. in ſecunda parte tunc enim dicetur rebellis curiæ, quando foriudicatus, ut habetur in conſtitu. pœnam eorū. bene tamen dicitur inobediens iudici ſecundum Bald.in l.1.7.col.uerſic.ſequitur uidere qualiter banna.C.de hæred.inſtitu. ſed largo modo dicitur rebellis curię, qui eſt inobediens, non tamen taliter, ut poſſit offen di.

26 FIS. An ſtatim, ac quis eſt contumax poſſit publicari, & diuulgari, ut bānitus?

INQVISITVS. Videtur, quòd non, ex quo habemus. in regno conſtitutionem incipienté, clementiæ.ſub rubrica, ut banni.lib.intra duos menſes rc.&c. qua ſtatutum eſt quòd contumax capi nō pōt ĩfra duos mēſes, licet per ritū magnæ curiæ ſit ſtatutum, quòd per menſem capi de perſona non poteſt, ut in ritu incipié. item ſi aliquis, uel aliqua bannitus: & eſt alius ritus incip. Item, quòd nullus bannitus qui eſt conformis. cum conſt.t.clemētiæ. & ſic ſiue per menſem, ſiue per duos menſes, capi non poteſt, & ſi capi non poteſt, minime banniti poteſt, licet publicari pro bannito, quia ſi ſtatim bannum poſſet publicari, ut ſupra dixi poſſet capi de perſona contra mentem dictorum iuriū & in tantum hoc eſt uerum, quod ſi caperetur infra menſem, deberet relaxari pręſtitis fideiuſſoribus ſecundum Andr. & Affl. in d.conſtitu. clementiæ. quòd non procederet, ſi conſtaret de crimine, quia deberet ſe defendere in uinculis. per l.humanitate ſuggerente, & habetur per Affl. in d.conſtitu.clementię ſed in hoc eſt aduertendum, quòd ſi quis eſſet bannitus ꝓ crimine, pro quo, ſi comparuiſſet ſponte à principio, potuiſſet carcerari, etiā ſi afferret fideiuſſores, tunc cōparendo ſiue intra duos menſes, uel unum, ſiue poſt, carcerabitur, quia bannum latum per contumaciam, non debet ei præſtare immunitatem.argumen.l.relegatorum.§ fin.ff.de interdict.& de noxa.l.non ſolum. & l.3. C.de pat.pote. & ita intelliguntur dictæ conſtitut. & ritus ſecundum Afflict. & Andræ. in dicta conſtitut. clementiæ, & ex hoc credo, quòd inoleuit conſuetudo in aliquib.partibus, & curiis, quia in aliquibus curiis uidi expectari per menſem, & demum bannum publicatur, & in aliquibus publicatur ſtatim contracta contumacia, & in aliquibus expectantur duo mēſes.ſeruanda eſt igitur conſuetudo regionis, & curiæ in hoc, & conſuetudo illorum, qui expectant per mēſem, uel duos, confirmatur per doctr.Bart de Cap in dicta conſtit. clementiæ, quòd intra dictū menſem ſecundum ritum, uel duos menſes ſecundum conſtitutio. contumax non amittit ciuitatem: & ſi non amittit ciuitatem, ſequitur, quòd interim non eſt publicandus pro bannito, quia aliàs amitteret: & dicit Bar.de Cap. in c.ſiue quis ſit forbānitus. quòd intra dictos duos menſes nō punitur receptator contumacis, ergo bannum non publicatur.

IVD. Laudo ſententiam tuā. Sed ad id aduertendū eſt inquantū dictū fuit, ꝙ ante duos menſes nō pōt capi cōtumax. Nā hoc hodie non ſeruat., & hoc optima rōne, nam ſi cōmiſſo delicto, ét capta aliquali informatione, pōt ante capturā ꝓcedi, ut alias ſuperius dixi, multo fortius contracta contumacia, ne contumax ſit melioris conditionis, quā nō contumax.

27 FISCVS. An pro quolibet crimine poſſit quis banniri, & ut bannitus publicari,

blicari & diuulgari?

INQ. De hoc habemus cõſt. regni, grãdis vtilitas, qua cauet, q bannũ non dat niſi pro cauſa, pro qua uenit applicanda pœna mortis naturalis, uel ciuilis. & idẽ dicit Bald. in cap. 1. in princ. in 6. col. de pa. tenend. & notat p Affli. in d. conſtitu.

IVD. licet id procedat, & uerum ſit ſecundum ius conſtitu. regni, tamen ſecundum ius capitulorum aliter cauetur, vt hr̃ in c. ſiue quis ſit for bannitus. quo cauetur q etiam pro crimine, ubi uenit imponenda pœna abſciſſionis membri, poteſt banniri ad effectum, ut poſſit pueniri ad ſententiam foriudicationis. item ſtatuit, q pro alijs minoribus criminibus habeat locum etiam bannum, ſic tamen, ut nõ poſſit peruenire ad foriudicationẽ. ſed bene poteſt quis banniri pro dictis criminibus licet non ueniat imponenda pœna capitalis, & ita dicit ibi Bar. de Capua: & ſi ita bannitus perſiſtit per annũm, bona eius uendicantur fiſco facta diſtinctione liberorum ſecundum regni conſtitu.

28 FIS. In quantum ſe extendit effectus bannitionis? IVD. Dicas, quòd protenditur, & extenditur per territorum banniẽtis, non extra ſecundum Bal. in l. 1. 3. col. uer. & circa primum. C. de hæred. inſtru. & & in l. exequutorem 10. col. uerſ. modo ego quæro de vno. C. de except. rei iudi. gl. in c. 1. in prin. in uerſ. guerram. hic. fin. lex Corta. & hr̃ p Bar. Cępol. in l. in itinere. ff. de uer. ſign. & plenè p Nell. in tra. bãnito. in prima parte. 1. tẽpor. q. 57. ubi uideas.

29 Et eſt ſciendum, quòd bannitus de vno loco uidetur bannitus de alio adiuncto ſecundum Bald. in l. etiam C. de iure dot. & Alexã. in l. ſi conueniendi. §. ſi nuda. ff. de pig. actio. & bannitus de caſtro. adiacente ciuitati intelligitur etiam bannitus de ciuitate ſecundum Bald. in l. etiam, & Alex. in d. §. ſi nuda. & ideo ſi quis eſt bannitus de caſtello ſubdito ciuitati non poteſt ſtare in ciuitate. ſecundum Bald. in d. l. exequutorem. nona col. uer. ſed pone, eſt cuidam nobili.

30 Itẽ ſi reperiunt duo Titij de una caſata, & reperit unus bannitus, ille cenſetur eſt, qui aufugit ſcdm Bal. in l. uoluntatis. vlt. col. verſ. te contra. C. de fidei commiſſ.

31 Et ſi aliquis eſt bannitus de uno iudice, põt capi ab alio iudice extra ſuã iuriſdictionem, & hoc per regiã pragma. incip. item quod officiales. & pet aliã pragmat. regis Ferdinandi incipien. licet ut uniuerſis Italiæ pax. qbus cauet, q iudex vnius territorij tenetur capere bannitũ ad requiſitionem alterius iudicis per ſolas literas ſuas, licet Affl. in conſti. clementiæ. in 10. quæſtione arguat pro & contra.

32 Et bannum poteſt remitti à quolibet officiali, qui ipſum dedit. ſecundum Affl. in conſti. clementiæ in 7. q.

33 FIS. Quid ſi uniuerſitas eſt citata, & effecta cõtumax, q̃ nam erit pęna cõtumaciæ in ea. IVD. In hoc regno eſt ſopita hæc quæſtio per conſtit. regni. inci. dubitationem iuriſperitorum. ubi habetur quòd eſt medium auguſtale pro quolibet foculari, & quòd fiet exequutio a tota vniuerſitate ſecundum facultates, & ſic in pœna contumaciæ inferenda uniuerſitati collecta imponenda non eſt in ſubſidium, quãdo non habet bona in communi, ſed principaliter pro pœna contumaciæ debet imponi collecta pro modo facultatũ, ut ibi: no. per Affli. in 7. not. ſed extra regnum, ſi uniuerſitas citata non comparet, nec defenditur p ſyndicum, quia fortè non uult creare, obſeruabitur, id quod habetur in tit. ff. ſi quis in ius uoca. non ier. & tunc ſi quid habebit in cõe, poſſidetur ex primo decreto; & ſi admonita uniuerſitas non excitetur ad ſui defenſionem, prætor faciet uendi bona communia illius ciuitatis, ut l. 1. §. quòd ſi nemo iũcta gl. ff. quod cuiuſ. uni. ut no & l. cum proponas. C. de bo. aut. iu. poſ. ſi ueto uniuerſitas condemnata nõ habet crumenam communem, tunc cogetur imponere collectam. l. 1. §. q ſi nemo. ff. quod cuiuſ. uni. no. ſi aũt illi de uniuerſitate nollent imponere collectam, iudex poterit imponere ipſius primo uocatis, vt l. ſi. C. de mune. patri. li. 10. ibi, pſidib. ſignificamus. & poterit idẽ imponere onus exigendæ collectæ alicui, uel aliquib. de vniuerſitate intra certum tempus; quo elapſo exactor ſeu exactores poterunt conueniri & capi. l. 1. circa princ. ff. de muner. & hono. de quo ad longum per Ioa. Mil. in ſua praxi. cri. fol. 97. nu. 71.

34 Fis. Et an uniuerſitas poſſit banniri? IVD. Hanc quęſtionẽ poſuit do. Nel. de ſan. Gemi. in tra. banni-

to.in 1.par. primi temporis, in 5.q. ubi finaliter dicit, ꝙ poteſt banniri, quia poteſt delinquere, & condemnari, ut habetur in l.metum §.animaduertendum. ff. qd me. cau. & l.hæres dolo. §. 1.ff.de do. & pleniſſimè per Bar.in l.aut facta.§ fi.de pœn.

35 FIS. An ualeat bannum contra filios Titij non expreſſis nominibus.

IVD. Dicas, ꝙ ſi ex forma accuſationis ſeu inquiſitionis poterit comprehēdi, de quib. filiis dicatur, ſi ſunt plures, ualidū erit bannū, quod ſecus eſt, ſi non poterit cōprehendi, quæ ſint ex aliqua parte actorum, ut habetur per do. Nel. de S.Gem. ubi ſupra in 1.par.primi temporis 6. q.

36 FIS. An bānitus poſſit iterum bāniri?

IVD. Hęc quæſtio habet plura capita, & eam latè examinat do. Nell. in tract. bannito. in 1.parte primi temporis in 3.q. ubi poſt multa diſtinguit, quòd aut quæſtio habet, an poſſit banniri in eodem loco, in quo ſemel bānitus fuit. & dicēdum eſt, quòd non l.licet.§ pe.ff. nau.caupo.& ſtabu. an autem poſſit in alio loco bāniri, puta, quia fuit bannitus in loco maleficii, puta, Bononiæ, inquiritur nunc in loco originis, puta Florentiæ, uel econtra, & iterum bāniri poteſt. in pri. enim loco nō fuit punitus effectiuè, & ideò poteſt bāniri. ſi uerò quæritur, utrum pro alio delicto poſſit banniri, dicendum eſt, quòd aut cōmiſerat illud crimen, de quo nunc proceditur, antequàm fuit bannitus, & poteſt banniri; quia poteſt citari, & ibi conueniri; ſi uerò commiſit poſtea delictum, tunc aut illud commiſit in loco, a quo bānitus erat: & eſt idem, quia ſiue ſit locus originis, ſiue alius ratione delicti, ibi ſortitur forum, & ibi poteſt conueniri, & ſic banniri. ſi autem fuit bannitus in loco domicilij ratione originis, uel incolatus, & alibi nunc delinquit, & contra eum proceditur non in loco delicti, ſed in loco originis, uel incolatus, maior eſt dubitatio; & tunc eſt dicendū, ꝙ ſi bannitus ex primo bāno non perdit domicilium illius loci, a quo bannitus extat, ibi poteſt conueniri, & banniri, aut perdit ex primo banno domicilium, & non poteſt.

37 FISCVS. An bannitus perdat domicilium, & deſinat eſſe ciuis ſuæ ciuitatis.

IVDEX. Nel. de S.Gem.in eo. tract. in 1.parte ſecundi temporis 45. q. in effectu concludit poſt multa, quòd quoad ſui commodum perdit domicilium, & deſinit eſſe ciuis ſuæ ciuitatis, ſed quoad ſui incommodum, & odium retinet, maxime ſi eſt ciuis origine.

38 FIS. An poſſit iudex bānire cōmittentē delictum contra ſe, uel ſuam familiā?

IVD. Dicas, ꝙ aut delictum eſt notorium, & reperitur pro eo ex forma iuris cōis, uel ſtatuti, impoſita certa, & determinata pœna, & tunc, quia ceſſat omnis ſuſpicio, poteſt bannire; ſi uerò non eſt determinata, & certa pœna, ſed eſt arbitraria verum arbitriū eſt declaratum per conſuetudinem, idem erit. quia tenetur ſeruare conſuetudinem, ut habetur in l.athletas §.calumniator.& l.quid ergo.§.pœna grauior.ff.de his, qui no. infa. ſi uerò nec eſt certa pœna, nec declarata per conſuetudinem, non poteſt bannire, ſi uerò delictum non eſt notorium, & tunc aut offenditur principaliter dignitas ſe officiū, ut quia offenditur officium exercendo, tunc pōt cognoſcere, bannire, & punire, ſi uerò offenditur principaliter perſona, tunc non poteſt cognoſcere, nec bannire, ut habet per Nel.in trac.bānito.in 1.par.pri.temp. in 9.q.de quo late per Capi.in dec. 124.

39 FISCVS. Quid ſi aliquis notarius reperitur bannitus pro aliquo magno, & famoſo crimine, an interim poſsit conficere inſtrumenta, ita, ut ualeant, & an facta poſsit reaſſumere?

IVDEX. Hanc quæſtionem poſuit idem Nel. in 1. parte ſecundi temporis in quæſt. 151. ubi poſt relatas plures opiniones dicit, hancq quęſtionem ſibi uideri dubiam, & nihilominus adhærendo opinioni aliorum concludit, ꝙ aut notarius eſt bannitus ex crimine extra officium notariatus commiſſo, & ualent inſtrumenta ab eo cōfecta, tamen uetera magis quàm noua; ſi uerò eſt bānitus ex delicto commiſſo in officio notariatus, puta, quia fecit inſtrumētum falſum, & tunc aut ſimpliciter eſt bannitus, & ualent inſtrumenta per eū poſtea confecta. arg. l. 3. §. quæſitum. ff. de ſuſpe.tut. donec priuatus, & exauthoratus fuerit. & ita loquitur dictum Innocen. in c.fraternitatis. de teſti. ſi autem pronunciatur, quòd debeat abradi de matricula,

tunc nō dicitur exauthoratus, donec abradatur. Adde quod Barto. in l. barbarius. ff. de offi. prætor. in antepe. col. latè diſcurit. tandem dicit, pendente proceſſu. & donec feratur ſententia, poſſe notarium, etiam quòd inquiſitio ſit de falſitate, conficere inſtrumenta: non tamen in ſtrumentis illis adhibetur totalis fides, ſed annihilat.

40 ¶ FISCVS: Quid ſi aliquis eſt bannitus pro homicidio, & poſt duos menſes ſe uoluntariè præſentat, & iudex eum ponit in quadā camera cum fideiuſſone deinde non recedendo, an effectualiter debeat carcerari inſtante querulante? ¶ IVDEX. Dicas, quòd poteſt tenere eum in camera cum cuſtodia. quæ tantum teneatur de dolo, & culpa, & nō grauabit pars, ſi etiam fuit data cautio deinde non recedendo, ut late habetur per Capi. in deci. 154. Adde quòd ſi recte inſpiciatur Ang. in l. qui in carcerem. ff. de eo quod me. cauſ. allegatus per Capi. in deci. prædicta & quem omnes ſequuntur, continet contradictionem. & repugnantiam, nam dicit quòd carceratus dicit ille qui de loco, ad ſui libitum exire non poterit, ſubdit demum quòd poteſt aſſignari uni nobili totum palatium, uel tota ciuitas ꝓ carcere & tamē dicetur carceratus, & qui dedit fideiuſſores de non recedendo, non dicetur carceratus; quis enim tam fatuus erit, qui dicet eum cui aſſignata fuerit ciuitas pro carcere non poſſe exire, & recedere ad ſui libitum: ergo non dicetur carceratus, ſecū dum eius dictum. Præterea, quis enim negabit, nō magis, dici carceratum, eum cui aſſignata fuerit tota ciuitas. cū fideiuſſione deinde non recedendo, quæ eſt catena aurea, quam eum cui fuerit aſſignata ciuitas abſque fideiuſſione. niſi dicamus, ſecūdum Capi. in d. deciſio. intelligi dictū Angel. ſi ultra aſſignationem loci, pro carcere, deputati, ſint cuſtodes, ad oſtium loci. Sed pro Deo, quomodo poſſent deputari cuſtodes carcerato per totam ciuitatem, ut dicatur carceratus; taliter quòd exire nequeat? Certe non uideo: ex multis enim locis fuga fieri poſſet, ad libitum detenti, tam de nocte quàm de die etiam ſi mille cuſtodes apponerentur. Et uix, in palatio poſſet uerificari dictum Ang. ergo non uidetur tutum dictum illud, quòd dicetur carceratus. Eſt tamen bene uerum, quòd ad materiam illius l. qui in carcerē ut dicantur per metum extorta, eā quæ extorquentur a detento, bene procedit dictum illud. Non tamē procederet in cauſis crimiualibus, & ad defenſionē iudicis, qui debuit carcerare taliter delinquentem: quòd perſona ſit ſalua, ut tempore ſententiæ luat pœnam. Hæc enim omnia differunt carcerare, committere cuſtodi. & militi uel ſub fideiuſſione. l. 2. ff. de cuſto. reo. Et ideo eſt attendenda diſtinctio Gl. ī d. l. 1. ut dicamus, aut quis eſt cōfeſſus, & in diſtincte carcerabitur, aut nō eſt confeſſus, & eſt inquiſitus de graui crimine, & carcerabitur. aut de delicto leui & datur, cuſtodiendus a cuſtodibus. quod & probat tex. in d. l. 1. ſi bene conſideretur. Et dato quòd ſit nobilis & in dignitate, ſi tamē inquiratur de graui ſcelere carcerādus erit non cuſtodibus committendus, ſecūdum Gloſſ. ibi. in uerbo uel pro dignitate. Miror ergo de Angel. de malefi. qui in uerbo qui iudex dictum Gaium, & in uerbo fama publica, & ibi Augu. de Ari. ſimpliciter ſequuti ſunt dictum Ang. & ſic Capi. & ergo ante hæc. Et in particulari quæſtionis noſtræ, obſtabat expreſſe ca. regni, ſiue quis ſit forbannitus, in quantum uoluit bannitum cōparentem debere in uinculis cauſam dicere, & ſic nullo modo ſatisfieret, ſi detineretur per ciuitatem, uel palatium. Eſto igitur uigil, & ſapiens ne decipiatis.

41 ¶ FISCVS. Subſequenter quæro, quas pœnas patiantur contumaces in regno. ¶ IVDEX. In hoc ſciendum eſt, quòd primò in regno contumax condemnatur ad tertiam partē bonorum mobilium, ut ſuprà ſæpius tibi dixi. & ſi intra annum non comparet, & eſt delictum capitale, foriudicatur, & omnia eius bona fiſco uendicantur, & impune poteſt à quocunque occidi, ut dicā in materia for iudicationis, ſi uerò non eſt delictum capitale, condemnatur ad tertiam partē bonorum mobilium & ſi intra annum nō comparet, perdit omnia bona ſua, & fiſco applicantur, reſeruato iure liberorum, ut ſupra dixi in materia inuentarij: & ſi poſteà uoluerit reuerti ad ſe defendendum, debet dicere cauſam in uinculis, & etiā ſi ueniret abſoluēdus in cauſa principali, adhuc

tamen

tamen debebit ſtare tanto tẽpore carceratus, quanto tempore durauit in contumacia, ut habetur per c. regni, ſiue qui ſit forbannitus. & hęc procedunt in accuſato.
42 ¶ Sed in accuſatore non comparẽte vltra condemnationem expenſarum ad ſextam partem mobilium, ut eſt conſtit. regni incip. accuſatorum temeritas. & ibi Andr. de
43 Iſer. ¶ Item reus contumax debet reficere expẽſas accuſatori, antequam audiatur l. ſancimus. & ibi Doct. & Bal. in 1. not. C. de iud. & Bal. in l. 2 in 2. col. uer. in ſecundo exemplo. C. de eden. & authen. qui ſemel. & ibi Bart. 1. col. 3. no. C. quo. & quan do iu. procedit. n. in criminalibus ẽt, ꝙ cõtumax non audiatur niſi refectis expenſis, & etiam in denunciante contumace, ſecũdum Hip pra. §. ſuper eſt. & in l. patre. nu. 17. ff. de quæſtio. & Rebuf. in comen. conſti. de ex da. & in te. art. 5. gl. una num. 48. ſed hoc uerum eſt, ubi proceditur ad querelam, ſecus ſi ex officio quia tunc non reficientur. expenſę: ita Guliel. de Ben. in uer bo mortuo teſtatore, el primo num. 169.
48 ¶ Item contumax in loco delicti, poteſt inquiri in loco originis, nõ obſtante pręuentione facta in loco delicti, quia nõ po teſt ſe fundare ex proceſſu, in quo fuit con tumax ſecundum Bartol. in l. ſepulchri in 1. col. uerſi. itẽ eſt ar. ad q̃ ff. de ſepul. ui o. & in l. quamuis. uerſ. ulterius ex hac l. ff. de dam. in fe. & Alex. in l. de die. §. tutor. ff. q ſatiſd. cogan. & Barto. in l. 1. in 3. quęſt. C. ubi de cri agi. opor. & in quæſt. accuſatus de ui turbatiua. in 5. articu. & Bar. in l. ubi cœptum, circa medium. ff. de iu. & ibi om nino Alexan. de Imo. & omnino per Bal. in l. 1. de lega. 1. & Bart. in l. & ſi amicis. § 4. ff de adulter. & Angel. de Aret. in lib. male in uerbo, Florentiæ. in fin. ubi dicit, quòd pro tractatu homicidij poteſt inqui ri in loco tractatus, licet fuerit inquiſitus in loco delicti cõſumati in quo tamẽ fuit contumax, pœna homicidij nõ poteſt habere effectum & in uerbo, inquiſitio, in vl. col. item poteſt: banniri de utroque loco, ſecundum Bald. in l. 1. 2. colum. C. ubi de
45 cri. agi. opor. de quo ſupra dixi. ¶ Item cõtumax, & bannitus ex ſolis banno, & con tumacia põt torqueri, ſed quomodo procedat, dicam in tertia parte tertiæ partis
46 prin cipalis. ¶ Itẽ pſiſtentib. in contumacia oportet iudicent eſſe ſeuerum, ut 2. q. 4. c. quanto & c. ea, quæ de ſtat. mo. in glo. in uerbo, rebellibus. quæ allegat bonum texr. in ca. 1. circa fi. 1. de poſtu. prælato. &
47 eſt de hoc tex. in c. 1. de appe in 6. ¶ Item quia cõtemptor mandati regij in facto ar duo poteſt capitaliter puniri, ut habetur plene per gloſ. in pro. ſac. regni conſtit. & ibi per Afflict. qui optime declarat: uide quę dixi in dicta conſt. poſt mundi machi
48 nam, poſt Afflict. ¶ Item contra contuma cem, & bannitum per iudicem poteſt pro cedi in ſuũ dedecus, & uituperium ad erectionem furcarum in domo ſua, & ibi mã dari affigi, & ſuſpẽdi imaginem ſuam cũ fune in collo, quando delictum habetur pro confeſſato, ut hebetur per do. Par. de Put. in lib. ſyndi. in uerbo contumacia, qđ
49 intellige, ut ibi. ¶ Item propter contumaciam poteſt procedi ad deuaſtationem do morum, & ſuorum bonorum, non tamen in præiudiciũ creditoris, & coloni, & vxoris pro iuribus dotalibus de quo ad longũ per Par. de Put. in lib. ſyndi. in uerbo contumacia. uer. an iudex propter cõtumaciã qđ intellige ut ubi, uide quæ plenè dixit Guli. de Bene. in repe. c. Raynutius in uer
50 bo domum nume. 22. cum ſeq. ¶ Item ſi pars appellata fuerit cõtumax, propter di ctam contumaciam parte inſtante põt iu dex determinare in cauſa intra decẽ dies a die receptionis proceſſus numerandos, ſine alio ordine iudiciario, ut probatur in conſti. hac lege. & ibi not. per Afflict. in 6.
50 no. quod dicit eſſe notaudum. ¶ Item cõtimax perdit declinatoriam fori. ſecundũ Angel. in l. eum, qui. ff. de priuil. cre. & Angel. & Imo. in l. ſi finita §. item uideamus. ff. de dam. infec. & Alex. in l. quidam conſulebat. ff. de re iudic. in fi. colu. & Afflict. in loco, de quo ſupra, & per Innocen. in c. ad pręſentem. colum. in fin. de accu. I mo. in c. ſi duobus. 1. col. in fi. de appel. & Bal. in l. ſi qui ex cõſenſu. 3. col. uer. deinde no. C. de epiſ. audien. & Inno. in ca. præterea. de dila. & Alexan. in l. ſi quis ex aliena. ff. de iud. niſi iudex ſit omnino incompetẽs, quia tunc, quandocunque comparet, poteſt declinare forum, niſi iudex pronunciaſſet ſe competẽtem, ſecundum Innoc. in d. c. præterea & Feli. in d. cap. ſi duobus. 15. colum. & Bart. in l. 2 in 3. colum. in fin.

uerſ.ſed quęro,quid ſi proceſſum.ff.ſi quis in ius uo.non ierit.& ibi. per Alex. & uide per Afflict.in conſtitu. pœnam nouem vnciarum.in 6 quæſt.ubi tenet illam opinionem,quòd perdit declinatoriam fori,ſi eſt talis perſona, quæ poteſt renunciare ſuo priuilegio,aliàs ſecus. Adde Afflict.in deciſio.33.Sed Alex.in l.de die § planè. quē legit cum § tuto. ff.qui ſatiſ. cog. uidetur intelligere;quòd perdat declinatoriam fori quam habet iure ſpeciali,& ſic ex priuilegio,non autem declinatoriam quam habet de iure communi,uidelicet ut actor ſequatur forum rei,& ſic de ſingulis,ſed loquitur Alex. in beneficio dandi fideiuſſores loco domicilij. Sed tu aduerte quòd ſi exceptio eſt notaria quod citans non habeat in eum iuriſdictionē, poteſt opponi non obſtante contumacia gloſ.ſing. & ibi Panor.in c.nuper literis.in uerbo,niſi forſan.de reſcrip.& conſuluit Alex. conſ. 77. uiſis.colu 43. l b.& hęc intellige quando notorium erat tam iudici quàm partibus nō habere ipſo iure iuriſdictionē. ſecus ſi ipſo iure habebat, ſed quæ elidi poterat no Panor.in c.ſi duobus.de appe.Item contumax poteſt opponere exceptionem incompetentiæ,per gloſ.ſingu. in Cle.vnica in fin.de ſe.po. & fru.quam ſingu. not. ibi Car. & Imol.& Bald. in mar. in uerbo iudex.quæſt.162.nunquam enim fit prorogatio ipſo iure per cōtumaciam in iudicē incompetentem.c.1.& gl. de offi. delega. nec talis citatio arctat citatum.Diuerſum eſſet, ſi iudex eſſet competens, ſed remoueri poſſet per exceptionem, quia tūc nō excipiendo ualet proceſſus.Bald.in l.ſi qs ex conſenſu.col.3. Ç.de epi. aud. Et ſi ſemel atque iterum quis fuerit cōtumax coram incompetente, adhuc poterit exceptiōes declinatorias opponere ita Rebuf. in tracta.de cont.& defect.gloſ. 1.artic. 8. Item contumax nō perdit declinatoriam ſi habuit iuſtum impedimentum Bar.in l. non uidetur fruſtrandę ff.de iudic.Item ſi contumax purget cōtumaciam reſtituitur ad proponendum declinatoriam. in c.at ſi clerici in fin.de iud.ita cenſuit Rebuf.ubi ſupra.3.tomo.nume.12. Item ſi citatio eſſet nulla & ſi actor non accuſaret cōtumaciam. Vt ibi. ¶ Item contumax,& bannitus perdit priuilegium dandi fideiuſſores

52

iuxta beneficium introductum per regni conſtitut. humanitate ſuggerente, quod non procedit, ſi eſt rebannitus, & extractus a banno, ut firmat Pet.de Mo. for.in d. conſtitut.humanitate. & ibi per Barto. Cap. de qua tunc admittitur oblatio fideiuſſorum ſi natura criminis nō repugnat,

53 ut latè firmat Afflict.ibi in 13.nota. ¶Sed iſtud procedit,quando cōtumacia eſt con. tracta coram iudice eodem, uel quādo coram alio iudice, ſi ambæ curię dependent ab eodem rege,ſecus,ſi tribunalia ſunt diuerſa.quia tunc illa contumacia nō obſtat ipſi contumaci ad effectum prędictum,ut latè,& optimè declarat Afflict.in d.conſt, regni,humanitate.in 13 nota.uerſ.ſed iux

54 ta præmiſſa quæro. ¶ Et eſt notandum, ꝙ ex dictis Pet. de Mon. for. & Barto. de Cap & Afflic.in d.conſti.humanitate.quū quæſtiones concludunt, ꝙ bannitus purgata contumacia, & abſolutus a banno reducitur in priſtinum ſtatum,ſi ſponte cōparuit, nec perdit beneficium dandi fideiuſſores,īfere,quòd nec remanet indiciū ſufficiens ad torturam cōtra eum proptęr contumaciam purgatam, quod pcederet maximè, ſi appareret fuiſſe abſentem ex probabili cauſa,quod eſt notandum.Hæc enim illatio,nō poſſet rectè ſuſtineri niſi cōcurrat quòd ex cauſa probabili fuerit abſens,quia etiam purgat contumacia, remanet indicium, ut omnes docto. qui de hac re loquuntur, affirmant, & alibi dixi. Sed de his me remitto ad ea quæ dixi in 3.parte tertiæ partis in octaua limitatiōe.

55 Item contumax, & bannitus in regno nō admittitur ad comparendum per procuratorem,etiam in cauſa ciuili,donec nō purgauerit contumaciam & ſic denegatur ei audientia.ut dictat ritus magnæ curię uicariæ incip.item ſi aliquis,uel aliqua bānitus, &c. refert, & ſequitur Afflict. in conſtitu.grandis.in 7.no.& in conſtit.clemētię 3.col.uer & ſcias.& in conſtit.pœnam nouem unciarum 2.col.in fi.cuius ritus vi detur fuiſſe illa ratio,quia contumaci denegatur audientia,ut eſt gl.ſing.in l. ſed & per prætorem. §. ſed ſi decreto. ff. ex quibus cauſis maio.quam facit ſingul Bal in c.1.de rapto.refert.Iaſ.in l.2.4 colum. C. de eden.facit.l.contumacia.in princ.ff de re iudic.& ibidem per ſcribentes licet Afflict.

ſlict.in procr.conſti.in glo. in verbo, immortaliter dicat hoc procedere ad tempus, nō in perpetuum: facit pro ritu, quia contumacia interpretatur in id, quod deterius eſt contumaci, & utilius aduerſario. ſecundum Bar.in l.quamdiu.la vlt.1. col. verſ.venio ad vltimam gloſ. ff. de acquir. hære.facit l.de ætate.§.qui tacuit.ff.de interrog.actio.& in l.11.§ actor verſ. ſi reus de iuram. calum. licet poſſet dici contra ritum, quia habemus, quòd contumacia in vno, non nocet in alio, vt not.in c.conſuluit.de offi.deleg gl.& Doct. in c.11.de dolo & contu.li.6.& in cap. cum olim.de teſti.l.generaliter.§.1.& ibi Doct. C.de rebus cre.l.3.§.Stichum & Iac.de Aret.ff.de ſta.lib.ſed in regno dictus ritus eſt in viridi obſeruantia.& eſt norandum, quòd iſte ritus eſt contra ius commune ſecundum Bal.in l.ſi cum dotem.§.ſi parte in 3. not. ff.ſol. matr. & ibi Dyn. & not. in l. 4. §. ſi communem.ff.fini.regun.Bal. in c.1.pri. col.in fin.uerſ. an autem admittatur bannitus hic ſi.lex. Coria.Io.Andr. in ca. ueniens.de accuſat.in nouella.Pau. de Caſt. in l.ſed & ſi quis. ff.ſi quis cautio. no. in l. Papinianus exul.ff.de minorib. & Ludou. Roma.in ſing.in uerb.bannitus. verſ.4. de quo ad longum per Nell.de Sanct. Gemi. in tract.bannito. in prima parte. 2. temp. quæſt.73.

56 Poteſt tamen bannitus nō obſtante iſto ritu comparere per procuratorem, & petere cancellari a banno, ſecundum Pau.de Caſt.in l.ſi fideiuſſor.§ fi. ff.qui ſatiſd.cogantur. Adde quòd ſi quis voluerit petere per procuratorem cancellari a banno ſtante gratia facta, non poterit etiam ſi in gratia literis, eſſet conceſſum: ita Rebuſ. in tertio tomo commenta. ſuper conſtit. in tract.de contumacia gl. vn. num.8.fol. mihi.106 & ita ſeruatur, quicquid dixe-

57 rim alias. Et poteſt cauſam inceptam ante bannimentum finire, & proſequi per procuratorem, ſecundum Bart. & Ang. in rubr.C.de delator.lib.10.& Bart. in l. Vranius.in princ.vlt. col.verſ.deinde quærit Dyn.ff.de fideiuſſ.& Bal.in l.leges la 1.vl. col.uerſ.aduerte, quia formo.C.de legi.licet Cyn.in conſ.cauetur lege municipali. dicat contrarium. ſed latius proſequendo quæſtionē domi.Nell.in tract.bannito.in prima parte 11.temp.in quæſt.59.dicit, ꝙ aliquando ſtatutum dicit, ꝙ bannitus nō admittitur ad accuſandum, ſeu agendum, & tunc pōt proſequi accuſationem ante bannum datum, ſeu agere. & hic eſt caſus noſter retentis terminis noſtri ritus, quādoq; dicit ſtatutum, ꝙ querelæ bannitorum non recipiantur, & quia ſtatutum notat receptionem querelæ, ſi querela eſt recepta ante ſtatutum, ſibi locum non vēdicat. proſequitur ergo iudex ad inſtantiam partis. quia quætimoniam iam receptam, non autem nouam recipit.l.in delictis. §. ſi extraneus. ff.de noxali. cum ſim. & iſtis duobus caſibus loquitur Dyn. quandoque dictat ſtatutum, ꝙ querelæ, & iura bannitorum non audiantur. & idem ſecundum Bar.in l.Vranius.aliquando dicit ſtatutū, ꝙ bannitus non audiatur, uel quòd non fiat ei ius. & hoc caſu deciſiones parti nō procedunt, certum eſt enim, ꝙ in quacunque parte iudicij dicitur accuſator audiri, & eius fieri. l. 1. ff. ſi quis ius di.non obtemp §.1. & ideo, cum reperiatur bannitus, cum uult aliquem actum agere, audiētia ei denegari debet, & ita reſidet.

58 HIS. Sed utrum dictus ritus procedat, & habeat locū, ſi pater de iniuria facta filio accurret, & pendēte proceſſu filius fuerit ex aliquo maleficio bānitus, & ſic an vbi filius repelleretur, repelli debeat ipſe pater?

IVD. Dicas, quòd ſi apparet patrē querulaſſe de iniuria facta filio, tūc ubi filius repelleretur, repellitur pater, ſi autem ex forma accuſationis appareret, eum accuſat ſe de iniuria facta ſibi patri per perſonam filij, per l.1.§ uſque adeo. ff.de iniur. & per no per Ba. in l.ambitioſa. ff. de decretis ab ordine faciendis, tunc pater non repelleretur, licet deberet repelli filius ex libello enim, qui attenditur, ut l. cum quędam puella.ff.de iuriſd.om. iud. apparet, ꝙ de ſua, non filij iniuria ſatisfactionem quærit. cuius iniuriæ actio ſibi fuit orta tali tempore, quo agere poterat, quia filius bannitus non erat, & ſic ei filius auferri non poteſt.l.ſi quis ſeruum. ff.de iniurijs.l.contrarium § ſi filius. ff.de pactis vt latè habetur per Nellum in loco ſupra ſæpe citato, in prima parte primi temp.

59 in quæſt.31. ¶ Poteſt etiam bannitus non obſtante ritu excipere de pretio non ſolu-

to, ſi conueniatur ad rem uēditām traden dam per doct. Sal. in l. ſi C. de petic. & cō mo. rei uendi. & ib. Bal. 1. col. verſ. dicunt etiam doct. contra Bart. in l. bona fides. ff. de act. emp. ſed Bar. nō loquit̃ de bānito.

60 Et ad hoc, ut titus iſte procedat & habeat locum, neceſſe eſt quòd apertè reponatur. ſecundum Ang in l. uenditioni. C. de vſucapioni. pro empto.

61 Nec bannitus retentis terminis dicti titius, poteſt ſuo creditori per procuratorē opponere compēſationem, niſi bannitus probaret, ſe ante bannum etiam extra iudiciū compenſaſſe: tunc enim cum ipſo iure ſit ſublatū debitum, vt not. in l. ſi con ſtat ff. de compenſ. nō dicitur impugnare ſed oſtendere agenti ius non competere: quod ei non eſt interdictū, aut ergo de no uo cōpenſationem opponit, & non admittitur, quia dicit̃ petere, vel agere: aut aliàs oppoſitam allegat, & tunc admittit̃. quia dicitur excluſiuè, vnum tamē aduertas q̄ iſto caſu dicens ſe aliàs oppoſuiſſe in iudicio, haberet neceſſe probare q̄ illū iudex approbauerit. l. quod in diem § ſi rōnem. ff. de compē. ſecundū Iac. But. quod nō haberet neceſſe probare, ſi allegat oppoſitā extra iudiciū. ſecundū Ba. in rubr. de cōpen. & ita reſidet. do. Nell. in trac. bānito. in prima parte ſecundi tpis, in 66. q.

62 Bene tamen fideiuſſor banniti poteſt opponere talem compenſationem. ſecundum eandem do. Nel ubi ſuprà in 68 q. & de multis pertinentibus ad materiam titus uide per eundem in ſeq. quæſt. & in 2. parte ſecundi temp. in 2 q. Et aduertas, q̄

63 ſi aliquis eſt bannitus, ſeu foriudicatus, ſi non comparuerit intra decem dies, ut eſt hodie in regno emanatum bannum, ſeu proclama regium (quod ego cōmentaui,) datur licentia, q̄ poſſit occidi, an ſi occidatur in decimo die impune occidatur? dicas, q̄ non, ſed debet eſſe lapſum totum tps decem dierum, vt dicit pulchrè Ang. de Are. in lib. maieſt. in uerbo, qui iu. vid. quod inqui. non compa. & in ſua con. per ſi. commi. tit. præco. quòd ipſos h. fin col.

64 FIS. Vtrum uniuerſitas teneatur, & puniatur de receptatione bannitorum? & uidetur, quòd ſic, ut in ſpecie eſt deciſum in regno per regiam prag. regis Ferdinan. incip. licet ut uniuerſis.

- INQ. Sed in contrarium allego tibi. cap. regni inci. ad iniuſta remouenda grauamina quo cauetur, quòd uniuerſitates terrarum nullatenus teneantur, nec componi poſſunt de receptatione bannitorū, illa quidem ratione, quia hi nōnunquam efficiuntur pœnæ participes, qui culpę penitus ſunt expertes. Nec obſtat dicta regia prag. quia licet ſit nouiſſima & d. c. ſit antiquum, ut ſic videatur tollere dictū capitulum: tamen quia capitulum ipſum eſt derogatorium uoluntatis, & plenius prouidet, nō uidetur ſublatum per dictam regiam prag. ut per multa dixi ſupra in uer bo. audiantur excuſatores, propè fi.

65 Item qñ reperiuntur duo ſtatuta contraria, illud attēditur, q̄ æquius eſt, ut plenè habetur per Alex. in conſ. 50. in 3. parte ſed non eſt dubiū, qm̄ æquius ſit ſtatutū d. c. ad iniuſta, cum ſit fundatū ſuper æquitate, ut nō puniantur innocentes, arg. l. Arrianus. ff. de act. & oblig. Præterea, & fortius ſtatutum debet interpretari ſecundum ius commune ſecundū Bar. in l. omnes populi in 6. q princ. Bal. in l. maximū uitiū. 3. col. C. de lib. præte. & in l. milites. in 11. col. in uerſ. & ex prædictis poteſt argui. C. de teſta. mili. & in l ſi. 11. col. verſ. ſed hic quæro. C. de ſucceſſ. edi.

66 Sed de iure ciuili uniuerſitas non tenet̃ de aliquo delicto, nec delinquit, niſi qñ leuato uexillo, & pulſata campana, & præcedente deliberatione cōcilij committat delictum, & non aliter, ſecundum Bar. in l. aut facta. § ſi. 4 col. verſ. vlterius quæro. ff. de pœ. gl. in l. aliud § refertur. de reg. iu. l. ſemper. § 11. quod ui, aut clam. l. metū. § animaduertendū. ff. quod me. cā. Bar. in l. ſed ſi ex dolo § ſed an municeps. ff. d dol.

67 Et ex hoc infero, quòd cùm clarum ſit q̄ ubi reperiuntur duo ſtatuta ad inuicem contraria, ſi poſſunt per quandam diſtinctionem reduci ad concordiam, reduci debent, & utrunque ſeruari debet, ut per Bart. in l. omnes popoli. ff. de iuſt. & iur. col. 11. in princ. quòd dicta regia prag. & d. ca. debent reduci ad concordiam, ut pta. intelligatur, quando uniuerſitas receptauit bannitos cōmunicato conſilio, & in caſibus, in quibus de iure communi poteſt incidere in pœnam. c. verò prædictum intelligatur in caſu, quo non apparet de communicato con-

conſilio. & ſi dicatur, quòd hoc modo intelligendo eſſet de indubitabili, & de eo, quòd erat per ius cõe ſtatutum, reſpõdetur, quòd ſatis erat dubium propter aliud capitulum editum per eũdem regem Robertum prius in ordine incip. licet cõtra receptatores quo prouidebatur, vt vniuerſitates tenerẽtur de receptatione, itẽ erat dubiũ ex alio, quia de conſuetudine & ex quodã abuſu vniuerſitates componebantur de receptatione, vnde ad tollendũ dictum abuſum cõuenienter fuit compilatum illud ca. ad iniuſta. & ex prædictis teneo hanc opinionem.

I V D Bene & diligenter caſum qõnis propoſitæ tetigiſti, & pro nũc ſequor hãc opinionem, vt non aliàs puniantur vniuerſitates de receptatione, niſi communicato conſilio receptaſſent, uel niſi ſyndici, & electi receptaſſent, & potuiſſent il li de vniuerſitate expellere, ſeu monere cõciues, vt expellerent, & nõ fecerunt, & receptatio non fuit momentanea, vt vſ conſideraſſe.d.c. licet cõtra receptatores. Et an ſtatutũ concedens obolitionẽ criminum & indultũ capientibus bannitũ, uel occidentibus (vt eſt in regno hodie) intelligatur ẽt remittere ius partis offenſæ dicas, ꝙ ſic, ſecundum Par de Pu. in l. ſyndici. in uerbo, compoſitio. uer. quia plures, in fi. ¶ I N Q. Dixiſti nobis: ſuperius, contumacẽ & bannitũ non poſſe, per procuratorem audiri; & comparere ẽt pro aliqua cã ciuili, uirtute ritus id diſponẽtis; nunquid ſi aliquis fuerit cõtumax bannitus, & foriudicatus, in foro ſeculari, poſſit in cauſa ciuili, comparere, & agere in curia eccleſiaſtica per procuratorem?

I V D. Videtur poſſe concludi, ꝙ ſic; qm̃ ritus magnæ curiæ, qui eſt ſtilus in ſcriptis redactus, non dẽt ſeruari in alia curia, quã in ea in qua viget. nec ligat generaliter. Ita Bal. in l. certũ. col 4. nu. 11, C. vnde cogna. dicens expreſſe iudicẽ ſecularẽ non teneri ſeruari ritũ, ſeu ſtilum curiæ eccleſiaſticæ, nec ecõtra ſequitur Ia co. in rep. l. de quibus nu. 26. ff. de legibus, & poſt eos Pet. Rebuf. in trac. de conſuet. art. 11. gl. 13. nu 56. fol. 37. in 3. tomo cõſt. Adeò quòd ſtilus curię Romanę minimè ſeruandus ſit de neceſſitate, in alijs curijs particularibus eccleſiaſticis. Ba. in c. 11. de fer. non enim debent aliæ curiæ, pro iure cõmuni, ſeruare id quod ſeruatur in curia Romana. prout dicit Gomeſ. in procemi. reg. Canc. & Idem Pet. vbi ſupra. nu. 57. In ea tantum curia vbi viget ille ritus, ſeu ſtilus, ſeruabitur pro lege. l. obſeruandũ. ff. de iud. & l 3. iu fi. de teſtib. Bar. in l. iuriſperitos. ff. de excuſ. tuto. plenè Rebuf. ubi ſupra num. 22. folio 33. & ibi nu. 23. Item quia dixi, per doctr. Afflict. in conſtitu. & humanitate, infra in uerbo examinati liberentur ſub fideiuſſoribus, quòd contumacia, & bannum, faciunt ut aliàs liberãdus ſub fideiuſſoribus, non liberetur, hoc habet locum in ea curia ubi contracta eſt contumacia, & omnibus alijs dependentibus ab codẽ rege, ergo in alijs, contumacia id nõ operabitur, & propter hanc meã & Afflict. doctr. Caraui. in con. dicti ritus dixit expreſſe, ritum nõ procedere in alia curia quam ubi contracta eſt contumacia, vel dependentibus ab codẽ rege. Item ſtatutum ſeculare, non attenditur in foro eccleſiaſtico. ſecundum Anr. de But. in rub. de conſue. & Alex. in 2. lib. conſ. 183. viſo proceſſu. 1. col. & Ant. de Butr. in c. quòd clericis, de for. comp. & Paul. de Caſt. in l. oẽs populi in fin. 1. col. ff. de iuſti. & iur & Affli. in conſti. ſi quis in poſterum. nu. 16. & 17. Item pro hoc facit doc. Abb. & aliorum in ca. eccleſia ſanctæ Mariæ nu. 9. de conſti. ubi dicit quòd attendatur ſtatutũ eccleſiaſticũ in præparatorijs, ſi cã laici agitatur coram eccleſiaſtico & attenditur ius canonicum, ſecundum Archi. in 2. quęſtio. 6. in ca. non ideo & idem uoluit Abb. in cap. 1. de conſti. & habetur in cap. quod clerici de for. compe. & habetur per Cyn. Bart. & gl. in l. 1. C. de ſum. tri. & in l. 1. C. de ema. libe. & ritus & dixit Rebuf. art. 2. gl. 23. in 2. Thomo. 3. fol. 41. de quo ſupra qui reget in magna curia videtur reſpicere præparatoria ergò ſeruabitur in ſuo foro. Et ubi non reperitur ſtatutum de iure canonico, attenditur ius ciuile commune, ſed de iure communi ciuili, non expellitur ab agendo procurator banniti in cã ciuili, vt ſupra dixi, ergo ſic in foro eccleſiaſtici. Item ſtilus curiæ ſecularis recipit interpretationem primò a iure ciuili. curiæ uero eccleſiaſticæ ſtilus, a iure canoni co. Panor. in c. ex literis. col. 2. de conſt. &

habetur

habetur per Petr. Rebuff. ubi ſupra nu. 10. Et licet excommunicatus in foro eccleſiaſtico non auditur in agendo & reconueniendo, vt in c. cùm inter de excep. & c. pia. eo. tit. li. 6. id eſt propter communionis periculum, & ut euitetur peccatum, vt ibi in d. c. cum inter per d. Ab. & D. de Ro. deciſio 7 aliàs 453. de except. in not. quod non éſt in bannito. Et ubi tractatur de vitatione peccati, ſeruatur etiam in foro laicali.

¶FORIVDICENTVR. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Foriudicatur contumax elapſo anno, & non comparens, ſi eſt delictum, pro quo ueniat imponenda pœna capitalis.*
2 *Accuſator qualiter petat contumacem foriudicari.*
3 *Accuſator an debeat ultima die anni accuſare contumaciam, ut quis poſſit foriudicari.*
4 *Citationis forma, quando peruenitur ad foriudicationem.*
5 *Contumacia primas, & 2. debeant ne accuſari in citatione ad foriudicandum.*
6 *Decreti forma, quo procedatur ad ſententiam foriudicationis.*
7 *Minor ætas an impediat ſententiam foriudicationis.*
8 *Captura penes Turcas an impediat ſententiam foriudicationis proferri.*
9 *Impedimenta, quæ fuerunt tempore citationis ad informandum, impediunt foriudicationē, & 26*
10 *Foriudicatus an licite occidatur.*
11 *Foriudicatus poteſt furca ſuſpendi per priuatum.*
12 *Foriudicatus an poſſit per pecuniam occidi.*
13 *Foriudicatum dum eſt in fortijs curiæ an liceat occidere.*
14 *Pater foriudicatus an liceat occidi.*
15 *Foriudicatus rebannitus an poſsit occidi.*
16 *Exceptio impunitatis delicti an per quemlibet poſsit opponi.*
17 *Præſcriptum eſſe querelæ, nunquid opponi poſsit, & quanto tempore præſcribatur. ibidem.*
18 *Crimen ſuppoſiti partus per quantum tempus præſcribatur.*
19 *Adulterium, ſtuprum, & Lenocinium per quãtum tempus præſcribantur.*
20 *Præſcriptio non habet locum in foro ſpirituali quando agitur ad pœnitentiam peragendam.*
21 *Actio iniuriarum pretoria anno finitur.*
22 *Excipi de falſo perpetuo poteſt.*
23 *Præſcriptio debet allegari, & opponi, aliàs procedit iudicium.*
24 *Præſcriptio non currit in criminibus impedientibus exequutionem ordinis, uel beneficij retentionem.*
25 *Præſcribitur iuri inquirendi per 20. annos.*
26 *Præſcriptionis exceptio an poſsit opponi per agnatos, & cognatos.*
27 *Nullitas citationum contumaciarum, & banni cauſat nullitatem foriudicationis, & identitatem.*
29 *Sententiæ foriudicationis formæ quæ ſit.*
30 *Fiſcus an ſuccedat foriudicato 31. 32.*
33 *Foriudicari non poteſt mulier.*
34 *Foriudicatio redditur nulla, ſi tempore primæ citationis fuerunt allegata iuſta impedimenta, & non fuerunt admiſſa.*

FISCVS.

LAtiſſime materiã banni in vnum congeſſiſti, adeo, ut parũ ſit, quod ultra dici poſſit nunc autem publicato banno quid ultra eſt per iudicem faciundum?

1 IVDEX. Emanato, & publicato banno, ſiquidem fuerit quis accuſatus pro crimine capitali, pro quo veniat imponenda pœna mortis naturalis, ciuilis, uel abſciſſionis membri, uel carceris perpetui, quia in iſtis caſibus habet locum foriudicatio, ut habeatur in conſtit. regni. pœnam eorum. & in c. regni. ſiue quis ſit forbannitus excepto crimine periurij, quia licet pro eo imponatur pœna abſciſſionis mẽbri, & in conſtit. eos qui ſcienter tamen pro eo non habet locum foriudicatio, vt dicit ritus magnæ curiæ vicariæ incipien. item ſeruat ipſa curia, quòd pro periurio, facta citatione contra ipſum accuſatũ ſecundum formam traditam in materia citationis. ſequutaq; nuntij relatione vt dixi accuſatisq; contumacijs eo modo, & forma, ut ſupra demonſtraui, nõ cõparẽte excuſatore, vel comparente elapſo termino ad comparendũ dato, vel aliter promiſſo ſuper

ſo ſuper excuſationibus, ut dixi in materia cõparitionis excuſatoris, & remanẽte firma contumacia, facta annotatione bonorũ, uel non, cum non ſit ſubſtantia de generali conſuetudine Italiæ, publicatoque banno per loca publica, ut demonſtraui ſupra in materia banni, elapſoq; anno à die publicationis dicti banni, ſecundum formam, quam ſupra tradidi, cũ ab eo die incipiat currere annus. ſecundum And. de Iſer. & Affli. in conſtitut. pœnam eorum in 7. requiſito ac uiuente accuſatore, ad cuius inſtantiam fuit proceſſum cũ alias eo mortuo nõ poſſet procedi ad ſententiam foriudicationis contra inquiſitũ ſecundum Andr. de Iſer. in d. conſtitu. pœnam eorum & ibi Affli. in 10. requiſito. & hoc, quando eſſet proceſſum per uiã querelæ. ſed ſi ex officio eſſet proceſſum, dato, ꝙ primus iudex eſſet mortuus, vel mutatus, ſucceſſor poſſet procedere ad foriudicationem, ut per And. de Iſer. & Affl. ibidem. quod intellige ut per eos, tunc cõparente accuſatore, & petẽte foriudicari.

2 Cuius comparitionis forma erit. Coram nobis magnifico Domino Stratego Salerni comparet Titu. querulator infra ſcriptorum, & dicit menſibus preteritis p eundem fuiſſe expoſitam querelam contra infra ſcriptos de homicidio commiſſo in perſonam Tit. ſui quondam filij in ueſtra curia. in qua fuit contra eoſdẽ proceſſum poſt captam legitimam informationem de dicto homicidio, & conſtit. cõtra eoſdem ad citationem eorundem ad informandum, & ad recipiendum copiã capitulorum. & ſeruatis ſeruandis fuerũt reputati contumaces, banniti, & annotati iuxta formam ſacrati regni conſ. & quia a die publicationis dicti banni iam elapſus eſt annus, & hodie eſt vltima dies anni, & nullus ipſorum comparuit, nec aliquis pro parte corundẽ legitimam excuſationis cauſam proponendo, ſed perſeuerauerunt & perſeuerant in dicta eorũ contumacia contemnendo uos cum reuerentiam, & ueſtram iuriſdictionem. quare cõtra eoſdem accuſat dictã cõtumaciam & eorum perſeuerantiam, & maxima cum inſtantia inſtat, & petit per uos & ueſtrã curiam procedi ad ſententiã foriudicationis contra eoſdem, ſeruatis ſeruandis, iſto, & omni meliori modo &c.

3 FIS. Qm̃ dixiſti in cõparationis forma quia iã elapſus eſt annus, & hodie eſt ultima dies anni, quęro, an de neceſſitate debeat accuſator in ultima die anni cõparere, & inſtãte pro foriudicatione, ac accuſare contumaciã ipſius banniti, uel ſufficiat quandocunque inſtare poſt annum?

IVD. Reperio Andr. de Iſer. in repertorio ſuo. in uerſic. feudatarius bannitus ob maleficium, qui vr̃ uelle, ꝙ de neceſſitate requirat᷑. ut in vltima die anni accuſetur contumacia, & ſic antequam ex toto integer. labatur totus annus, de quo dicto meminit Carr. in repeti. l. obſeruare curabis nu. 72. ubi dicit, ꝙ licet hoc requiſitum non ponatur per Affl. tamen utilius eſſet, quòd interueniat; licet dicat quòd nunquam uiderit ſeruari, & de hoc etiam ego teſtor, quod nunquam uiderim ſeruari huiuſmodi dictum Audr. de Iſer. & ſi bene inſpciatur, in conſtitu. pęnam eorum, nõ dicit id, quòd dicitur in repertorio, hodie uero ſubdit Carr. aut inſtatur per accuſatorem ultima die anni, & tum accuſetur cõtumacia, & perſeuerantia: aut ante per aliquot dies, aut poſt citantur agnati, ut infra dicã, & accuſata contumacia in ultima die anni, proceditur ad ſententiã foriudicationis, ſecundum Affl. in d. conſtit. pœnam eorum 8. & 11. requiſitis. & ſentit expectari, quòd labatur integer. annus; & eo elapſo expeditur citatio, & inde nemine in termino citationis comparente proceditur ad foriudicationem. in ultimo tamen peremptorio huius citationis accuſatur contumacia banniti, & inſtatur, quod foriudicetur, & ita ſeruatur. intelligas tamen, quod ante citationem expediendam inſtetur per accuſatorem procedi ad foriudicationem, & hoc ſiue poſt annum, ſiue ante finitum, ſiue ultima die anni, citatio autem expeditur elapſo toto anno & hæc eſt practica omnium curiarum de regno. Adde, quòd in hoc Guliel. de Bened. in rep. c. Raynutius in uerbo mortuo itaque teſtatore el primo nume. 159. in fi. expreſſe tenet quòd ſiue comparеat accuſator & accuſet contumaciam, ſi ue non, proceditur ad contumaciã & condemnationem reſpectu cõtumaciæ: & eſt rõ, quia illa condemnatio prouenit ex diſpoſitio

ſpoſitione legis allegat.l.5.§ tuto. C.de in
4 te.matri.¶Forma uero citationis expediē
dæ,antequam foriudicetur,erit hæc. Nos
Tit. Strategus & gubernator. Salerni tibi
iurato,& ſeruienti noſtræ curię,& quibuſ
cunq; alijs alguzerijs,& ſeruientibus qua
rumuis curiarum, ſerie facimus:quòd p-
quiſitis actis reperimus īfra ſcriptos fuiſ
ſe accuſatos anno præterito de homici-
dio commiſſo in perſonam Tit.filij.Tit.
accuſatoris, ſuper quo homicidio capta
informatione fuerunt reperti culpabiles
infra ſcripti, qui fuerunt citati per nos,&
noſtram curiam ad informandum & ac-
cuſata contra præfatos prima cōtumacia
ſub die tali ac expectatis uſque,& per to-
tum ultimum peremptorium, & minime
ipſis comparentibus contra eoſdem fuit
accuſata ultima cōtumacia ſub die tali,.&
fuerunt reputati contumaces,& condem
nati ad pœnam in mandato cōtentā,fue-
runtque etiam citati ad recipiendū copiā
capitulorum dictæ inquiſitionis formatæ
ſuper dicto homicidio, & contra eos fuit
accuſata prima cōtumacia ſub die tali de
mum expectatis de æquitate p triduū, &
minime ipſis comparentibus nec aliqui
bus ipſorum nomine iuſtā excuſationis
cauſam proponentibus,fuit contra eoſdē
accuſata vltima contumacia, ſub die tali
& condemnati ad tertiam partē bonorū
nobilium, fuitq;, decretum cætera bona
fore annotanda iuxta formā regni conſti
tutionum, & decreto fore ſupponendos
banno, demum per eandem curiā contra
eoſdē ſub die tali proceſſum fuit ad anno
tationem bonorum.& ſub die tal. publice
fuerūt banniti,& præconizati alta, & in-
telligibili uoce more præconis.idq, in lo
cis publicis, & conſuetis.& à die dicti bā
ni promulgati elapſus eſt integer annus
datus per regni cōſtitutiones cōtumacib.
pro termino ad comparendū,& infra ſcri
pti perſeuerantes in eorum duritia, & cō
tumacia minime comparuerunt, nec ali-
quis pro eis ad proponendam aliquā legi
timam cauſam excuſationis,& quia noui
ter ſub die tal comparuit dictus querula-
tor, & quàm maxime inſtitit cōtra eoſdē
citatos, & contumaces procedi ad ſenten
tiā foriudicationis,accuſando contra eos
dictam perſeueratam cōtumaciā, & quia

iuſtū petijt. & iuſta petentibus nō eſt de
negandus aſſenſus, fuit per nos p uiſum
fore expediēdas debitas prouiſiones con
tra agnatos, cognatos, affines, & amicos,
ac uicinos,ac ipſos contumaces,quocirca
nobis quibus,ſupra,mandamus,quatenus
receptis præſentibus ad omnem inſtantiā
& ſimplicem requiſitionem dicti querulā
tis,uel curię coadiutoris vos,uel alter ve-
ſtrùm ſe cōferat ad domum propriæ habi
tationis infra ſcriptorum . ipſosq; noſtri
parte citet,& requirat,quatenus ad primā
iuris compareant coram nobis, & noſtra
curia ad dicendum & allegandū cauſam,
quare ad dictā ſententiam foriudicatio-
nis contra eos procedi nequeat, & ad alle
gandum cauſas iuſtæ abſentiæ p ut tunc
erant ipſamq; citationem notificet. infra
ſcriptorum affinibus, agnatis, cognatis,
amicis,& uicinis, & etiam præconizet in
loco uicinæ alta,& intelligibili uoce mo
re præconis prædicta omnia notificando,
ut nemo poſſit ignorantiā prætendere, &
qui ipſorum uoluerint cauſas iuſtæ abſen
tiæ,prout tunc erant, allegare, uel aliter a
proponere,& apponere,quòd ad ſenten-
tiam foriudicationis procedi non debeat
comparere ualeant intra eundem termi-
num datum, &c.& referatur.&c.hanc ci-
tionem docet Affl.licet non ita particula
riter,ſed ſuccincte in d.conſti.pęnam co-
rum.in 11.requiſito,uerſi.ſed quæro quo-
modo fiat hæc citatio.

5 Expedita uero hac citatione, & facta re
latione nuntij impede ipſius ordine ſuc-
ceſſiuo,accuſet prima contumacia,& tri-
duo poſt ſcdam iuſtāte quærulante, & ac
cuſante contumaciā contra contumaces,
& petēdę prouideri ſup foroiudicatione.

9 Porrò deinceps curia ipſa nemine cō
parente pro parte contumaci, prouideat
ſub hac forma:& p curiā uiſis banno & cō
tumacijs accuſatis contra p̄dictos citatos
relatos, & non cōparentes: uiſiſq; anno-
tatione, bonorum, publicatione banni,
perſeuerantia ipſorum in contumacia per
annum unum integrum die publicatio-
nis ipſius banni uiſiſque inſtantijs factis
nobis, & noſtræ curię per querulantem.
uiſiſque citationibus expeditis contra di
ctos contumaces,eorumque affines,agna
tos, cognatos amicos, & uicinos ad alle-

gandum

gandum cauſam iuſtam impedimentorũ, prout tunc erant, & ipſorum nuntij relationibus: uiſiſque cõtumacijs accuſati, prima, & ultima, & expectato ultimo peremptorio. & quia nemo comparuit, fuit per eandem curiam prouiſum, & decretũ, fore procedendum, prout procedi mãdatur contra prędictos ad ſententiam foriudicationis ſeruata forma iuris. hoc ſuum, &c. hoc facto poterit proferri ſententia foriudicationis, uel tunc, uel quando iudici uiſum fuerit, & ita ſeruatur in magna curia uicaria, ubi facto dicto decreto nõ profertur ſententia tunc, ſed in uigilia natiuitatis Domini noſtri Ieſu Chriſti, & in ultima curia aliarum feriarum, quę fiunt.

7 ¶ INQ. Quænã poſſunt allegari ad impediendum ſententiam foriudicationis ꝑ affines, & amicos foriudicandi? ¶ IVD. Plura ſunt, quæ poſſunt allegari ad impediendã prolationem ſententiæ foriudicationis, & primò poteſt opponi de minori ætate, quæ obſtat intantum, quòd minor foriudicari non poteſt ut eſt doctri. Bald. in l. clarum. C. de autho. præſtan. & ſequitur Marſ. in l. de minore. in princ. nume. 63 ff de quæſtio & decidit Afflict in conſtit. minorum iura. in 5. not. & habetur ꝑ Bald. in l. unica. C. de confe ueſicu. iuxta hoc quæro ; adultus. & qui uidetur tenere contrarium in adulto, ſed non in pupillo. & habetur ꝑ Boet. in deciſio 93. in prima parte, & habetur per Nel. de S Ge. in tra. banniti. prima quæſt. primi tempo. & habetur per Barto. Cæpol. in conſilio 13. unde cogetur iudex dare terminum ad ꝓbandum de minori ætate. Aliquãdo facta hac oppoſitiones uidi proceſſum ad ſentẽtiam foriudicationis, ita, quod quandocũque peruenit ille foriudicatus in fortijs curię, quò d habeatur ratio de minori ætate allegata, & ita paſſim hodie ſeruat magna curia uicariæ, ut non impeditur ſententia foriudicationis propter minorem ętatem allegatam. ſed bene proceditur & eo comparente perſonaliter, aut capto habebitur ea ratio quæ de iura habenda erit. Et ſi allegatur abſentia & non fuit uiſus, nec aliàs fuit datus terminus, debet dari dilatio, ad comparendum. Et ſi allegatur clericatus non admittitur. Et ſi allegatur falſitas relationis aut quòd nõ fuit citatus in domo ſolitæ habitationis ꝓceditur ad decreti interpoſitionem, ꝙ proferatur ſentẽtia, uerum eo cõparente uel capto, habeatur ea ratio quæ de iure haberi debet. Et ſimiliter ſi alia allegata non militant, tūc interponitur decretum, procedẽdum eſſe ſeruatis ſeruandis ad ſentẽtiam foriudicationis. Et ſi ſunt dubia, decernitur quòd intimentur fiſco, & ipſo audito prouidebit uel quòd remanet prouidenda ad primã & interim cõpareãt cum aduocatis ad dicendum quicquid uoluerint. uel prouideri ſolet quòd interponatur decretũ, & ſuperſedeatur infra tot dies in prolatione ſentẽtiæ, infra quos detur copia actorum ordinatorum, & aduocati ex aduerſo audiantur: & iſte modus interloquẽdi ſerua-

8 tur in magna curia uicarię. ¶ Secundo opponitur impedimẽtum captiuitatis penes Turcas, de quo dixi ad plenũ ſupra in ma-

9 teria excuſationum. ¶ Vnum tamen eſt notandum, tanquam principale in materia, quòd ea impedimenta allegata impediunt foriudicationem, quæ fuerunt tẽpore citationis ad informandum, nõ ea, quę ex poſt facto ſuperueniſſent, ut habetur ꝑ Afflict. in d. conſtitu. pœnam eorũ. in 11. requiſito. & ibi per And. de Iſer. in 2. col.

10 & in conſtitu. edictorum. in 2. col ¶ INQVI. Nunquid poſſit opponi, quòd licite potuit committi homicidium. quia ille q occiſus fuit erat foriudicatus? ¶ IVDEX. Hęc quęſtio habet plures difficultates. Pri an ſit uerum indiſtinctè, quòd licitè poteſt occidi foriudicatur, & quomodo procedat. 2. an per agnatos, & affines, cognatos, & amicos, poſſet id opponi. & quò ad primam quæſtionem dicẽdum eſt quòd homicidium cõmiſſum in perſonã foriudicati, eſt impunibile, ut habetur in cõſtitu. pœnam eorum. & ibi not. per Afflict. in 11. & 12. no. ubi dicitur, quod tanquam hoſtis publicus poteſt foriudicatus occidi, ut habetur per Barto. in l. admiſſiones §. qui deficiũt. ff. de capti. & poſtl. &

11 Marſ. in conſil. 1, & 57. 86. & 100 ¶ Et in tantum hoc eſt uerum, ꝙ poteſt ſuſpendi foriudicatus per priuatum, dummodo non faciat animo uſurpãdi iuriſdictionẽ

12 ut habetur per Afflict. ubi ſupra ¶ FIS. Sed nunquid liceat occidere foriudicatũ per pecuniã proditoriè, uel ueneno; & uidetur

detur dicendum, quòd non.nam legis miniſter occidẽdo malefactorem licitè facit ſi facit non odioſè,nec malo zelo,ſed cũ compaſſione.s.24.queſt.4 c. vindictã.hic autem quum non bono zelo, & zelo iuſtitiæ, ſed priuatæ uindictæ præſuppouatur occidi, non eſt legis miniſter habendus ſed ultro alienę uindictę:ergo non poteſt dici excuſatus:item, per legem, quæ delicta puniantur, non debet delictis via aperiri.l.2 C.unde ui.ne vnde iura naſcũtur,inde naſcantur iniuriæ.l. meminerint C. unde ui.ſed intelligẽdo,quòd,prǽmiſſa eſſent permiſſa per conſtitu.pœnam eorum aperiretur via maleficijs, quòd eſt cõtra iura.l.nullus C.de iudæ. item aperiretur uia ad trucidandum homines per pecuniam,quod eſt deteſtabile crimen ca. 1. lib.6 extra.de homi. ergo non excuſatur. item probatur tali ratione,quod ſi licitè ſi ſit gratis, efficitur illicitũ, & videtur eſſe delictum, ſi fiat recepta pecunia. l. prima,in fi.ff.de recepta.ſic ergo erit in propoſito nr̃o. ¶INQVI. Sed contrariam opinion. tenet Bald. in l.Gracchus. C. de adulter.etiam in conſ. fi.in fi. pri. lib. ubi conſuluit, quòd liceat etiam ueneno occidere.& idem tenet.Dec. in conſil. 317. & Marſ.in l. 1.in prin.ff.de fal. IVD. Hanc eandem quæſtionem examinat Nel.de ſã. Gemi.in tra.banni.in 2.parte.2.tempo. in 12.quæſt.& finaliter dicit,quòd liceat de ſtricto iuris rigore prima opinio eſſet uarior,tamen ipſe uiderit ſeruari ſecundam opinionem,quòd qualiter cunque foriudicatus occidatur impune occiditur.ad quã quæſtionem addo Barto Cæpol. in conſi. 5.& conſ.34.& Ange.poſt Barto in l.fi.C. de delator.lib.10.& Alexan.poſt Barto.in l.reſpiciendum.§ delinquũt,in prin.ff.de pœn.Marſ.in ſing.16. incip.proditores. & Io. de Arno.in ſolilo. 2. Marſi. in conſil. 121.& Io.de Arn.in dialo.16 & ſolido 40. & in ſing.71.poſt Bald.in l.decuriones.in fin.C.de infa.ergo autem ſaluo ſemp meliori iudicio loquendo in terminis dictæ conſtitutionis pœnam eorum. quicquid dicant Docto. qui in contrarium loquuntur, dico, quod attenta dicta conſtitu. ſumus in claris,cũm, ſi rectè inſpiciat dicta conſtitu.mandat occidi foriudicatum per pecuniam,dum,promittit dare præmium occidenti, & ſic non curat legislator committere aſſaſſinium,quia id facit ad uindictam malorum. vnde ſicut legislator mandat per pecuniam occidi foriudicatũ, ita pari modo licet miniſt.legis, qui erit quilibet,ꝗ occidit, uel occidi facit foriudicatum, cùm uere hoc faciat uelut miniſter c legis. & ſic quocunque modo id faciat, ſiue per pecuniam,ſiue veneno,ſiue proditorie, licitè facit. tanto magis, cùm conſtitutio dicat impune occi.quod enim impunè fit,maleficium nõ eſt. ſecundũ Bal. in l.decuriones.in fi.C.de infra.quod ponderauit Ioan.de Arno.in dicto ſing.71.incip.meminimus.& ſi bene inſpiciatur Afflict.in d.conſtit.pœnam eorum.in 3. col. in prima.quæſtio.uidetur tenere hãc opinionem, cùm facit oppoſitionem contra conſtitu. qua uideť per eam permitti homicidium cum aſſaſſinio, & tamẽ poſteà tenet cum conſtitu & ita tenendum puto.

13 ¶FISCVS. Sed an liceat occidere foriudicatum exiſtentem in fortijs curiæ? ¶IVDEX. Dicas, quòd non,ut Bart.& Ange.in l.3 § transfugas.ff.de ſicar. & ita cõcluditur per Iſer.in conſ.pœnã eorum. & ibi Afflict.12.no.in 2.q.& in cõſt.pacis cultũ.2.c.& ult. col.& ideo aliàs bene cõſului interrogatus, ſi quidã cepit foriudicatũ ut curiæ pſentaret, & tenens ipſum in manib.ut diceret,ſocius eiuſdem capiẽtis de tecto eum interfecit,an teneatur? & dixit,quod ſic,p pdicta:quę notes.ſed cõtrarium, & melius poſtea dixi in prag. de for. iu. occide. fratrem foriudicatum, uel

14 liceat occidere fratrem foriudicatum, uel uirum foriudicatum, uel patrẽ, uide per Nel. de ſan.Gemin. in trac. bannito. in 3. parte.2.tempo.in q. 54.& Io. de Arno. in ſolilo 66.& in cau.5. & in epi. 6 .& Caſſe.in pract.crim.fol 64.nume.167.& uide quæ poſteà dixi in practica cenſ.in verbo Nicolaus Epiſcopus.Ita ubi de parricidio

15 agitur. ¶Et quid de occidente foriudicatum,qui erat rebannitus,non tamẽ adhuc erat cancellatus?ubi per Carre.nume.204. & plurimi ſunt modi in quib.limitat non procedere dictam conſti.in edicto caſu.uide per eundem Carre. & quid de occidẽte foriudicatum toleratum a ſuperiore, qui cõmuni exiſtimatione non habebať pro

16 foriudicato.ibi.num.217.& 218 ¶Redeundo

undo modo ad propoſitum noſtrum, an agnati, cognati, affines, amici, uel procurato. poſſint allegare illud, quòd homicidiũ cõmiſſum fuit in foriudicatũ. & ſic, ꝙ impunè potuit committi. Ioã. de Arno. in commenta. 158. dicit, quòd ſic. Nell. de S. Gemi. in tra. ſępius alle. in 11. parte. 11. tẽpo. in 14. quęſtio. latius tangit quæſtionẽ & finaliter dicit, ꝙ aut foriudicatio eſt notoria, & ꝑ quẽlibet poteſt opponi: aut non eſt notoria, puta, quia nõ concordãt qualitates, ſiue demonſtrationes mortui ĩ proceſſu nominati cũ demonſtrationib. foriudicationis: & ſic eſſet neceſſe probari de indemnitate, & tunc opponi nõ põt demum ſubdit ſe vidiſſe ſeruari, quòd ꝓducta foriudicatione iudex ex ſe debet informare de ueritate, & ĩdemnitate foriudicati occiſi, & ſi reperit demonſtrationes foriudicationis multũ uarias, dẽt repellere quẽcunque opponẽtem excepto principali: uide Maria. Soci. in capitu. ueniens extra de accuſato. nume. 53. cum ſequen. uide Marſ. in pract. cri. in § conſtante. nu. 30. ubi dicit, quòd quilibet de populo po

17 teſt hoc allega. ¶ INQVISITVS. Nunquid poſſit opponi, eſſe pręſcriptum querelę, & actioni? ¶ IVD. Duo ſunt uidenda in hoc paſſu, vnum per quãtum tẽpus, & quomodo præſcribantur querelæ homicidij, & qđ in alijs delictis; ſecũdũ an hæc oppoſitio poſſit fieri per quemlibet, circa primum ſciendum eſt, quòd accuſatio criminalis regulariter tolliť ſpatio 20. annorũ, ut eſt caſus notabilis in l. querelam. C. de falſ. quem Bald. & Angel. ibi dicunt ſingularem, & habetur per Iaſ. in §. pœnales. inſtitutio. de actio. colum. quinta, & Alexandrum in l. honorarijs. in apoſti. ad Bartolum. ff. de actio. & obligatio. & per illam. l. querelam. gl. in l. in cognitione, in glo. magna, circa finem. ff. ad Sylla. in ſpecie dixit, quod de homicidio non põſt quis accuſari poſt viginti annos quia regula illius. l. eſt generalis in omni crimine publico, ut ſonant uerba tex. quã gl. allegat Angel. in d. l. querelam. in fin. & ſic per eam determinat Panorm. in ca. cùm haberent 3 no. extra. de eo qui duxit in matri. quam po. per adult. et ſic, ut uides regulariter in omni delicto præſcribitur

18 per 20. annos. ¶ Limitatur primò, ut non

procedat ĩ crimine ſuppoſiti partus; quia
nunquam præſcribitur, ut firmat Frã. Bal.
in tra. de præ. in 4. parte. 4. partis principa-
19 lis in 2. quęſt. ¶ Secundò fallit in crimine
adulterij, ſtupri, & lœnocinij. quia ꝑſcribi
tur quinquennio tantùm. l. mariti. §. hoc
quinquennium. ff. de adulter. & l. adulter.
C. eo. titu. niſi adulterium eſſet inceſtui
mixtum, uel e contra. tunc enim nõ ꝑſcri
bitur quinquennio. l. uim paſſũ. § ꝑſcri-
ptione. eo. tit. nã crimen inceſtus eſt per-
petuum, & non præſcribiť, niſi per 20. an-
nos, ſecundũ Ang. in d. §. præſcriptione.
& ſic licet adulterium duret per quinquẽ
nium, tamẽ mixtum cũ inceſtu durat 20.
annos. quia quando delicta ſunt inuicem
permixta, illud, quod eſt magis perpetuũ,
reducit ad ſui perpetuitatem minus per-
petuum, ut dicunt Bald. & Sal. in l. adul. ff.
de adul. colu. prima. uerſi. ex gloſſ. tamen
not. & hoc probatur etiam per text. in d. l.
mariti. § fin. ff. de adulter. ubi adulterium
per uim commiſſum nõ tollitur quinquẽ
nio ob rationem vnionis. licet contrariũ
uelit Ioan. Berbe. in ſuo iuris uiatoria. in
titulo. de adulte. in 4. colum. circa mediũ
& plenè habetur per Boe. in deciſio. 26. in
20 prima parte. nume. 12. ¶ Tertio fallit ut
nõ ꝓcedat in foro ſpirituali ad pœnitẽtiã
peragendam, & ſic in foro cõſcientiæ. qa
ibi nullum tempus eſt præfinitum, & nũ-
quam præſcribitur in delictis, ut eſt gloſſ.
ſingu. in capit. admonere. 33. quæſtio. quã
refert Panor. in cap. fin colum. 3. & ibi Fe-
li. colum. 2. de præ. & Panor. in c. cùm ha-
beret. 3. not. extra, de eo, qui dux in matri.
& plenè per Fran. Bal. in tract. de præſcri.
21 in 4. parte 2. quæ. nume. 4. ¶ Quarto fallit
in actione iniuriarum ꝑtoria, quia finito
anno l. ſi nõ conuitij. C. de iniur. quia tũc
actio criminalis, quæ non oritur ex eodẽ
delicto, iuxta. §. in ſumma inſti. de iniu. pa
riter finitur anno, & idem procedit ĩ alijs
delictis, ex quibus regulariter oritur du-
plex actio, ciuilis, & criminalis. l. fin. ff. de
priua. delict. & l. ſi. ff. de ſur. iſta fuit ſingu.
doctri. Iaco. But. quam ſequitur Ang in d.
l. querelam. in prin. & Sali. in ſi. qui latius
declarat faciens notabilem concluſionem
quòd de criminę non poteſt criminaliter
quęri vltra terminum, intra quem poteſt
eo ciuiliter agi. & ſic extĩcta ciuili, erit ex-
tincta

tincta & criminalis, cu crimina ſint odio ſa. & ideo eorum metu regulariter minori tempore coarctantur, q̃ ciuiles actiones, q durant triginta annos. & in his ſunt viginti d. l. querelam. ubi ergo extinguit ciuilis minori tempore, tanto magis dēt extingui criminalis. ex quo infert Sali. poſt Iac. But. quòd cũ actio de dolo ciuilis, hodie coarctetur biēnio cōtinuo. l. fi. C. de dol. nō poterit agi de dolo, crimina liter puniēdo, pęna ſtelionatus vltra bien nium; & pariter in actione iniuriarũ prætoria; ſed quando actio iniuriarum eſt ciuilis, ut in tribus caſibus poſitis in leg. ex Cornel. ff. de iniuri. tunc quia hæc ciuilis durat 30. annis, in illis caſibus ſecundũ ve ram opinionem, ut volunt glo. & Doc. in d. l. ſi non cōuitij eius criminalis durabit 20. annis, & ſequitur Fran. Bal. ubi ſupra.

22 Quinto fallit, ut non procedat quoad excipiendum in crimine falſi, quia poteſt perpetuo excipi de falſo, licet accuſatio ſit tēporalis, ēt poſt uigeſimũ annum. ita tenet gl. in d. l. querelam. per regulã quæ habet, ꝙ temporalia ad agendum ſunt ꝑpetua ad excipiendum. l. pure, in ff. de excep. doli. & l. licetcum glo. C. de exceptio. quē copioſè examinat Fely. poſt Panor. in c. ſi autem col. 4. cum ſequen. uſq; ad fi. uer. temporalia ad agendũ. de reſcrip. la è tractans, an perempto iure agendi, ſit peremptum ius excipiendi.

23 Sextò fallit, ut procedat dicta, regula, qñ opponitur per accuſatum, ut tunc obſtet exceptio pſcriptionis, aliàs ſi non opponat, tenet iudiciũ ſcđm Bar. in l. 1 §. ac cuſationem. ff. ad Turpilia. & in l. abſentem vlti. col. ff. de pœn.

24 Septimò fallit, ut non procedat de iure canonico in criminib. impedientibus exe quutionē ordinis, uel bñficij retentionē, ēt poſt ꝑ actã pœnitentiã: quia in eis non currit pſcriptio, ut ꝑ Abba. & Felin. in ca. licet cautam. col. 18. uerſi. tertium remediũ de pro. & per Aufrer. in deciſio. Ca. de Toloſa. quæſtione. 88. de quibus criminibus etiam habetur in c. inquiſitionis. de ac. in alijs uero tollitur directa accuſatio ſpatio 20. annorum. & ſequitur Boer. in dicta de ciſ. 26. in prima parte. alias uero a limitationes ad dictam regulam uide per Fran. Bal. in loco ſupra allegato.

25 Idem tñ procedit quoad ius inquirendi. nã ei pſcribitur ꝑ 20. annos, ſcđm Ang. in l. ſi vacantia. in fi. C. de bo. vacan. li. 10. ubi refert ſe audiuiſſe Bart. in ſuis allegationib. ꝑ hunc tex. cum gl. in l. filius fami lias. §. ueterani. ff. de pro. & lo. Imo. in l. di uus. ff. de re iud. ſequitur Petrus de Anca. in conſi. 190. volens, ꝙ ſublato iure querelandi, ſit ei ſublatum ius inquirendi, ſecundum Alex. in l. ita demum colum ulti. uerſi. & ideo, facit hæc gl. & idem Iaſ. ibi col. 2. uerſ. 12. limita. C. de pro. & Boer. in d. deciſ. 26. & an terminus ad accuſandũ, uel inquirendum currat a die ſcientię, vel delicti commiſſi uide Marſ. in pract. crimina. in §. cōſtante. nu. 85. ubi tenet, quòd à die commiſſi delicti.

26 Quo uero ad ſecundam quæſtionē, an hęc exceptio poſſit opponi per cognatos & agnatos, & videtur dici poſſe ꝙ ſic. argum. eorum quæ nota. per glo. in l. qui cũ maior. § libertus. & §. ſeque. ff. de bo. libe. ubi habetur, quòd poteſt opponi per ꝓcuratorem, ꝙ querela eſt calumnioſa præ terea dicunt Iaco. & Bel. & Fran. de Trigintis, de Piſis, ut dicit Ba. in §. ad crimen. ff. de pu. iu. & Barto. de Saly. in l. reus. C. de accuſa. quòd in criminalib. non admittitur procurator ad opponendum exceptionem peremptoriam, niſi eſſet notoria qa tunc iudex ex ſuo officio debet ſuper ſede re in proceſſu, & reijcere accuſatorem ne reus, & ipſe fatigentur ſuper inani proceſſu per gl. ſing. in l. qui cum maior. §. libertus. ff. de bo. libe. ſic ergo in iſto caſu, quia de exceptione iſta apparet ex actis; & ſic eſt notoria, eſt tñ cogitãdũ ſup hoc quia non pono pro conſtanti. nunc aũt pro cō ſtanti dico ꝙ proceditur ad foriud. cationem cum hoc, ꝙ eo comparente perſona liter, habeatur ea ratio quæ de iure haben da erit. & ita ſeruat magna curia.

27 Poteſt etiam opponi de nullitate citationum, & contumaciarum; quæ nullitas eſt tanti momenti, ꝙ reddat proceſſum nullum contra contumacē; taliter ꝙ non poteſt ſubſequi ſententia foriudicationis & hoc eſt, quandꝓ nō ſunt ſeruata ea, quæ ſupradicta ſunt in materia citationis, relationis nuncij, contumacię, & banni, ut habetur pe. Affl. in conſti. in pœnam eorum in tertia. 4. 5. 6. & 7 ει quæſtis.

28 Poſſunt

28 Poſſunt ẽt allegari impedimenta capti-uitatis, carcerationis, infirmitatis,& abſentiæ,prout tunc erant,ut ſupra dixi.

29 Sin aũt aliquid allegatum non fuerit, quod impediat prolatione ſententiæ foriudicationis, tunc iudex proferat ſub hac forma dicendã ſentẽtiam: Nos Strategus gubernator ciuitatis Salerni, & c.receptis literis noſtræ commiſſionis,quarũ tenor eſt,&c.nobiſcũ aſſeſſore T.ꝑ tribunali ſedente, &c. uiſo pſenti proceſſu in noſtra curia agitato in cõtumaciã infraſcriptorum querelatorum,& inquiſitorum de homicidio cõmiſſo in perſonam T. & in eo referantur citatio, relatio nuntij, contumaciæ,annotatio bonorũ,publicatio bãni particulariter,prout in forma banni dictum fuit:referãturq; lapſus anni,in quo perſtiterunt in contumacia,inſtantia querulãtis,pro foriudicatione citationes expeditæ, cõtumaciæ accuſatæ per decretũ interpoſitum: demũ omnibus relatis ſubdatur, uiſis uidendis, &c.conſideratiſque conſiderandis,Chriſti beatæq; Mariæ uirginis nominibus piæ inuocatis, de quorum uultu recta prodeũt iudicia, & oculi iudicantium reſpiciunt ueritatem conſiderantes dictos T.& T.olim p nos noſtrã que curiam citatos per annum integrum expectatos fuiſſe,minimeq; comparuiſſe adeò, quòd ſe contumaces nequeant negare,in tantum,ꝙ merito ſunt,& eſſe debent extra omnem aditum iudicij cõſtituti,eiſq; limina iudicij præcludi debent ipſos foriudicamus; ita,ꝙ eis nulla appellationis, ſeu ſupplicationis remedia ſupereſſe cognoſcant,& quoad omnia ferè pro mortuis habeantur,& hoſtes publici reputentur,ita,ut ab omnibus offendantur impune, eorumq; offenſores præmia conſequantur,ſecundum terminos conſtitu.regni. pœnam eorum bonaque eorum oĩa fiſco noſtro publicamus, applicamusque irremiſſibiliter,ſeruata tñ diſtinctione regiæ conſtitutionis.foriudicatorum bona taliter in his ſcriptis decernentes iſto, & omni alio meliori modo.

30 FIS. Quid ſi moriatur pater foriudicati, inteſtatus, ſuperſtitibus alijs fratribus,foriudicatus,ne etiam ſuccedet,quia primogenitus ſit,an ipſius loco fiſcus?

IVD. Affl.in conſt.ob filiorum culpas, in tertio not.dicit,quòd ſuccedo ſecundo genitus excluſo fiſco.

31 Sed ſi moriatˀ pater foriudicati ſuperſtite ipſo foriudicato, & ſorore in capillo, tunc ſuccedet ei fiſcus cũ onere dotandi ſororem, & ſi ſoror ſit maritata,& dotata. tunc in totum ſuccedit fiſcus,ea in totum excluſa,ut per eundem Affl.in d.conſtitu. ob filiorum culpas.in 5.no.

32 Et ſi pater foriudicati mortuus ſit, tpe quo filius foriudicatus erat mortuus ſupſtite ſolũ filia maritata,q̃ renunciauit bonis paternis,ſuccedunt eo caſu alij agnati pximiores in gradu,ut p eundẽ Affl. ubi ſupra in 5. not. uerſ.quid ſi uiuo patre.

33 Adde, ꝙ mulier nõ poteſt foriudicari, ſicut nõ poteſt minor ſecundum Paul. de Caſt. in l. ubi exigitur. in fi. princip. ff.de eden.pro quo faciunt optimè d cta p Angel.& Bald.& Alex. in l.1 1.col.ff. ſi quis in ius uocat.non ier.& per Marſil.in practica crim.§.poſtquam nu 60.

34 Debet ẽt uidere iudex, ſi tpe primæ citationis ad informãdũ aliqs cõparuit, & propoſuit excuſationẽ.qa fierat admittẽda, & nõ fuit admiſſa, nõ põt procedi ad ſententiam foriudicationis,aliàs erit nulla.ut p Affluctũ.in cõſti.pœna eorũ. in nono requiſito. Et eſt aduertendũ,ꝙ ſi petatˀ copia actorũ ordinariorũ, dẽt dari:& pro uidetur,ꝙ decretũ ſit interpoſitũ procedi ad foriudicationem, ſed in prolatione,ſupcrſedeatur per aliquos dies infra quos detˀ copia petita & fuerit aliter prouiſum. & ita interloqui ſolet magna curia.

CAPTIS FORIVDICATIS recognoſcantur. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Foriudicatus cum captus fuerit,debet fieri recognitio ipſius.*

2 *Foriudicato debet dari terminus ad dicẽdum cauſam,quare ſententia,foriudicationis exequi non debeat.*

3 *Nullitas aduerſus ſententiam,foriudicationis allegari poteſt.*

4 *Nullitas quæ poſſit allegari aduerſus ſententiam foriudicationis.5.*

6 *Sententiam foriudicationis exequi ſine alio pronuntiatione.*

7 *Sententiæ foriudicationis an præſcribantur per 30. annos.*
8 *Sententia foriudicationis an poſt decem annos poſſit allegari nulla.*

FISCVS.

VT nihil remanet intactum, quæro quòd ſi cõtingat capi foriudicatos, quid debet iudex facere?

1 IVD. Si euenerit, quòd foriudicati capiantur, tunc iudices confeſtim ipſos examinent interrogando, ubi, & quomodo in fortijs curiæ peruenerint: quod nomen habent, quod cognomen: & de quo caſata, ciuitate terra, caſtello, uel caſali ſint; quanto tempore fuerint abſentes, ab eorũ domibus; qua de cauſa, & ubi fuerint; quo tempore ſe abſentauerint; ſi in caſata & cognomine ipſorum ſint & alij, qui nocẽtur nominibus, quibus ipſi uocantur ſi habeant patrem, uel matrem: & quomodo uocentur, uel uocabantur, ſi non habeant ſi habeant bona ſtabilia, & domos in ciuitate, & cum quibus confinentur, ſi fuerint inquietati de homicidio in perſona Tit. commiſſo, ſi fuerint citati, bãniti, & ultimo loco foriudicati, & aliter, ut natura cauſæ expoſcerit, & eorum confeſſiones uel negationes fuerint, & ideo interrogandi ſunt ſuper oĩbus iſtis circunſtantijs & qualitatibus. ut uideatur, ſi concordent cum qualitatibus exiſtentibus in proceſſu & ſic fiat recognitio. & hoc quando nõ ſtatim confiterentur ſe eſſe illoſmet, de quibus in ſentẽtia foriudicationis, demũ in faciem ipſorum examinentur aliqui teſtes ſuper ipſorum recognitione, ipſos interrogandos de omnibus circunſtantijs & demonſtrationibus, de quibus in proceſſu, & ſententia, ut ſic uere appareat eſſe eoſdemmet, de quibus ut ipſa ſententia. & hanc practicam docet Bal. in d. l. diuus uerſ. & diuus ff. de cuſto. reo. & l. 1. ff. de re qui. re & approbat. & eam ſequitur Ioan. Mill. in ſua praxi. cri. fol. 26. nu. 21. in gl. publicandos docet. Ang. de Aret. plenius, q̃ alibi, in lib. maleſi. in uerbo, Gaium. Sẽpronij. in princ. & ita ſeruatur in regno.

2 Facta autem recognitione, & conſtito curiæ eſſe illoſmet, de quibus in ſententia tunc iudex ſtatuat eis breuem terminum ad dicendum cauſam, quare contra eos. exequi non debeat ſententia foriudicationis, eos eiſque prouideat de aduocato, & procuratore, & petentibus copiam ſententiæ foriudicationis, banni & contumaciarũ, iubeat eis conſignari, & ita ſeruãdum eſt, quicquid dicant Ang. in l. inter ſtipulantem. §. 1. ff. de uerbo. obliga. & Io. de Arno. in epito. 87. & in commenta. 42. poſt Feli. in c. ad abolendam. in fi. de hære. quos refert Car. in repeti. l. obſeruare curabis. C. quo. appe. nu. 64. & quicquid dicat Affli. in conſtit. pœnam eorum. in 17. no. quæſtions concludunt, quòd conſtito, quod eſt illemet, qui fuit foriudicatus, cũ feſtim mittitur ad furcas. hoc autem intelligitur, ut procedat dato dicto breui termino, & ita ſeruatur, & ſeruari uidi.

3 Et eſt rõ, quia licet à ſententia foriudicationis non poſſit appellari, & non poſſit doceri de innocentia, tamen poteſt dici de nullitate ſententiæ. ut habet per Afflict. in conſtitu. pœnam eorum in quinta quæſt. princ. in fi. & ſequen. cum ergo habeat foriudicatus defenſionem aduerſus ſententiam audiri debet, & eſt alleganda nullitas per ipſum principalem, non aũt per procuratorem, ut ibi per Afflict. licet poſſet practicari, quod nõ detur terminus prædictus, niſi petatur, & niſi allegatur tale quid, in quo conueniat termini datio, tamen totius eſt, quod detur.

4 INQVIS. Quot ergo modis poteſt dici ſententia foriudicationis nulla?

IVD. Dic, quod pluribus modis, aliqñ enim reſpectu pſonæ, in qua ea eſt lata, ut quia clericus, q̃a tũc erit nulla, uel qñ fertur p errorẽ, de quibus ad lõgũ p Grama. in conſ. primo poſt regias deciſiones.

5 Aliquando eſt nulla, quotieſcunq; citationes, relationes nuntij, cõtumaciæ, & alia, quæ per ordinem ſuis in locis poſuimus. non ita interuenerunt, ut dixi & per Affli. in d. conſtit. pœnam eorum in oĩbus ſuis requiſitis, & per Gramma. ubi ſupra.

6 Si uero nullitates allegatæ non ſubſiſtunt, tunc iudex poterit dictam ſententiam exequtioni demandare, ſecundum prægallegatos Docto. & ita practicandum puto, ſine eo, quod alia ſententia eodem natoria feratur, niſi quòd mittitur ad furcas, uel inciditur caput à ſpatulis uigore

gore ſenẽtiæ foriudicationis, ut dicit Aff. ſlic.in d.conſtit.pœnam eorum. in 17.no.

7 INQVI. Pone, quòd quis ſtetit foriudicatus per ſpatium 30.ann.quibus elapſis captus eſt,an ſententia foriudicationis contra eum executioni demandetur?& videtur dicendum,quòd non, quia ſicut cuicunque actioni etiam ex ſententia præſcribitur ſpatio 30.ann. l.omnes.& l.ſicut. C. de præſc.30.ann.ita in propoſito noſtro.

IVDEX. Sed cõtrarium decidit Bal. in l.data opera.C.qui accuſ. non poſſunt, & ſequitur Nell.de S. Gem.in trac. bannito.in 2.par.1.temp.in q.64.

8 FISCVS. Sed pone,quòd lata eſt ſententia foriudicationis contra aliquem,& ab ea iam ſunt elapſi duodecim anni,& demum captus eſt ille foriudicatus, & opponit de nullitate ſententiæ,an audietur?& videtur dicendum,quòd non,quia ſentẽtia ipſa tranſiuit in rem iudicatam tam enim ſunt anni 12. cũ ab ea nõ fuit aliter reclamatum, ſeu aliter de nullitate dictũ maxime, quando ex tenore,& uerbis ſententiæ liquet omnia ſolemniter de more iudicij proceſſiſſe, & citationes, & probationes,& contumacias,& bannum, ac cętera incumbẽtia, ob quod uerbis ipſius ſẽtentiæ cuncta narrantibus ſtãdum eſt pro quo facit, quia licet penes executionem ſententiæ debeat ultra ſententiã producere acta, tamen ſi tranſactum eſt biennium poſt ſententiam, non tenetur acta producere,ſecundum Bald.in l.1.uerſi.extra quę ro ne l.c.ter.pro.

IVDEX. Hæc quæſtio requireretur altiorem indaginem, ſed quia reperio eã deciſam in ſacro regio conſil. Neapol.ut refert Gramma.in deciſio. 24. incipit Andræas de Maxi.& tandem deciditur, quòd ſi ex uerbis ſententiæ apparet omnia ſolenniter proceſſiſſe, & ſunt elapſi ſaltem 10. anni, non poteſt amplius de nullitate dici,quia ſat eſt,quòd conſtet de corpore foriudicati.

SECVNDA PARS
ſecundæ partis.

VERVM SI CITATI
comparent, & purgant contumaciam, audiuntur.
Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Citatus comparens recta curia uſque ad primum ſonum, non dicitur contumax,& in ſequente curia debet perſonaliter inſtare, quod procedatur.*

3 *Fideiuſſor citatus ad præſentandum principalẽ, ſi comparet in ultimo peremptorio ſine principali recta curia eſt contumax.*

4 *Fideiuſſor contumax, an repræſentando reum purget moram.*

5 *Contumax ſi comparet intra duos menſes,& purgat contumaciam, an debeat ſub fideiuſſoribus.*

6 *Contumacia contracta per pręſidem prouinciæ an purgetur ſi contumax comparuerit in magna curia uicaria.*

7 *Contumax an dicatur, qui acceſſit ad ſuperiorem, & non comparuit coram citante ex probabili cauſa.*

8 *Contumax purgans contumaciam, ſi non habet fideiuſſores,ſtatim incarcerabitur.*

9 *Contumax in criminibus, pro quibus aliàs deberet ſub fideiuſſoribus liberari, non liberabitur propter contumaciam.*

10 *Contumax an poſſit allegare declinatoriam fori.*

11 *Contumacia purgata an faciat indicium ſufficiens ad torturam.*

12 *Contumax ſi purgauit contumaciam, & dedit fideiuſſores de ſtando iuri, & iterum citatus ad conteſtandum litem,ſi nõ compareat, quid faciet iudex.*

13 *Fideiuſſor condemnatus ad pœnam, quia non præſentauit principalem, an ſi poſt aliquot dies præſentet, euitet pœnam.*

FISCVS.

Video iam primam partem ſecundæ partis principalis completam, in qua plenè edoctus ſum qualiter procedatur contra contumaces, & non comparentes

parentes: uerum quia aliquando inquiſiti comparent poſt contractam cõtumaciã, & eã purgant offerẽtes ſe ſtare iuri, aliquã do etiam ante contumaciã contractã, ſed in ultimo peremptorio, idcirco ſi placet de his diſſeramus, ut aliàs recolo rñdiſſe.

1 IVD. Aequiſſimã rem poſtulas, & iuſta petentibus non eſt denegandus aſſenſus: maximè, quia cornu bos capitur, uoce ligatur homo; idcirco ſcire debes, ꝙ ſunt quidam, qui comparent contracta contumacia recta curia: & tunc etiam ſi comparent vſque ad primum ſonum, non erunt contumaces, ſed ſcribitur eorum cõparitio: uidelicet, quòd talis comparuit dicto die contumaciæ, adhuc curia ipſa pro tribunali ſedente, & licet re uera curia non ſedebat, quando comparuit, ſcribitur tamen ita: & non remanet contumax, ut dictat ritus magnæ curiæ vicar. inci. item ſeruat ipſa curia, quòd ſi aliquis bannitur. & debet perſonaliter comparere, & non per procuratorem. Eſt enim regula de iure, quòd eatenus reſtituatur contumax quatenus compareat iudice pro tribunali adhuc ſedente. l. diuus. ff. de in integrum reſtit. quæ non eſt alibi ſecundum Bal. in Margarita, in uerbo citatio, eo. n. in caſu non uidetur in culpa, ſed exiſtimandum eſt, quòd parum ex audita uoce pconis, defuerit. obedientia enim & comparitio reſtituit, quod cõtumacia abſtulerat. l. una. in prin. C. de cadu. tollen. Et ꝙ comparens adhuc curia pro tribunali ſedente, de iure reſtituatur, ſeruatur etiã in curia eccleſiaſtica, & multas ampliationes, & limitationes uideas per Rebuf. in tract. de contuma. & defect. Gloſſ. una. artic. 5. tomo 3. vides ergo in quanto ritum noſtrũ eſſe æquiorem diſpoſitione iuris cõis. Et ille ritus habet maximam æquitatẽ. Nam de iure ueniens hora indebita eſt contumax. l. 1. §. qd ergo. ff. quando appe. ſit. Bal.
2 in c. plerunque col. 2. de reſcrip. ¶ Et ſi eo ſero non fuerit detentus, & carceratus, debet in ſequenti curia perſonaliter cõparere, & inſtare, uel quòd liberetur, uel quòd procedatur in cauſa; alias remanebit contumax, ut dictat ritus magnæ curiæ uicariæ incip. item quòd plerunque contigit. & nihilominus in omnem euẽtum debet præſtare fideiuſſores de ſtãdo iuri, ut in dicto ritu; & in hoc intra tres dies, ut in alio ritu incip. item ꝙ illi, qui ſunt banniti. Et eſt ratio illius ritus, quia qui comparet & diſcedit abſque uenia iudicis, eſt uerus contumax, ſecundum Bald. in conſi. 3. 8. ad audientiã. in primo lib. Niſi receſſiſſet ob iuſtum impedimentum, quia ſicut excuſat non uenientem, ita & diſcedentem l. quæſitum. ff. de re iud. Rebuf. in præ. trac.
3 de contum. num. 15. Hoc autem non procedit in fideiuſſore citato, ut præſentet principalem, quia licet compareat eodẽ die, quo remanſit contumax, non purgat contumaciã, niſi dicto die præſentauerit principalem, ut dictat ritus magnæ curiæ vicariæ, incip. item quòd ſi condemnatus
4 eſt fideiuſſor. & in ritu incip. item ſeruat ipſa curia, quòd ſi aliquis. ¶ Et in tantum hoc procedit, quòd ſi fideiuſſor uoluerit moram purgare intra ſeptem dies iuxta æquitatẽ traditam per l. & ſi poſt tres. ff. ſi quis cautio. & c. legem ueterem. non poteſt, ut dictat ritus magnæ curiæ vicariæ incipien. item nõ poſſunt moram. ſed aduertendum eſt, quòd in cõtrarium fuit deciſum in ſacro regio cõſi. ſi bene aduertatur, nulla facta mẽtione de ritu prædicto, ut refert Gramma. in deciſio. 95. incipien. in cauſa magnifici, & recolo, dum tũc tẽporis eſſem in ciuitate Neapolis, fuiſſe patronum cauſæ magnificum Federicũ Lõgum, ubi tandem dicitur, quòd fideiuſſor repræſentando reum congruo loco, & tẽpore, purgat moram, quod nota. Eſt quoque aduertendum; ꝙ id quod dicitur in dicta deciſione, procedit qñ comparet, cum eo pro quo fideiuſſit, & illum præſentat, alias procedit id quod ſupra dictum eſt.

5 INQVI. Sed an ſi quis comparuerit eodem die, uel intra duos menſes, ſecundum terminos conſtitutio. regni. clementiæ. debeat carcerari, uel admitti cum fideiuſſoria cautione extra carceres?

IVD. Dicit Afflic in prædicta conſtitutio. in 2. no. ver. ſed quid ſi perſonaliter, ꝙ ſi cõſtat de crimine, nõ liberabitur, ſed defendat ſe in carceribus iuxta terminos conſt. regni, humanitate, & hoc qñ ſumus in caſu, quo etiam ſi à principio comparuiſſet, deberet facere defenſiones in carceribus; ſed ſi eſſemus in caſu, quò ſi a principio comparuiſſet, deberet ſub fideiuſſoribus

bus liberari,tūc comparens intra duos mēſes etiam liberabitur fideiuſſoribus ; ſed ſi poſt duos menſes comparuiſſet,tunc perdit priuilegium,ſi cōſtat refertum eſſe expenſis , & ſi non conſtat , pp ſpontaneam cōparitionem admittitur extra carceres; ſed ſi poſt duos mēſes capitur defendet ſe in carceribus,etiam ſi eſſet caſus,in quo a principio non debebat carcerari,ſi ſponte compareret, & hoc propter ſuam cōtumaciam, ut optimè declarat Afflict.in conſtitutio.clementiæ.in 2.nota.uerſi. ſed quando poſt duos menſes.adde hic Pet.de Mo.for.& Bartho.de Capu.in conſti.humanitate, quòd illa conſtitut. quatenus uoluit bannitum non liberari fideiuſſoribus,procedit,quando contumacia non eſt purgata ; ſed ſi eſt purgata contumacia non habet locum , ſi modò natura criminis non repugnet.

6 FIS. Quòd ſi aliquis reputatur contumax per iuſtitiariū , an cōparendo in magna curia uicaria purget contumaciam?

IVD. Hanc quæſtionē poſuit Affl. in d.cōſtit.clementiæ.in 3. no. & decidit, ꝙ nō,ēt ſi magna curia,uel alius ſuperior admiſiſſet ad purgandā ſuam contumaciam, niſi eſſet rex, qui diſpēſaſſet cōtra conſtit. clemētiæ cū clauſula , quòd non obſtāte. & nota,quia ſepe euenit in facto.

7 INQVI. Quòd ſi citat̃ quis,q ob aliquā iuſtā cauſam particularitatis contrarię,aut inimicitię,aut fauoris iudicis ī partē cōtrariā,diſceſſit,& acceſſit ad ſuperiorē iudicis citātis , q poſtea remiſit eum ad iuſtitiam,an hic dicatur contumax?

IVD. Dicas,ꝙ ſi conſtat, ꝙ ex probabili cauſa,receſſit poſt citationē, & acceſſit ad ſuperiorē,non erit contumax.& illa fuga nullum p̄iudicium ſibi infert,& dicit idem Afflict. in conſt.clementiæ.in 3.no. verſic.quid dicendum . de citato.

8 Et eſt notandū,ꝙ qñ quis purgauit cōtumaciā in caſu , quo debet admitti ad fideiuſſoriam cautionem extra carceres , ſi non habet fideiuſſores, etiam ſi nihil conſtet de delicto, carcerabitur ;& antequam admittatur ad faciendas eius defenſiones, debet reficere expēſas,& damna, & intereſſe querulanti.ſecundum conſtitu.regni. clementiæ , quæ habet concomitantiā cū iure communi , vt refert ibi Afflict. in 9. no.& nō requiritur alia citatio ſuper condemnationem expenſarum , & ibi itē iſtæ expenſæ taxantur per iudicem delato iuramento ipſi querulanti,ut ibi in 10.no.Sed ut dixi ſupra.Pet.Mo.For.& Bartol.de Ca. in cōſt.humanitate, tenuerūt contrarium vbi natura criminis non repugnaret.

9 FIS. Quòd ſi aliquis cōtumax in minoribus criminibus pro quibus foriudicari non poteſt , ſtetit in contumacia per annum,an pp tantam contumaciā debeat ſe defendere in uinculis, nō obſtāte,quòd uelit dare fideiuſſores, & reficere expēſas?

IVD. Dicas, ꝙ ſic,ut ſtatuit rex Caro. ſecūdus,in c.ſiue quis. & Afflict.firmat in d.conſt. clementiæ in 12. & vlt.q.

10 FIS. An purgata contumacia poſſit allegari declinatoria fori.

IVD. Dixi ſupra in uerbo , bannum.

11 FIS. An purgata cōtumacia remaneat indicium ſufficiens ad torturam?

IVD. Marſi.in l.1.ff.de quęſt.num 3. vī dicere,quòd ſic,ſed plenè dixi in 3 par. tertiæ par.principalis, & aliquid tetigi in materia banni ſupra.

12 FISC. Quòd ſi aliquis purgauit contumaciā,& datis fideiuſſoribus de ſtando iuri,& ſolutis expēſis, ac dānis aduerſæ parti, intra ſtatutū ſibi terminum ad reſpondendū capitulis nō compareat , accuſatore tū multum inſtante qūo procedetur ?

IVD. Glo.in conſtitu.clementiæ. dicit , quòd iudex iterum citabit eum: & ſi non comparet, condemnabitur ad tertiā partem ſuorum bonorum mobiliū, & iterum bannietur , & annotabūtur ſua bona. & ita dicit ſeruari in magna curia uicarię, & hanc practicam ſequitur Affli. ibi in fi. & aliam dat ipſe, quòd citentur fideiuſſores ad præſentandum:& ſi non præſentēt, exigetur pœna, & procedet iudex ad exactionē pœnæ ſine libello,& ſine ordine iudiciario, qa ē cōtractus factus in iudicio.

13 FIS. Quòd ſi fuerint citati fideiuſſores ad præſentandum principalem : & qa non comparuerunt, fuerunt reputati contumaces , & condemnati ad pœnam fideiuſſionis; & poſt aliquot dies fideiuſſores præſentarunt principalem , uel principalis ex ſe ſponte ſe præſentet, & ſit carceratus : an teneantur ad pœnam?

IV. Dicas, ꝙ expectabit finis cauſæ,ut ſi

principalis ueniat abſoluendus, nõ teneã tur ad pœnam, ſi autem uenerit condemnandus, teneautur ad pœnam, ut fuit deciſum in ſacro regio cõſilio, ut refert Grama. in deci. 95 incip. in cauſa maguifici.

ET SI COMPARENT ante contumaciam, examinentur. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Comparitio ſpontanea eſt maximum indicium innocentiæ.*
2 *Comparens reus debet ſtatim examinari.*
3 *Torqueri poteſt reus nolens reſpondere inquiſitioni, & condemnari ad pœnam pecuniariam.*
4 *Reus pluribus, & reiteratis vicibus debet examinari.*
5 *Notarius actorũ de mandato iudicis debet ſcribere omnes actus, & motus quos facit reus in examine.*
6 *Minor ſe maiorem aſſerens an ſibi præiudicet.*
7 *Conuerſatio cum participantibus in delicto facit indicium.*
8 *Reus debet interrogari ſuper quolibet indicio.*
9 *Clericus nolens reſpondere in examine cogendus eſt.*
10 *Reus eſt interrogandus, nunquid, teſtes examinati contra eum ſint amici, an inimici.*
11 *Reus eſt interrogandus de omnibus illis, quæ viderit iudex poſſe tergiuerſari.*
12 *Principalis excuſatur a pœna varietatis, & periurij.*
13 *Principalis reus eſt ante omnia examinandus.*
14 *Conuerſatio mala eſt malæ operationis indicium.*

INQVISITVS.

QVid ſi aliquis citatus ante contumaciam in vltimo peremptorio comparet, quomodo debet procedi?

1 IVD. Si quis citatus non expectata cõtumacia, ſed in vltimo peremptorio cõparet ſponte, ſpontanea illa comparitio eſt maximum indicium illius innocentiæ ſecundum Bar. Cæpol. in conſ. 31. incip. ſuper homicidio. 4. colu. verſ. decimo. & vltimo. & plene per Marſ. in prax. cri. §. dilligenter. num. 104. & uoluit Gram. in conſilio. 61. num 4. & in conſil. 29. num. 32.

2 Atque tunc ante oĩa ſolet procedi ad examinationẽ ipſius, ut docet Io. Mil. in ſua prax. cri. fol. 64. in gl. interrogando rũ. nu. 1. interrogando ipſum, quõ, qualiter, & ex qua cauſa reperiatur captus. uel incuria (ſi uidelicet fortaſſe inquiritur de homicidio commiſſo in perſonam Tit. de mẽſe Maij ſub die 26 de anno. 1546.) tũc interrogabitur, ſi cognoſcebat Titiũ; vbi & quõ, ſi erat ei amicus. an inimicus, qua amicitia erat aſtrictus, aut inimicitia; ex qua cauſa, ſi aliquo tempore cum eo fuerit in rixa; ſi ab eo fuerit offenſus, ubi, & quomodo, ſi eum eo ſolebat loqui, cum ei obuiã forte ueniret, quibus præſentibus, & a quanto tpe, ubi ſic nunc dictus Titius quid feratur de eo, quis ei talia retulerit, quibus præſentibus, de menſe Aprilis an. 1545. vbi fuerit, & ſi fuerit abſens aliquo tempore a ciuitate, & per quot dies & ubi fuerit, & cum quibus commoratus fuerit, cum quibus dormiuerit, quis eum uiderit in illo loco, cum quib. conuerſatus fuerit, ſi aliquo die dicti menſis, quo dicit ſe fuiſſe abſentẽ, reuerſus fuerit in ciuitatẽ, uel ſemper ſteterit abſens. & deinde deſcẽdat ad menſem Maij, quo fuit crimen cõmiſſum, & ſimilia interrogatoria faciat, & alia, prout natura facti expoſcerit, demũ deſcendat ad uerũ annũ, & menſes cõmiſſi criminis, faciat ſimilia interrogatoria quia ſic intercipiet eũ, quia in primis interrogatorijs in anno, & menſibus non commiſſi criminis ponet omnes eius defenſiones, credens eſſe illũ annum, & mẽſem in anno, & menſe commiſſi criminis ſuccincte pertranſibit, ipſoq; examinato cõfeſtim uideat examinare illos, quos nominabit, ut ſic ualeat intercipere eum in mẽdacio, & uarietate, & examinet alios, qui forte dicant, ſe eum uidiſſe in ciuitate eo die & menſe, quo aſſerit ſe fuiſſe abſentem. Et ſi in informatione fuerint aliquĩ teſtes, qui dicant ſeipſum non agnoſcere per nomen, & cognomen, ſed ad uiſum tãtum, tunc cõſtituto eo in medio aliquorũ demonſtretur teſtibus, eos interrogando, ſi inter illos eſt ille, de quo in depoſitionibus eorundem. de qua affrontatione habetur

tur plene per Io. Mil. in ſua praxi cri. fol. 63. in gl. commiſſus. nu. 5. in litera b.

3 Et ſi fortè reus ipſe noluerit in aliquo interrogatorio ei facto reſpondere, tunc factis ei trinis monitionibus ſub pœna ipſum multabit, & condemnabit ad pœnã in mandatis cõtentã, iuxta tex. l. de ætate §. qui tacuit & §. ſeq. ff. de interr. actio. & ibi Bar. hæc enim contumacia in non reſpondendo punitur, ut ibi, & habetur per Caſſa. in conſuet. Burg. in tit. lamende de ſimple reſcoriſſe § 7. fol. 74. in rubr. prima, num. 11. pluribus enim modis poteſt reus arctari ad reſpondendum. uno modo mulcta indicta, ut. ff. de ven. inſpic. l. 1. §. q̃d ergo ſi alio modo capitis pignoribus. arg. ff. de re iud. l. debitoribus. & idem fieri poteſt, ſi obſcurè reſpondet. ut l. de ætate. § ſi cum eſſet. & §. nihil intereſt. & hr̃ per gl. in l. certum ff. de confeſ. nec enim uidetur reſpõdere, qui ad interrogata formaliter non reſpondet, ut d l. ætate. § quod autẽ. & l. 2. § ſi quid ſimpliciter. ff. de ver. oblig. Ideo qui præſens eſt, & iuſſus eſt reſpondere, & recuſat abſque tribunali cauſa, contumax eſt, ut plenè per Ioã. Mil. in ſua pract. crimin. fol 69 in glo. noluit reſpõdere. nu. 4. Immo plus dico tibi, quòd non reſpondens poteſt torqueri, ut certum reſpondeat, de quo plenè dixi in tertia parte tertiæ partis, ut uideas.

4 Examinetq́, iudex, dictum reum pluribus, & diuerſis vicib. & ſemper faciat eius reſponſiones in acta redigi per notarium, videatq́; ſi loquitur pauide, & trepide, & hoc faciat ſcribere, cum notarius debeat ſcribere de mãdato iudicis. ſecundũ Bar. in l. de minore. §. tormenta. ff. de quęſt. videatq́; quẽ motum faciat labijs, & tota perſona, nam ſi iudex ex dictis rei uiderit aliquam variationẽ, trepidationẽ, & vultus pallorẽ, (quod relinquitur eius arbitrio) omnia ſcribi faciat. ¶ Et tenetur notarius id ſcribere ſub hac forma; Iudex mãdauit mihi, quòd ſcriberem, quòd dictus mutauit colorẽ in facie, (ſed adde ea quæ dixit Aul. Gell. lib. noct. Act 19. ca. 1. quia dicit, quòd pauceſcere & mutare colorẽ in facie ob emineus periculum, non ſunt uoluntatis, neq, arbitrij, ſed ui quadã ſua inferunt ſeſe hominibus, hac igitur de re, vr̃ dicendũ nõ præſtare indicium) loquitur pauendo, uel tremendo, uariando uel uacillando, & ita mihi uiſum fuit. de quo per Pariſium in c. quoniam cõtra. extr. de prob. nu. 159 & ibi Abbas. & Bald. in l. præsbyteri. C. de epiſc. & cleric. ex his enim ſumitur indicium, vt optimè docet Franc. Brun. in trac. de indic. & tor. in nona, & ult. parte. ubi ſeriatim omnia docet. & habetur per Marſ. in ſua practica crim. §. diligenter. nu 74 & nu 93. in § quoniã. nu. 4. & nu. 27 & habetur per Io. Mill. in ſua pract. crim. fol. 65. nu. 11. & ita etiam docet Ang. de Aret. in lib. malef. in uerbo, fama publica. antepen. col 9 quæſtione.

6 Bonum eſt etiam, ut interrogetur inquiſitus de ætate ſua, & ad hoc reſpondere tenetur. ut l. de ætate. ff. de interroga. act. & eſt max. momenti iſtud interrogatorium, quia ſi minor ſe maiorẽ dixerit, ſibi præiudicat. niſi reſtituatur, quod põt, ut eſt gl. in d. l. de ætate in uerbo reſpondere. & l. certum. § pen. ff. de confeſ. niſi dolo fecerit, quia tunc non reſtituitur. ut ff. de minori. l. ſi ex cauſa. §. nunc uidendum. & ſequitur Io. Mil. in ſua pract. crimi. fol 65 in gl. uti aſſerebat. nu. 17.

7 Debet ẽt interrogari inquiſitus, ſi habuerit conuerſationẽ cum illis qui fortè fuerunt participes in delicto, nã ratione conuerſationis cum his, qui maleficium cõmiſerũt, iudex põt ſuſpicari de maleficio, ut l. dñs horreorũ. ff loc. & ib p Bart.

8 Debet ẽt interrogari ſigillatim ſuper quolibet iudicio, vt l. unius. § cognitutũ. ff. de quæſtio & Bald. in l. cuſtodias. ff. de publ. iud. quia ſi reperiť in mendacio, erit maxima præſumptio contra eum, vt d. l. unius § teſtes. & c. literas. extr. de præsũ.

6 Si uerò examinari contigerit aliquem qui prętendit ſe clericum, & ob id noluerit reſpondere, iudex poteſt eum cogere ad reſpõdendum, etiam ſi eſſet ſacerdos, quia fieri poteſt, quòd priuetur iure clericatus maximè, quia oneratus, & ſuſpicatus eſt enormitatibus ſe imm. ſeuiſſe, item, quia inuentus eſt in non decenti habitu. & quòd teneatur reſpondere, fuit deciſum Pariſijs ſub die 15 Aprilis. 1529. ut refert, & ſequitur Ioan Mil. in ſua practica crimin. fol. 73. in glo ſo præſcriptio. num. 1. quod eſt notandũ, & pluries in magna curia & alijs tribunalib. uidi ſeruari,

10 Interrogabitur etiam nunquid teſtes examinati contra eum, ſint ei amici, an inimici: num reputet pro bonis, an pro malis,& iniquis: non aũt dicat iudex eſſe examinatos contra eum: ſed in genere interroget: imò bonum eſt, quòd ei nominet teſtes, qui non ſunt examinati contra eum, & deinde nominet teſtes examinatos in cã, vt ſic non valeat præuidere, quĩ ſint examinati contra eũ. & hæc interrogatio eſt maximi momenti, quia deprehendet iudex quæ obijci poſſunt contra dictos teſtes; & demũ pôt ſe ſummariè informare, an verũ ſit id, qđ obijcitur, vt ſic poſtea reus non poſſit falſo modo obijcere contra teſtes deponentes contra eum.

11 Finaliter circunſpectus iudex ſtudeat interrogare inquiſitum de omnibus illis, in quibus viderit poſſe tergiuerſari eum. & eludere curiam inquirentem, vt ex his valeat reſcindere omnes cauillationes, calumnias, falſas negatiuas, & quælibet alia obſtacula, quia ſic extorquebit ab eo, quas defenſiones poterit facere, & q̃ veræ ſint, & quæ falſæ, & remouet materiam fabricandi falſum, & decipiendi curiam, caueat autem, vt ſi viderit verè inquiſito competere, aliquas defenſiones veridicas, & non falſas, vt per multiplicia interrogatoria ab eo ipſas non remoueat, quia hæc faciens, reus erit gehennæ.

12 Et eſt notandum, quòd principalis examinatus excuſatur à pœna varietatis, & periurij, nñ ſi iudex præceperit ei, quod hêat rñdere, & dicere veritatem ſub pœna aliqua, & rñdit, & demũ conuincit de mendacio, tenetur ad pœnã ſecundũ Bal. notabiliter loquentem in l. ius alimentorũ. ff. vbi pu. edu. de. ſed pondera bene Bald. in vltima ſolutione cõtrarij de Lint. loquutio, quia iudicio meo videtur ſe limitare.

13 Eſt etiam amantiſſime lector notandum, quòd omnino de neceſſitate debeat reus examinari, antequam formentur, & dentur capitula, aliàs non valeret inquiſitio. ſi primò dentur capitula, & ſic formetur inquiſitio, & demum examinetur reus. vt in c. qualiter. verſ. debet igitur. de accuſ. & refert, & ſequitur Ang. de Are. in lib. maleſi. in uerbo, hæc eſt quædam inquiſitio. in 8. col. in ver. requiritur etiam.

14 Item bonum eſt, ut interrogetur vbi, & in quibus locis ſolitus eſt conuerſari reus inquiſitus, quia mala cõuerſatio, eſt malæ operationis indicium. l. ſi plures. §. quamuis. ff. de admi. tut. item inſpiciat cõſtantiam, vel vocis trepidationem, uel membrorum pallorum, & omnia in acta redigi faciat, quia ex his ſumere poteſt inidicium ut l. de minore § tormenta. ff. de quæſtio. & aduertat inquiſitus, vt in ſuo examine non dicat omnia quæ vult obijcere contra teſtes examinatos contra ipſum. ſecundum Guliel. de Bene. in repet. ca. Raynutius. in uerbo mortuo teſtatore el primo nu. 202. vbi ponit qualiter in regno Franciæ procedatur ad punitionem delictorum.

EXAMINATI LIBERENTVR ſub fideiuſſoribus. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Carcerari non debent offerentes dare fideiuſſoriam cautionem, ſi ſumus in delictis in quibus ueniat imponenda pœna infra relegationem.*

2 *Confeſſus debet ſub fideiuſſoribus relaxari etiam quando venit imponenda pœna pecuniaria.*

3 *Carcerabitur quis pœna pecuniaria ſtipulata apud acta curiæ.*

4 *Fideiuſſoribus quando, & in quibus caſibus carcerati non liberetur. &* 5. 6 7. 8 9. 10. 11. 12. 13. 14 15. 16 17. 18. 19.

20 *Fideiuſſoribus liberatus, ſi reperiantur illi fideiuſſores non idonei, poteſt iterum capi, ut alios præſtet idoneos fideiuſſores.*

INQVISITVS.

ET quia poſt examinationẽ, & comparitionem reorum ſolet multipliciter inſtari pro ipſorum liberatione ſub fideiuſſoribus, & ſuper hoc fiunt fulminatæ petitionis, inſtãtiæ, proteſtationes, & appellationes, & ut plurimũ minus bene iudices in hoc prouident, conſiderantes ſatis iuri, & iuſtitiæ eſſe ſatisfactũ per carcerationem reorũ; idcirco rogo te, vt aliqua ſummatim de his nobis dicas.

IVDEX. Placet mihi poſtulatio tua & idem ſcias, quòd quædã ſunt delicta infra

fra relegationem, pro quibus 1.ō habet locum tortura iuxta diſpoſitionem ca. regni in cip. tormenta. & in iſtis indiſtinctè nunquam peruenitur ad carcerationem oblata fideiuſſoria cautione, ut dictat text in c. ab illo inchoandum & ita intelligit, & firmat Afflict. in conſtitu. humanitate. in 5. not. uerſ. itē quęro. 8. col. & hoc procedit etiam ſi conſtaret: & eſt ſtatutum in capi. item ſtatuimus, ut nullus iuſtitiarius, nulliſque, &c. quòd incidētes in pœnam pecuniariam, ſeu bannum, dantes fideiuſſores nō carcerent. Hodie uerò Magna curia Vicariæ, malè hoc ſeruat, & etiā aliæ curiæ regiæ. Nam etiam in criminib. pro quibus non habet locum tortura, procedunt ad carcerationem, & rarò liberant ſub fideiuſſione. Et pro certo malè faciūt. Imò per nouellam pragmaticam Do. Fr. Pace, in anno 1557. ſolummodo ſtatuit q; tunc habilitationes à carcere fiunt cauſſa cognita, audito fiſco, & in banca, ubi eſſemus in criminibus ingeretibus pęnā mortis ciuilis aut naturalis uel membri abſciſſionis, aut relegationibus, ergo in criminibus infra relegationē extra bācā, & extra ordinem poſitæ ſunt, ſicque illæ fieri debent etiā nō audito fiſco. Et illa Pragma. eſt confirmata per I.D. Parafan pro regem nunc in regno & in volumine nouella pragma. redacta. ¶ Quod quidem dico
2 limitandum ut non procedat. ſi inquiſitus eſſet confeſſus, quia eo caſu, etiam ſi ueniret imponenda pœna pecuniaria, non eſſet relaxandus quis ſub fideiuſſoribus. ſecundum Bald. in l. nullus. C. de exhibend. re. & habetur per Marſ. in l. unius. §. cogniturum. in ſecunda colu. ff. de quęſtionib.
3 ¶ Item nō procedit in pœnis pecuniarijs ſtipulatis penes acta curię, quia in eis abſque ordine iudiciario fit exequutio de perſona, ut habetur in ritu magnæ curiæ uicariæ, incipien. item ſeruat ipſa curia, q;
4 quādocunque. ¶ Quędam ſunt delicta ultra relegationē, pro quibus habet locum tortura, ut in d. ca. tormenta. & tunc de iure communi, donec conficitur proceſſus. accuſatus de cā capitali debet ſtare carceratus. ut l. diuus Pius. ff. de cuſto. reo. & l. 1. C. eod. titu. & declarat Sali. in l. 2. C. de exhib. re. poſt Bald. ibi & Alexand. in leg. ſeruum. ff. ſi ex no. c. aga ſuperuenit nouiter in pręſenti regno benignitas conſtitutionis, humanitate, qua cautum eſt quòd inquiſiti de criminibus imponentibus pœnam ultra relegationem, parati dare fideiuſſoriam cautionem, nō carcerentur, niſi in decem caſibus ibi poſitis, & hæc eſt generalis regula, quòd exceptis dictis decē caſibus indifferenter offerens dare fideiuſſores, etiam ſi ſit crimen capitale, liberatur: & q; extra caſus comprehenſos in dicta regni conſtitu. nemo poteſt carcerari offerens dare fideiuſſores. & eſt c. regni in cip. item caueant iuſtitiarij, ne aliquos. ubi iudicibus contra facientibus imponitur pęna medietatis gagiorum unius anni & alia pœna arbitrio regis, nec officiales aliquos de perſona rapere poſſunt abſque conſilio iudicum, uel de mandato regio, ſi ſunt parati dare fideiuſſores; & iudices
5 male conſulentes tenentur ut ibi. ¶ Primò fallit hęc generalis regula, ut non procedat quotieſcunque de delicto, conſtaret per confeſſionem illius, qui petit ſe liberari ſub fideiuſſoribus. quia eo caſu nō liberatur, ut in d. conſtitu. humanitate. quā fallentiam intelligit dom. Pe. de Mo. for. magnus practius in d. conſtitu procedere, ubi confitens perſeuerat in confeſſione: ſecus ſi eam reuocat, & admittitur ad probādum contrarium, quia eo caſu offerens fideiuſſores deberet liberari. Afflict. autem nullam mentionem facit de hoc dicto, & ſimpliciter ſequitur fallentiam prædictā. ego credo eſſe diſtinguendum, quòd aut quis confeſſionem reuocat, & vult probare de errore, & ideo petit terminum, & ſi interim, donec de errore probet, petierit ſub fideiuſſoribus liberari, iſto caſu dicerem nō liberari, aut quis fuit admiſſus ad probandum contrarium, & probauit errorem, iſto caſu admittetur ad fideiuſſoriā cautionem, & ita loquitur do. Pet. de Mo.
6 for. ubi ſupra, ſi rectè ponderetur. ¶ Et p̄dicta limitatio habet locū in confeſſione extraiudiciali, & in facta coram actuario, non coram iudice, & non in formam iudicij, ut firmat An. de Iſer. ibi, & refert, & ſequitur Afflict. in 5. not. uerſi. ſed quid ſi eſſet confeſſus. & ſic non habet locum oblatio fideiuſſorum, ut liberetur in dictis caſibus, etiam ſi dictę confeſſiones reuocentur in iudicio, & ex hoc cōfirmat id quòd

proximè dixi, & procedit hoc dictũ, etiã ſi teſtes dopoſuerint non citata parte ſup dicta extra iudiciali confeſſione, licet cõtrarium dixerit Afflict. ubi ſupra, & hoc per ca. ab illo inchoandum. de quo plenius
7 infra dicã. ¶Secundò fallit in captis in fraganti crimine, ut habetur in d. conſtitut. humanitate, nam non liberantur ſub fideiuſſoribus: & qui dicãtur capti in fragranti crimine, uide per Iſer. & Afflict. ib. &
8 dicam ſuo loco, & tẽpore. ¶ Tertio fallit ubicunq; delictum eſſet notorium, aut publicum & perſona inquiſita eſſet infamata, & leuis uitæ, & habetur in d. conſt. humanitate. & ib. per Iſer. & Afflict. dicitur autem crimen publicum ſecundum eos, quando coraã populo, uel maiori parte populi factum fuit, & teſtes examinati depoñũt de crimine facto, quòd patratum fuit coram populo, uel multis aſtantibus. item dicitur crimen publ cum, ubicunque ſit factum in iudicio, ut ibi latè per eos declaratur, & dicam infra. ſubdit tamen Afflict. unum notabile, quòd ſi uere probatur fama publica de delicto .i. cum omnibus circumſtãtijs debitis, & à iure requiſitis, quòd neutiquã admittitur ablatio fideiuſſorũ, de publico, & notorio delicto, ſubdit et. ã Afflict. in § no. licet delictum ſit notoriũ ſi tamen per inquiſitum allegatur legitima exceptio, vel excuſatio, nõ debet cauſã defenſionis in uinculis dicere. quòd quidem quomodo procedat infra dicemus.
9 ¶ Quarto fallit, ſi ſit crimen læſæ maieſtatis, quia in eo debet inquiſitus in uinculis ſe defendere: & hoc procedit; etiam ſi nihil punitus conſtaret, ſed tantummodo eſſet ſuſpicio de crimine, ut probatur in d. conſtitu. humanitate. & ibi Affl. in 10. nota. & hoc ſecundum Bartholo. de Capua, ibidem procederet in crimine læſæ maieſtatis, uidelicet in offenſione regis, uel ſuorum collateraliũ. non autem in alijs caſibus, in quibus etiam committetur crimẽ læſæ maieſtatis. quod quidem uidebatur Afflicto non procedere, ſed habere locum generaliter in omnibus caſibus, in quibus crimen læſæ maieſtatis committitur, licet poſtea dicat, eſſe cogitandum propter authoritatem domini Bartho. de Cap. & infero ex hoc, ꝙ in iſto caſu ꝓcedit, & habet locum id, quod dicitur in ca. nuper apud

Tranum. ut ſuo loco et tempore dicemus.
10 ¶Quinto fallit, ſi culpatus fuiſſet bannitus pro alia cauſa, ut ibi, quod quidem procedit, niſi purgaſſet cõtumaciam, & extra ctus eſſet a banno, quia tũc admittitur extra carceres ſub fideiuſſoria cautione, ut ibi habetur per domi. Barto. de Cap. & dominũ Pet. de Mon. for. & ibi Affl. & dicta fallẽtia procedit, etiam ſi fuiſſet bannitus per aliam curiam, & non per curiam nunc procedentem, dummodò ambæ curiæ dependeant ab eodem ſuperiore, ut ibi dicit Afflict. in 13. not. uerſic. ſed iuxta præmiſ-
11 ſa quarto. ¶Sexto fallit, quando quis non poteſt dare fideiuſſores, quia tunc debet in carceribus ſtare, ut in dicta conſtit. humanitate. & licet dare uelit extra locũ iudicij in terra ſua, non auditur, ut ibi dicit Afflict. in quarto nota. uerſi. item uidi dubitari. ubi refert. ita uidiſſe practicatum.
12 ¶Septimò fallit, ſi ſit quis conuictus, nam tunc quantumcunque offerat fideiuſſores non auditur, ut dicit gl. in dicta conſtitutio. humanitate. & habetur in l. 2. C. de executi. rei iudi. & C. de cuſt. reo. l. ſi quis ea. & concordat cap. ab illo inchoandum,
13 ut infra dicam. ¶Octauo fallit, ſi quando quis eſt deportandus per pręſidem, donec princeps reſcribat. p tex. in l. inter pœnas
14 § præſens. ff. de inter. & rele. ¶ Nono, ſi quando exactor plus recepiſſet, quam eſſet ei conceſſum, quia carcerabatur, ut in auth. ut. ut li. ma. & au § hoc quoque.
15 ¶Decimò, ſi mittitur delinquens carceratus, & nõ ſunt præſentes accuſatores, quia detinebitur in carceribus. donec accuſan-
16 tes veniant. ¶ Vndecimò fallit, ſi iudice pro tribunali ſedẽte quis deliquit, qa non liberatur ſub fideiuſſoribus, ut habetur in dicta cõſtitutio. humanitate. & ibi per Af-
16 flict. & Iſer. ¶ Superuenit poſtea ca. ab illo inchoãdum, quo cauetur, quòd ſtatim ac plenè conſtat de delicto, poteſt procedi ad capturam & carcerationem, & oblata fideiuſſio reijcitur. & dicit conſtare de delicto, etiam ſi proceſſus nõ ſit legitimatus, vt ibi late habetur p Pe. de Mon. for. & Luc. de Penna, & Bartho. de Capu. & per Afflict. in cõſtitu. humanitate. in 5. no. uerſic quarto pro declinatione. demum ſuper uenit ius nouiſſimum, ritum magnæ curiæ, quo cauetur, quòd licet non conſtet

plenè

plene de delicto, ſed ſemiplene tantum, proceditur tamen ad carceratione & capturam,& defendet ſe inquiſitus in carceribus, ut habetur in ritu incip.ite ſi accuſator aliquis uel ex officio, &c. quem ritu refert Affl.in d.conſti. & dicit fuiſſe caſſatum, & non ſeruari in 5. no. uerſi. rurſus quo.ſed dictum ritum dicunt ſeruari Luc. de Pen. & Ioan. Chrip. epi. teati in addi. ad ca. illud.ab illo.inchoandum ut habet in opere Barth. de Cap.& ita quotidie in regno ſeruatur & conſt. humanitate peni tus aboleuit. & practicatur doctr. in Bal. in l.nullus.C.de exhi. re.in fi. etiam quo ad locum carceris,& parũ curat de quere lis quæ fiunt officialib. ꝙ carceraſſent & non liberaſſent ſub fideiuſſoribus reos.

18 Vnum, tamen non puto omittendum, quòd in caſu,quo ſecundum prędictas de terminationes aliquis eſſet libertãdus ſub fideiuſſoribus & non carcerandus,ſi alias aufugiſſet de carcere, non debeat liberari ſecundum gl.no.in uerbo.uinculis.& Ludo.Ro.in l.lege.ff.ad Sylla.& Ang.Aret.in lib.maleſi.in uerbo.fama publica.in mate ria carcerationis,prima col.

19. Item in crimine falſi non eſſet quis liberandus ſub fideiuſſoribus, etiam ſi pro eo ex forma ſtatuti ueniret imponenda pœna pecuniaria, ut habetur per Nel.in tracta.banni.in 3. parte 2.tempo. 11.q.& per Marſ.in pract.cri.in §.atringam nu.8. licet loquatur per uerbum forte. Tu autẽ adde,quòd crimen.falſi,nullum aliud ſpeciale,habet niſi quia pro ſuſpicitione põt procedi ad carcerandum uerum ut oblata fideiuſſione non debeat procedi ad liberationem etiam ubi ſtatutum dictaret,quòd pœna pecuniaria imponeretur, hoc non

20 dicit Nel.nec ego affirmo.Et eſt aduertendum, quòd ſi iudex aliquẽ fideiuſſoribus liberauit, ſi poſtea uidenrur fideiuſſores non idonei, poteſt iudex iterum capi facere illum reum relaxatum, & cogere eũ, quod alios præſtet fideiuſſores,quib.præſtitis illi primi fideiuſſores, ſunt liberati, ſecundum Bal.in l.1.pri.col.ff.ſiquis in ius uoca.non ierit & refert.& ſeq.Marſi.in d. pract.cri.§.attingam nu.10.

VEL CARCERENTVR.
Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Carcer non datur ad pœnam.*
2 *Carceratio eſt prohibita in duriſſimo loco.*
3 *Carcerati non debent ferreis manicis oſſibus inhærentibus grauari ſed ita debent cuſtodiri vt non fugiant,non vt permittantur* 4
5 *Nobilis non ita debet duriori carceri mancipari,ſicut plebeius.*
6 *Carcerari non ita debent ſenes ſicut iuuenes.*
7 *Item non ita de proximo liberandi. ſicut alij.*
8 *Carcer qualis eſſe debeat.*
9 *Fœminæ non ſunt carcerandæ in loco maſculorum.*
10 *Carcer eſt triplex.*
11 *Carceratus an dicatur, ſiquis ſtat in palatio cum cuſtodibus.*
12 *Iudex tenetur uiſitare carceratos. Et quid debeat facere* 14 & 15.
13 *Accuſator an teneatur ſubminiſtrare expenſas cercerato.*
16 *Carcerati infirmi debent curari. & quid ſi petant ſe liberari.*
17 *Carcerari an debeat quis pro delicto antiquo.*
18 *Pœna ubi venit minoranda, debet eſſe pecuniaria.*
19 *Contractus initus per carcera um, an valeat nec ne.*
20 *Vaſſalli an teneãtur ad cuſtodiam carceratorum.*
21 *Capiens homines propria authoritate,an puniatur de vſurpata iuriſdictione.* 22.
23 *Carceratus omni die dicitur grauari, & ſemper poterit appellare.*
24 *Carcerati ſunt ſub protectione curiæ.*
25 *Carceratam mulierem cognoſcens carnaliter qua pœna puniatur.*
26 *Carceratus an in carceribus poſſit recommandari ad inſtantiam alterius curiæ.*

FISCVS.

Ecce iam vidimus, quando, & qualiter inquiſitus debeat ſub fideiuſſoribus liberari, quia uero aliqui ſunt caſus in quibus dixiſti debere inquiſitum carcerari,dices,ſi uiſum erit,iã nobis aliqua in materia carceris. IVD. Carcerationis

materia

eorum in 4.nota.uerſic 5.opinio eſt & plenè per Gramma.in deciſi. 33. ubi habetur,
10 ubi debeant fœminæ carcerari. ¶ Eſt enim carcer quoad materiam noſtram triplex.primus carcer eſt terminis pœnæ,& imponitur a iure canonico, & de iure regni in pluribus caſibus. primo, ſi medicus medicatur abſque approbatione & licentia, per annum carceratur, in conſtitut. ſiquis amodo,& ſequen. cōſtitutio. ſecundo ſiquis dederit amatoria pocula, ſi mors non ſequatur, per annum carceratur, ut in conſtitut. amatoria pocula. item proijciens lapidem ex alto, aut ramum, aut ſeipſum præcipitans, ſi incautè, & in loco habitabili contingat facere, hominem occiderit, pœna carceris annalis punitur.ut in conſtit.pœnam præcedentem. item ſi aliquis iudex iniuſtè torſerit aliquē, ſi ex tortura minimè fuerit mortuus pœna carceris biennalis plectitur. ut ca.ſi iuſtè quis. ſunt & alij, quibus de iure regni carcer datur ad pœnam, quos ꝓ nūc omitto. Secundus carcer eſt, quando quis retinetur pro criminis inueſtigatione.ut l.1 1.de exhi.re. Tertius eſt carcer, quando quis eſt cōdemnatus, & detinetur in carcere,ut ſoluat cōdemnationem,uel donec de eo fiat executio, ut congerit Ange.de Are.in lib.male,in uerbo,fama publica in materia carcerationis, & uide Caſſan.in conſue.Burgu.in tit des iuſtices. rubr. pri-
11 ma.fol.30.nu.99 ¶ Et ibi dicit.Ang.quòd ſiquis ſtat in palatio cum cuſtodibus,non dicitur carceratus.allegat.text. cum gl. & ibi Barto.in l. fi. C.de cur. & ſta. libro 12.
12 ¶ Et aduertat iudex quòd tenet̃ uiſitare carceratos, & curare quòd habeāt neceſſaria,eis.ut C.de epiſ.audie. l. 2.& in hoc eſt prouiſum per regni conſtitu.humanitate. quòd ſi inquiſitus eſt adeò pauper, quòd non poteſt ſibi miniſtrare expenſas, curia
13 tenetur ei ſubminiſtrare. ¶ Et an accuſator teneatur ſubminiſtrare, uide Boer. in deciſi.325.in ſecunda parte.ubi etiam habetur, an teneat̃ ſubminiſtrare ſumptus & expēſas in litem accuſato per eum,ſi eſt adeò pauper,quòd ſe defendere nequit & dicit.quòd ſic. & quod ita in pluribus cau
14 ſis fuit iudicatum. ¶ Debet etiam iudex, dum uiſitat carceratos, uidere an aliquis ſit carceratus ſine cauſa, uel ſine delicto. ad nullius petitionem, ut eum ex mero officio excarcerari faciat. ut nota Bart. in lege ſiquis uxori § ſi fugitiuum.ff. de fur. & Pau. de Caſt. conſilio 44 in prima impreſſio.& ſequitur Angel.de Aret in lib. maleſi. in uerbo, fama publica. in materia carcerationis.ſed bene aduertat iudex, qualiter mandet quem captum relaxari, ne poſteà teneatur parti, uel fiſco, ut ibi monet. & docet Angel. & Par. de Pu. in libro ſynd in uerbo,captura ue.licet dica
15 tur. ¶ Et de hac uiſitatione carceratorum bene fuit prouiſum per ſac.Cæſ.ma.Caro. 5 Imperat.pragma incip. mandamus inſuper.qua cautum eſt, quòd ſingulis hebdomadis unus ex regentibus cancellariā regni cum uno ex conſiliarijs, ſacri conſilij in Caſtro Capuano uiſitet magnam curiā uicariam & cauſas carceratorum audiat, & earum celeri expeditioni uacet. ne diutius in carcere macerentur,ſed noxij dent pœnas legib.debitas,innoxij indebitas nō luant. & ita hodie ſeruatur, & hodie per aliam pragmaticam eſt ordinatum quòd qualibet hebdomada unus iudicū criminalium uiſitet carceratos perſonaliter, & procuret ne eis aliqua deſint,& hoc in anno 1554. & eſt redacta in libro pragmatica per Don. Paraſanus Viceregem. Et quid debeat facere iudex, quando aliquis carceratus eſt infirmus. & petit ob hoc ſe liberari, uide Par. de Pur. in libro ſyndic.in uerbo,tortura uerſ.officialis poſuit
15 ad chordam. col.4 ¶ Debent etiam carcerij infirmi curari, nec permitti debent ut ſtent abſque regimine, ut ſic moriātur, quia iudicibus imputatur. & ideo bene ſtatuit Imperator noſter Caro.V. in pragmā.incip:en.pro cura pauperum.quòd de publico ſalarientur duo medici,unus Phyſicus alter chirurgicus. qui habeant uacare circa curam carceratorum,& etiam deputet̃ aliquis,qui habeat uocare circa curationē eorum, & ſi aliquis eſt carceratus & commodè in carcere nō poteſt curar & infirmitas eſt grauis,habita fide medic de hoc debet ſub fideiuſſoribus liberari dei
17 redeundo habita recōualeſcentia. ¶ Conſiderare etiam debent iudices circa qualitatem, modum, & formam carcerationis, & etiam circa ipſum carcerem, an dari debeat,& an delictum ſit antiquum,an non

per. l. ſi diutino. ff. de pœn. quia ſi & per legis diminuitur pœna, quanto magis diminuendus eſt carcer, uel realiter tollendus, ut iudici uidebitur? carcer enim depẽdet a pœna.l.diuus.ff. de cuſto.reo.hinc eſt ꝙ in regno, ubi ueniit imponenda pœna vitia relegationem, habet locum carcer. ut in capi. tormenta. & latè per Affli. in conſtit. humanitate & ſic eſt ſequela, quia non poteſt eſſe maior ſuo principali l.iuſtiſſime.§ 1.ff.de ædi.edi.§ fideiuſſor. in fi.inſti. de fideiuſſ.l. ſi emptione cũ gl. uerſ.acceſſio.ff de contra.empt.ſed immediatè ſequitur naturam ſui principalis. l. ſi.& ibi Bart.C. per quas per no. acqui.& cle.2.& ibi Car.de præben. Fran. Are.in l.
18 ex duobus.§.etiam.col.3.circa prin. uerſ. Bal.tamen.ff. locat. ¶ Et ex hoc infero, ꝙ etiam ſi pro delicto ueniret imponenda pœna mortis,& ex diutino tempore eſſet minoranda, quòd ubi minoratur ex diſpoſitione iuris,uel aliter,debet eſſe pecuniaria, uel al.a, quę corpus non affligat, ut late Gramma.conſ.36. in fin.& ſic in ꝓprijs terminis ex diuturnitate temporis conſuluit Gram.in conſ.39.& cum redigatur ad pęnam pecuniariã, nõ debeat quis pro eo carcerari: & quòd ubi delictum eſt antiquum, non habeat locum carceratio. eſt de hoc ritus in regno Siciliæ, ut refert Capit.in deciſio.154.incipien in cauſa domini comitis. & ita al.as obtinui in facto Salerni.ſed nunc aduertas,quòd prædictę conſiderationes procedunt, & habent locum,quo ad factum principale nõ autem circa inueſtigationem criminis, & detentionem perſonæ quia in his conſideratur natura delicti, non diſpoſitio iuris alterãs ſeu diminuens pœnã.hinc uidemus multos caſus, in quibus pœna uenit minoranda ex diſpoſitione iuris:& tamen habet locum tortura bene tamen fateor,quòd mitiùs eſt carcerandus delinquẽs ex delicto antiquo,quàm ex delicto de recenti, & totum committitur iudicis arbitrio. ¶IN-
19 QVISIT. Vtrum contractus initus per carceratum ualear,nec ne? IVDEX.Aut eſt carceratus in priuato carcere & clarũ eſt, quod non ualet.ut conſuluit Bal in cõſil.217.in 2.lib.& Franc Areti.conſil. 14. 12. colu. ſi uerò eſt carceratus in iudicio, & tunc aut fit contractus in utilitatẽ carcerantis,& non ualet ſecundum Bal.in l. unica.C.de confeſ.in 7. col. & de utroque dicto eſt deciſio Afflict.in deciſio. 149.ſed dubium ſtat, an ualeat ſi contrahit in utilitatem alterius,quam eius, qui eum carcerari fecit, & de hoc eſt deciſio Afflict. in deciſione.246. ubi dicitur, quòd ualet uide pro hoc Marſ.in praxi.crim.§.attingam.numero uigeſimoprimo.ubi plenius & quid de cautela, qua vtuntur notarij faciẽtes exire carceratum extra carceres, ut ſic contrahãt,uide ibi.nu.24.et ſequentib. metus carceris durat etiam extra carceres; in tantum quòd ſi aliquis ſe obligauit in carceribus, etiam ſi ſoluat extra carceres, præſumitur per metum, quia non præſumitur purgatus metus quando ſemper inſtat l.penul.ff.quod met.cau.conſuluit Calcan. conſilio centeſimodecimotertio, & Dec. conſilio 219. uiſo puncto. columna tertia.& Rebuf.in tract. de reſci. contra gloſſa. uigeſimoſecundo numero 3.ſecundo tomo,& hæc teneas menti.pro his qui faciunt exire carceratum de carcere ſcientem quòd eſt reuerſurus. ¶FIS.
20 Vtrum poſſũt ſubditi aſtringi pro officiales ad cuſtodiam carceratorũ? ¶IVDEX. Dicas, quòd non, ut habetur in capitulis regis Caroli ſecundi, & firmat Afflict. in conſtit. caſtellani, in primo nota. ¶FI-
21 SCVS. Quod ſi aliquis priuatus propria authoritate capit arreſtat,uel detinet homines,an is puniatur de vſurpata iuriſdictione? IVDEX.Dicas, quòd non: ſed habet locum pœna ſtatuta per c.regis Caroli primi, quod incipit contra effrentas, Sed tu adde quòd ca. illud contra effrenatas, uidetur expreſsè ſencire contrarium. & expreſſius uoluit text.in l.1.C.de priua. car.etiam tex.in c. amplius. nulli permittit capturam in criminibus publicis, ubi abeſſet magiſtratus,& ſi in eo caſu quis capitur non poteſt detineri ultra duos dies alias cõmittitur crimen priuati carceris. & uide ea quæ dixi ſuprà in uerbo audiãtur excuſatores. in ſecuuda impreſſione. FIS.Sed quid ſi quis unum hominem tantũ cęperit, arreſtauerit, uel detinuerit;an
22 ſit pęna corporalis? IVDEX. Afflict. in conſti.duram. & diram.in 4. not.dicit, quòd Neapo.in d.ca.contra effrenatas .d.cebat, ꝙ erat pœna legis Iuliæ de ui pu-

ſi cum

ſi cum armis: & ſi ſine armis de ui priuata ut l 5. in princ. ff. ad l. Iul. de ui. pu. & q͂d poterit ẽt puniri de priuato carcere. & dicit eſſe tex. in cap. terrerij, & in c. ꝙ nulli. ubi expreſſe dicitur, quòd ſi priuatus hominem ceperit authoritate propria, ubi non eſt magiſtratus, & tenuerit ultra per duos dies incidit in pœnam priuati carceris: & ſic hodie in regno quis non incidit in pœnam priuati carceris, retinendo, quẽ carceratum per duos dies, ut etiam firmat ipſemet Afflict in conſt. pœnam. in 18. no. Ego. n. ſatis dubito de hoc dicto, nam licet Affli. Id dixerit, & ego alias ita tenuerim, ut hic; tamen dictum docto. debet intelligi ſecundum tex. in quo ſe fundat, iõ cum tex. in d. c. amplius nulli, loquatur q͂n quis capit aliquem in criminibus publicis, & magiſtratus abeſſet non eſt ſumẽda regula quòd non comitatur crimen priuati carceris ſi non detineatur ultra duos dies, & ſic quòd per duos dies ſit licitum & non ſit priuatus carcer. ut dicit Afflict. corrigeretur enim l. 1. C. de priua. car. q͂d non eſt dicendum. legum enim correctio ei. itanda. Et ideo ſi in alio caſu præterquã in criminibus publicis capiatur aliquis, habet locum tex. in d. l. 1. & ita alias habui in facto, & dicam forte in d. conſt. pęnam

23 eorum, ſi Deus permittet. Sciendũ tamen eſt quòd carceratus omni die dicitur grauari, & ideo tanquam à nouo grauamine põt omni die appellare. ſcd'm Spec. in tit. de appella. §. reſtat. uerſi. & q͂d dices Bald. in l. 2. in 2. col. in fi. uer. 11. q̃ro. C. de epiſ. audien. & in l. 1. C. ſen. reſcin. non po. plene Mar. in prax. crimi. § attingam nu. 10.

24 Item ſciendum eſt. quod carcerati dicũtur eſſe ſub protectio curiæ, adeo, quòd occidi non poſſunt ſtante ſtatuto, quòd banniti poſſint occidi, ſecundum Bart. in l. in laqueum. ff de acqui. rc. do. & probat̃ in l. fin. C. de cuſto. reo. & firmat Marſil. in l. 1. num. 5. ff. de ſicar.

25 Et adeo eſt uerum, quòd carcerati ſunt in protectione curiæ, quòd ſi aliqua meretrix publica reperiatur carcerata, cognoſcens eam carnaliter punit̃, ac ſi cognouiſſet mulierem honeſtam ſecundũ Par. de Put. in lib. ſyndic. in uerbo, adulterum & per Marſi. in ſingu. 150. incip. acceſſus ad meretrices. & in d. l. numero. 8. in fina.

26 FIS. Quòd ſi aliquis carceratus reperitur in carceribus magnifici Strategi Salerni pro uno delicto, & magna curia uicaria ſeu regia prouincialis audientia ſcribat, quod eundem habeat inquiſitum ſuꝑ nonnullis alijs delictis & ideirco p̃eipiendo mandet ꝙ tute ipſum detineat, quid faciet Strateg. ut non incidat in pœnam?

IVD. Non eſt dubitandum, quin alius officialis poſſit recommendare in carceribus carceratũ per alium iudicem pro alijs delictis. ut uoluit Ange. in lib malefic. in uerbo. fama publica in 12 colum. de quo pleue per Marſi. in prax. cri § attingam. nu. 33 debet tamen primus iudex procedere in cauſa uſq; ad ſententiæ prolationem. & demum proceditur ad inſtantiam alterius iudicis pro delicto recommendato. & hoc quando recommendatio fit ad proceſſum. ſed ſi primus iudex condemnauerat carceratum ad pœnam mortis naturali, non impeditur executio propter illã recommendationem, ſi uero condemnauerat ad minorem pœnam, & facta eſt recõmendatio ꝑ delictum in quo cadit maior pęna, tunc facta condemnatione in prima tradetur alteri iudici, ut tenet Bar. in l. 2. § ſi ff. de cuſt. reo. & hoc uerũ intelligas, ubi primus iudex non habet poteſtatem in carceratum cognoſcẽdi de illo delicto, de quo per magnam curiam uicariã uel alium iudicem facta ſit recomendatio uel ratione priuilegiorum non deberet cauſa ad ipſum remitti.

AVDIANTVR EXCEPTIONES proponendæ per eos. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Iudex tenetur declarare, an procedat per querelam, an vero ex officio, & edi debet copia querelæ.*

2 *Accuſator tenetur declarare, ſi intendit facere partem in iudicio.*

3 *Accuſator non teneatur ſe inſcribere ad pœnã talionis.*

4 *Filius familias ſi accuſat, tenetur ſe obligare de conſenſu patris.*

5 *Clericus ſi accuſat, teneatur præſtare aliquos, qui principaliter ſe obligent.*

6 *Accuſator*

Accuſator tenetur præſtare fideiuſſores de ſolvendis expenſis.
7 Accuſatore non præſtante fideiuſſores, vel nō ſe obligante in caſu, quo tenetur, an procedatur.
8 Accuſatori non proſequenti accuſationem, an poſſit imponi perpetuum ſilentium.
9 Accuſatio debet continere ſubſtantialia. l. libellorum. nu. 10. 11. 12.
13 Accuſator debet legitimare perſonam ſuam. nu 14.
14 Exceptio illegitimitatis perſonę poteſt opponi contra accuſatorem.
15 Mulier an, & quando accuſet. nu. 17.
17 Mulier & quando accuſet nu. 6
18 Vxor poteſt accuſare de morte mariti.
19 Mater an poſſit accuſare de morte filij.
20 Pater præfertur matri in querela de morte filij.
21 Pater remittente querelam de morte filij, an mater accuſet.
22 Soror an poßit accuſare de morte fratris, ſi frater remiſſit.
23 Mulieribus competit ius vindictæ per viam iuſtitiæ.
24 Commater poteſt accuſare de morte ſui compatris.
25 Accuſari an licet alieno nomine nu. 26.
26 Accuſari an poßit, qui ſemel deſtitit a querela nu. 28.
29 Accuſator quando videatur deſiſtere numero 30.
31 Tranſactio in criminalibus an ſit permiſſa.
32 Accuſare alius an poſſit ſi eſt tranſactum cū patre. & quid ſi cum parte, & curia.
33 Accuſatore deſiſtente in crimine uſurarum, an iudex poſſit procedere.
34 Accuſari an quis poſſit perempta inſtantia.
35 Accuſare quis prohibeatur, remiſſine videat.
36 Accuſatio popularis eſt in regno ſublata.
37 Accuſare omnes poſſint, ſi proſequuntur ſuā vel ſuorum iniuriam.
38 Filius familias an poſſit accuſare abſque conſenſu patris.
39 Accuſare an poſſit laicus clericum primæ tonſuræ.
40 Accuſator pendente ſua accuſatione, non poteſt recuſari.
41 Accuſatio facta à perſonis prohibitis parte nō opponente, an procedat.
42 Accuſare qui prius poſſint, & qui prius admittantur, & an negligentibus illis admittantur alij quorum minus intereſt.
43 Pater in accuſando de morte filij, an præferatur filijs, & nepotibus ex filio occiſo.
44 Pater, an quando poſſit remittere iniuriam factam filio.
55 Abbas, ſeu prior monaſterij, an præferatur patri monach. querela de morte monachi.
46 Pacem an ſufficiat habere à maiori parte.
47 Accuſare an poſſit ſocius de morte ſocij.
48 Accuſator de falſitate an teneatur declarare in qua parte prætendatur falſum.
49 Dies commiſſi criminis an debeat declarari.
50 Accuſans aliquem de voluntate Titij ibidem præſentis, an videatur accuſare de mandato Titij.
51 Accuſare an poſſit concubinarius eum, qui carnaliter cognouit concubinam.
52 Accuſatio contra ſyndicum, quòd nō denunciauit delictum quomodo debeat fieri.
53 Accuſatio memorię hominis intra quantū tempus fiat.
54 Accuſatus ab vno, an ab alio accuſari poſſit.
55 Accuſare an alij poſſint remittente offenſo.
56 Accuſatio de pace rupta cui competat.
57 Accuſatio criminalis an detur pro leuiſſima culpa.
58 Accuſator an, & quando dicatur in euidenti calumnia nu. 59.
60 Accuſator, qui diu ſtetit ad accuſandum; eius accuſatio redditur ſuſpecta
61 Accuſans de inſultu qualiter debeat formare querelam.
62 Accuſator an debeat interrogari ſuper eo, quod excludat delictum.
63 Mandatum de querelando debet continere omnes ſolemnitates, quas debet continere querela.
64 Exceptio, quòd quis non poteſt accuſari, eſt dilatoria.
65 Denunciator debet iurare.
66 Vulneratus ſi fecit querelam de vulnere, & demum moritur, an poſſit procedi ex eodem iudicio intentato.

FISCVS.

ET quia carcerato reo ſolent opponi nonnullæ exceptiones per eum ad impediendum litis ingreſſum, & proceſſum ad vlteriora, & ne poſſit procedi ſuper querela, vel inquiſitione, idcirco

circo, ſi placet, de eis aliqua dicamus.

1 IVD. Votis vtriſq; tuis ſatisfaciam. Arrige aures, & attende his omnibus, quæ tibi dicam. ſciendum eſt, quòd ante omnia ſolent inquiſiti petere, quòd declaretur, ſi procedirur ad querelam, uel ex officio. quod quidem declarare debet iudex, & facta declaratione, quòd ad querelã procedit, ſolet peti copia querelæ, ut ſuper ea diſputet, & edi debet per l. edita C. de eden. cum ſim.

2 Quia edita ſolet peti, quòd mandetur querelanti, quòd declaret, ſi intendit facere partem in iudicio. ad quod tenetur iudex, quia per ſolam querelam, inſtigationem, & ſolicitationem non intelligitur querelantem facere partem in iudicio, ſed oportet declarari. ut dicit Maria. in ſuo Specu. aureo, in ſexta & ultima parte

3 principali. nu. 12. quod eſt notandũ. ¶ Facta aũt declaratione per querelantem, quòd intendit facere partem in iudicio, ſolet ſimiliter inſtari, quòd accuſator non aliter admittatur, niſi ſe inſcribat ad pœnam talionis, & det fideiuſſorem de lite proſequenda, ut tenetur facere de iure communi. quòd ſi nõ faciat, mouendus erit, & ex contumacia extraordinem ordinem puniendus, & condemnabitur aduerſario in expenſis, ut eſt textus in l. 3. C. qui accuſa. non poſ. & ad hoc, ut ſciatur, quando requiratur inſcriptio, dicit Bald. ibi, quòd de maleficiis cognoſcitur quatuor modis, videlicet, per accuſationem, & tunc eſt neceſſaria inſcriptio: quod fallit in crimine adulterij ut l. quãuis. C. de adul. ſecundum Sal. ibi item fallit in crimine abigeatus. l. 1. C. de abi. proceditur etiam per uiam inquiſitionis, & tunc non eſt neceſſaria inſcriptio quia non ad paria debet iudicari iudex, & malefactor, aliquando proceditur per viã denunciationis, & tunc etiam non eſt neceſſaria inſcriptio. l. diuus. ff. de cuſto. reo. aliquando per uiam exceptionis cognoſcitur de crimine, & etiam non eſt neceſſaria inſcriptio. d. l. diuus. & ita dicit Bald. poſt gl. ſed ibi Sali. in vltimo caſu quando proceditur per uiam exceptionis latius exorditur dicens, quòd aut excipiens ſtat in meris finibus exceptionis, & tunc non debet fieri inſcriptio per gloſſam ibi, rationibus, de quibus per Sal. aut excipiens non ſtat in meris finibus exceptionibus, quia non tantum excipit, ſed etiam puniri petit & tũc ſe inſcribere debet. quia ex eo capite, quo puniri petit, agit, & accuſat, aut procedit per uiam contradictionis, non n. eſt contradictio proprie exceptio ſed eſt alicuius actus impeditio. puta, ſi opponatur alicui crimen, ut excludatur a promotione alicuius beneficij, honoris, & dignitatis; & tũc diſtingitur, aut ante confirmationem, & inſcripcio non eſt neceſſaria, aut poſt cõfirmationem, ne electus in epiſcopũ confirmetur, ſeu conſecretur; uel ne iterũ cõfirmationis tranſeant; uel ne alius actus neceſſarius fiat; & tunc eſt neceſſarium, quòd ſe inſcribat ad pœnam extraordinariam, nam ſimilitudo ſupplicij; non poteſt habere locum: & eſt ratio, quia non tantum ab obtinendo, ſed ab obtento repellitur, & ita dicit Sal. ubi ſupra. & cum hac opinione tranſit etiam Ang. & ibi ſubdit, quòd licet obijcienti crimen ad meram repulſam nõ incumbat ſe inſcribere, tamen poteſt contra eum agi actione iniuriarum, ſi obiecit crimen contra parentem, uel patronum; ſecus ſi contra alium. dummodo non probauerit per potentiam aduerſarij, quòd deceptus fuit a teſtibus, & tunc apparet, quòd non animo iniuriandi iniecit & ideo iniuriarum non tenetur, ſimiliter puniatur excipiẽs ad meram repulſam in cauſa electionis prælati, & dicunt etiam omnes Doct. quòd d. l. qui crimen. licet videatur uelle inſcriptionem neceſſariã in publico crimine, tamen idẽ eſſe in crimine priuato. & dicit etiam Bal. in d. l. quòd aut accuſator in totũ deſiſtit ſine punitione; & tunc punitur pœna Turpiliana l. 1. C. ad turpuli. aut accuſator tantum diſtulit, quòd inſtantia eſt perempta lapſu biẽnij, & tunc punitur quarta parte bonorũ, & efficitur infamis. ut C. ut intra certum tem. l. 1. aut accuſator eſt contumax intra tempus inſtãtiæ differendo proceſſum: vt quia cum poſſit procedere, tamen contumaciter non vult procedere; & tunc punitur arbitrio iudicis per qualitatem delicti & contumaciæ, ita loquitur ſupra cle. lex. ſed an admiſſio inſcriptionis uitiet proceſſum? dicunt Doct. quòd non. & an, ſi non eſt data fideiuſſio de lite proſequenda, vitietur proceſſus? dicunt etiam ibi Docto. quòd non, forma enim inſcriptionis erit

quod iurabit accuſator non animo calumniãdi querelam ſe propoſuiſſe: item iurabit, ſe ſubiturum eandem pœnam, ſi non probar, quam reus pateretur, ſi probaret. & præſtabit fideiuſſorem de lite proſequenda, ut pulchre tangit Ang. de Aret. in lib. malefi in uerbo, nec non ad querelam prima col. ſed Ange. in d. l. qui crimen. dicit, quòd inſcriptio prædicta nõ eſt in uſu hodie. & Spec. in titu. de accuſa § ulti. uerſic. item quòd nõ ſecte. dicit, quòd hodie de conſti. multarum regionum non fiunt inſcriptiones: & iſta conſtitu. valet & dicit etiam Gandi. in titu. quis poſſit accuſare. quòd hodie receſſerunt ab aula iſtæ ſcriptiones: ſed tu regnicola aduertas, quòd de iure regni eſt introductum, ꝙ accuſatores ſe obligent ad certam pœnam pecuniariã de probando, ut dic. ritus magnæ curiæ uicariæ incip. item, quòd curia ipſa. & in alio titu. incip. itẽ curia ipſa cognoſcit, & eſt ſublata inſcriptio ad pœnam talionis, ut firmat Affl. in conſtitu. pœnam calumniæ. & aduertas etiam, quòd tempore meo nunquam uidi ſeruari dictos ritus de obligatione accuſatorum.

4 Sed ſi eſt filiusfamilias ille qui denunciat ſeu accuſat, tenet̃ ſe obligare, cui quidem obligationi eſt neceſſe, ꝙ pater conſentiat, uerum ſi habuerit bona caſtrenſia, uel quaſi caſtrenſia, tenet̃ ſe ſimiliter obligare, & obligationi conſentiat pater, uel eſt neceſſe, ꝙ aliquis principali noĩe ſe obliget, & non p modum fideiuſſoris, ut dictat ritus magnæ curiæ uicariæ inci. item ſeruat ipſa curia, quòd quãdo & ſeruatur.

5 Et ſimili modo, ſi eſt clericus ille qui accuſat ſeu denunciat, tenetur aliquos pſtare, qui principali nomine ſe obligent de non ſe concordando abſq; curiæ licentia. & de probando, & clericus nõ ſe obligat, ſed illi ſolum principaliter ſe obligant ſi clericus eſt miſerabilis pſona, uel eccleſiaſtica, ut dictat ritus magnæ curiæ uicariæ incip. itẽ ſeruat ipſa curia, ꝙ qñ clericus.

6 Et ſi querelator eſt aduena, & non poſſidet in loco iudicij, tenetur præſtare fideiuſſores de ſoluendis expenſis, quia tenet̃ ad expenſas abſoluto accuſato, ſecundũ Bar in l. cum ſatis 1. colum. uerſ. quod moderator. C. de agri. & cen. lib. 19. Imo etiã ſi poſſidet immobilia in loco iudicij tenetur præſtare fideiuſſorem de expenſis, & ita ſeruatur.

7 FIS. Sed pone, ꝙ in caſib in quib. accuſator tenet̃ ſe obligare, uel pſtare fideiuſſoriã cautionẽ de ſoluend s expẽſis, id facere nõ põt, nunqd ulterius pcedet̃ cõtra accuſatũ, an abſoluet̃ ab inſtantia iudicij?

IVD Dicas, ꝙ ſi eſt caſus, in quo ex officio põt procedi, pcedet̃ ad ulteriora ex officio, quia vr̃ pars deſiſtere: qua deſiſtẽte curia proceditur ut eſt c. regni mei. Robertus Dei gratia, &c. Ad conſultationem.

8 INQ. Sed vtrum iſto caſu ad petitionẽ inquiſiti poſſit, & teneatur iudex imponere perpetuum ſilentiũ accuſatori an non?

IVD. Dicas, quòd ſic, quia qui non inſtat quotidie accuſationi, non dicitur accuſaſſe. ſecundum Bart. in l. eum § 1. ff. de iure patto. item eſt aduertẽdum, quòd de iure municipali huius regni eſt ſatis prouiſum in hoc, per conſtitu. incip. accuſatorem. qua ſtatutum eſt, quòd ſi accuſator lite conteſtata in accuſatione criminali non comparet in termino præfixo à iudice ſibi ad aliquem actum faciendum in lite, ob eius contumaciam punitur in tertia parte bonorũ mobilium, & ſi iterum citetur ad proſequendam accuſationem, & fuerit contumax, punietur pœna centum auguſtalium, idem erit, ſi renũtiat expreſſe pro litem conteſtatam accuſationi inſtitutæ, in qua conſtitu. not. ibi Affict. in 3. not. quòd ſi iudex condemnauit accuſatorem ad tertiam partem bonorum mobilium, quia poſt litem conteſtatam fuerit contumax, & iterum fuerit citatus, ut intra certum terminum compareret perſequuturus accuſationem, & non cõparuit, licet ſuperſit inſtantia, ulterius nõ auditur, ſuper accuſatione, & ſic imponet̃ ſilentium. & nihilominus condemnabitur ad pœnam centum auguſtalium. fallit in minoribus, & mulieribus accuſãtibus. eſt etiam alia conſtitu. incip. accuſatorum temeritas. qua ſtatutum eſt, quòd ſi accuſator eſt contumax ante litem conteſtatam dicitur deſiſtere ab accuſatione, & punit̃ in 6 parte bonorum mobiliũ, ut optime ibi no. Afflic. in 3. nota. & nihilominus in expenſis condemnatur aduerſario, & nihilominus poteſt imponi ſilentium ad petitionem accuſati ſecundum Bald. in l. perempto

emptorias.pen.col.in prin.verſ.qro,utrũ reus. C.ſen.reſcin.non po.debet tamen p̃cedere duplex monitio,ut in auth.de hęre.& fal.§ ſi quis autem,cum gl.in ver.ad monitus.& ibi Ang.1.col.& de eccle.titu. §.ſi quis autem.& au non obſtante, quòd ſit impoſitum ſileutiũ, aliquo caſu audiatur uide Boer. in deciſ. 255. 2. parte vide etiam Ang.de Aret.in lib.malef.in uerbo, nec non ad querelam in 15.col.ubi plene.

9 Solet etiam ſimiliter opponi,quòd querela deficit in ſubſtantialib. poſitis per l. libellorũ.ff.de accuſ.quæ ſubſtantialia debent interuenire:aliàs querela eſſe nulla.

10 Et in tantum eſt uerum hoc,quòd ſi ſit accuſatio de crimine ciuiliter;debet continere in ſe annum,locum,& menſem,ſecundum Bart.in l.prætor edixit.in princ. ff.de iniur.& in l.idem exigit. ff de dol.& Angel.de Are.in §.ex maleficijs.inſtit.de act.Alex.in l.edita.col.5.10.anno. & Bert. conſ.116. nu.5. in lib.1. & quid ſi unus eſt percuſſus in vno loco,& in alio mortuus, quis locus confinabitur?dic, quòd locus percuſſionis,ut ait lex.ff.ad l.Aquil.& habetur plene per Ang.de Aret.in lib.malefic.in uerbo,in platea communi.2. col.& nota, quòd ubi conſtat de iniurijs dictis per confeſſionem iniuriantis,non requiritur appoſitio loci,& temporis. ſecundũ Bertr.in conſ.211.pri.lib.

11 Itẽ in tm̃ eſt uerum,quòd accuſatio nedum dẽt eſſe certa reſpectu loci,ſed ẽt reſpectu territorij,ubi eſt locus, ſecundum Bart.in l.de minore.§. plurium quoq;. & ibi Marſ.7.col.uerſ.dicit in. ff.de quæſt.

12 Tu uerò regnicola ſcias, quòd hodie parum ſeu nihil curatur de iſtis ſubſtantialib. l.libellorum,ſed ſi conſtet de facto ipſius non obſtantibus,ac non obſtantib. quibusvis nullitatibus, ineptitudinibus, procedatur ad ulteriora; vt cauetur per ritum magnæ curiæ vicariæ incip. Iſabella Dei gratia. & dicitur litera de ſupplen. defecti.poſt literam,deteſtantes,quod q̃dem notandum eſt. Id enim optima rõne ſancitum eſt. Ordo enim in publicis iudicijs nõ eſt ſeruandus l.ordo. ff.de pu. iu.& pulchre ad prædicta cõferunt dicta p Gul.Ben.in c. Raynutius in uerbo mortuo itaque teſtatore el 1.num.293.ubi refert quòd in regno Franciæ extra ordinẽ puniuntur de l:cta, & ad literam ſeruatur tex.in d.l.ordo.ff.de pu.iu.

12 Itẽ ſimiliter põt inſtari & peti, quod legitimetur perſona querelantis, ut eſt tex. in l.nõ ignorat C.qui accuſ.non poſſ. vbi habetur, quòd ſi aliqua mulier accuſat aliquem de homicidio, commiſſo in nepotem, debet probare ſe eſſe amitam & tenet Bal.in l.uxor.1.col.in medio.C.qui accuſ.non poſſ.& plenè habetur per Fel. in cap.1.de accuſ. & debet opponi & peti hoc ante litem conteſtatam.

14 Itẽ ſucceſſiue põt opponi exceptio illegitimatis perſonæ querelantis, vt iõ dicit Fel. quòd dẽt opponi,ut dixi, ante litem conteſtatam, niſi ſuperueniſſet poſt litẽ conteſt.& ante litem conteſt. non erat in rerũ natura,ſecundũ Bart.in l. inde Neratius.ff.de fideiuſſ. & eſt tex.in l.ſi,qui reus ff.de publ.iud.& hr̃ per Fel.in d c.1.

15 Et primo poteſt opponi, quòd eſt mulier,quæ accuſat,quæ repellitur ab accuſando,ut l.de crimine.C.qui accuſa. non poſſunt & hoc propter ſexus fragilitatẽ: hoc tamen non procedit, ſi ſuam ſuorũque iniuriam proſequitur.l.1. ff.de accuſ. & l.2.& l.uxor.& l Senatuſconſ. C.qui accuſare non poſſunt.& ibi per Doct. Item fallit in crimine ſimoniæ, quia in eo admittit̃,licet nõ reſpiciat propriũ intereſſe,uel ſuorum. item fallit in crimine hæreſis,& læſæ maieſtatis:itẽ in crimine dilapidationis prælati, videlicet, ſui ſuperioris.item accuſat de falſo teſtamento.l. Senatuſconſulto.& uide Aymo.Crauc.in conſi.230.in ſecunda parte.

16 Et in tantum eſt hoc uerũm, quod qñ mulier accuſat perſequendo ſuã,uel ſuorum iniuriarum,præfertur omnibus accuſare uolentibus, qui non proſequuntur ſuã,uel ſuorũ iniuriam,ut eſt caſus in d.l. vxor.uerſ.niſi ad te'& ibi Salicetus.;ſi aũt in accuſatione de iniuria ſuorum concurrunt?mulier,& maſculus,tunc etiã ſi maſculus ſit in ulteriori gradu,præfertur tamen mulieri.l.3.ff.de lib.cauſa.maſculus enim admittitur ad accuſandũ de iure cõmuni,fęmina uerò de iure ſpeciali.l.eius militis.§ militia miſſus.ff.de teſtamento militis ſecundum Salicetum & Baldum in d.l.uxor.ſi uerò nec fœmina, nec maſculus proſequitur ſuorum iniuriã, caſu

quo mulier admittitur, ſi maſculus eſt ha-
bilis, ille præfertur mulieri, ſi uerò ſit in-
habilis, erit locus gratificationi. l. 4. §. ſed
& ſi mulier. ff. de liberis homi. exhibẽdis.
ſecundum Sal. cetum in dicta. l. vxor. et ſe-
quitur Angelus de Aretio in lib. malefi-
ci. in uerbo, nec non ad querelam. in 5.
colum. & ſequitur Gandi. in libro maleſi.
17 in titu. qui accuſa. poſſunt uel non. ¶ Itẽ
intantum hoc procedit, quòd mulier ac-
cuſare poteſt de morte filij ſpurij, & filia
ſacerdotis de morte patris, ſecundum An-
gelum in l. 1. ff. de accuſatio. & ſequitur
Barto. ibidem. ſed Bald. in l. 1. C. qui accu-
ſare non poſ. in primo caſu diſtinguit, quòd
aut de filijs naturalibus, & poteſt indiſtin-
ctè: aut de alijs filijs, quos dignos naturali
ratione non cenſet lex; & tunc ſi ſunt nati
ex certo cõplexu, poteſt accuſare mulier
quia naturalis dolor illos impellit, aut ex
incerto complexu, ut vulgo concepti, &
tunc aut per reſpectum ad maternam li-
neam, & admittitur; aut per reſpectum
ad lineam paternam, & non admittitur.
uide Felinum in ca. nonnulli. de reſcript.
Angelus Aret. in libro malefic. in uerbo,
nec non ad querelam part. in ſecunda co-
18 lumna. ¶ Item uxor poteſt accuſare de
morte ſui uiri, ut eſt gloſſ. in cõſtitutio in
cipiente, ſummo periculo. quam ſequi-
tur ibi Afflictus in nono notabili. quia ſi
poteſt de morte ſui cõſobrini accuſare, ut
dicta l. uxor. & l. ſororem. ff. de his, quibus
ut indignis. & in l. ſecunda. ff. de accuſatio
nibus, multo fortiùs de morte mariti, &
hoc propter ſuum intereſſe, non pro-
pter intereſſe mariti quia uxor non agit
de iniuria facta marito. lege quod ſi uiro.
ff. de iniurijs. niſi concernat etiam ſuam
iniuriam ut nota. in §. patitur. inſtitu. de
iniur. & idem procedit in ſponſa, ut dicit
Areti. in d §. patitur. in gloſ. in uerbo, per
uxorem. in fin. & Afflic. ubi ſupra, uide Bo
19 er. deciſio. 233 ſecunda parte. ¶ Item ma-
ter poteſt accuſare de morte filij. ut d. l. u-
xor. & l. ſenatus. C. qui accuſa. non po. & l.
de crimine. eo. titu. & probatur in conſtit.
20 regni. ſummo periculo. & ibi. no. gl. ¶ Ve-
rum ſi concurrunt pater & mater, præfert
pater ratione patriæ poteſtatis, & ratio-
ne ordinis literæ, ut eſt text. in d conſtitu.
ſummo periculo. & ibi not. Afflict. in no-

21 not. & not. Salic. in d l. uxor. ¶ Sed ſi pa-
ter remiſit, mater poteſt accuſare. ſecundũ
Salic. in d cta l. uxor. & ſequitur Afflict. in
dicta cõſti. ſummo periculo. in nono no.
22 & ita uidi iudicari. ¶ Et ſoror poteſt ac-
cuſare de morte fratris occiſi etiam ſi fra-
ter remiſiſſet, & feciſſet pacẽ cum interfe-
ctore. ſecundum Afflictum in conſtitu. iu
ſtitiarij non per calendas in fine. colum.
23 ¶ Nam fœminis competit ius uindictæ iu-
dicialiter accuſando; & ab eis debet etiã
haberi pax. ut pulchre concludit per plu-
ra Boer. in deciſio. 221. in prima parte. nu.
2. cum pluribus ſequen. pro quibus uide Ti
raque. in tractatu. de legi. cõnu. in prima
lege. nu. 58. & Guliel. Bene. in re pe. ca. Ray-
nutius. in uerbo, duas habẽs filias. nu. 130.
f. 29. & an ſororibus interfectis obſtet ſen-
tentia abſolutoria lata pro reo citatis om-
nibus præter ipſas ſorores, uide Bal. conſ.
24 430. in quinto lib. ¶ Itẽ commater poteſt
accuſare occiſores ſui compatris. ſecũdũ
25 Boer. in deci 233. † Itẽ ſecũdo principa-
liter poteſt opponi, quod alieno nomine
accuſat, quod non eſt licitum l. 2. C. qui ac
cu. non poſ. & procurator, tutor, curator, &
actor, adminiſtratorio nomine accuſare
non poſſunt, ut dicit etiam ibi Salic. quan
do ergo uolunt accuſare, debent accuſare
nomine proprio: ad utilitatem tamen do
minorum ſuorum. ut dicũt Docto. & Bar-
to. in l. 11. § primo. ff. de accu. ſed hãc cau-
telam impugnat Ang. de Areti. in lib. ma-
leſi. in uerbo, nec nõ ad querelam. in quin
ta colum. uerſic. tertio. Gãdi. in ſuo opere
maleſi. in titulo. qui accuſa. poſ. uel nõ, ſe-
cunda colum. uerſic. item accuſare prohi-
bẽtur, approbat dictam cautelam. dicit ta-
mẽ Iacob But. in addi. ad d. locum, quòd
ad euitandum opiniones poteſt cogitalis
accuſator, ut declaret, ſi accuſat alieno no
mine, an proprio. & hoc per l. ſi duo ff. de
ſolut. & l. qui. in princ. ff. de tutel. Aduerte
tamen quòd hodie de iure regni indiſtin-
ctè Syndic. uniuerſitatis, & procurator mu-
lieris coniugatæ poſſunt accuſare alieno
nomine conſti. generalis iura, & habe-
tur latè quod Capic. deciſio. 5. Et licet Af-
flict. in d. conſti. Generalia iura dixerit re-
quiri, quòd Syndicus habeat ſpeciale man-
datũ, id uerũ eſt, in Syndico particulari, nõ
autem in uniuerſali, ut dicit Capic. ubi
ſupra.

pra. Imo. videatur ſentire, quod etiam ſpecialis poſſit accuſare, & ſi dubitetur de mãdato debet admitti cum cautione rati.

26 Prædicta tamen non habent locum in fiſco, illuſtribus perſonis, mulieribus honeſtis, & minoribus; nam omnes iſtæ pſonæ poſſunt per procuratorem, tutores, & curatores accuſare, ut habetur per Affl. in conſtitutio. beneficium in ſecunda gloſ. & in conſtitutio. generalia iura.

IN Q. Nunquid in eodẽ libello plures poſſunt proponi querelæ de diuerſis factis, quæ diuerſis legibus puniantur.

I V D. Dic, qđ Auguſt. Ari. in Addit. ad Angelum de malefic. in uerbo & ad querelam nu. 64. refert ex mente Ang. ꝙ ſi quis accuſat proſequendo ſuam uel ſuorum iniuriam, poteſt de diuerſis factis in vno libello plures accuſationes facere. & id uoluit Augel. ut ipſe refert in l. 1. C. ſi re. uel actor, mor. fuer. in fi. & eſt ratio, quia non differt forma procedendi in criminalib. a ciuilibus, & in ciuilibus poteſt quis cõueniri in eodem libello de pluribus rebus.

27 Item poteſt opponi, quòd tacitè uel expreſſe renunciauit accuſator accuſationi l. accuſationem. C. qui accuſa. non poſ. & eſt tô pp uarietatem euitandam. ſecundũ Auguſt. de Ari. addi. ad Angelum de Are. in lib. maleſi. in verbo, nec non ad querelam. in ſexta columna in uerſic. quarto: dicit, quod hoc procedit poſt querelam iſtitutam, non ante, quia tunc, ſi querela non fuit propoſita, poteſt proponi. per text. & ibi Bar. in l. 4 §. ſi his. ff. de ſepul. uio. & ibi Ber. de Landria, allegat Barba. cõſi. 62.

28 Hoc autem uerum eſt in tacita renunciatione, ut quo ad ſuum commodũ accuſationem proſequi non poſſit, ſed tanquã unus de populo bene poteſt, ſed ſecus eſt in expreſſa renuntiatione. quia nec tanquã unus de populo poteſt, ut inquit Bal. in l. accuſatione, prima colum. C. qui accu. non poſ. & ſequitur Afflict. in conſtitutio accuſatorem. in fi. col.

29 Et eſt notandum, ꝙ ſi accuſator poſt litẽ conteſtatã non cõparet in termino ſibi pfixo, vr̃ tacitè deſiſtere, & tacite renũtiare accuſationi iſtitutæ. ut eſt tex. & ibi no. Affl in quinto no. in conſtitu. accuſarẽ.

30 Item eſt notandum, quòd ille, qui tacitè deſiſtit, ſi allegat iuſtam cauſam quare fuerit contumax, poterit proſequi accuſationem, & illam probare, ut l. ſi accuſatoribus. C. de accuſa. & in l. & ſi ſin e. ff. de minori. ſed ille, quis expreſſe renunciat accuſationi, non poterit vlterius proſequi accuſationem iam inſtitutam quia ad ius expreſſe renunciatum nõ dat regreſſus. l. ſi filius. ff. de minor. l. item quærit. §. ſi uenditor. ff. de ædi. & firmat Afflict. ubi ſupra.

31 Et eſt ſciendum, quòd de iure conſtituti. regni. in criminibus ingerentibus pœnam ſanguinis, nullo modo licet deſiſtere. ꝙ tranſigere. neq; paciſci gratis in quacunq; parte litis, & tranſactio uel pactũ factum nõ ualet, ſi curia ipſam, uel ipſum non acceptat, ut hr̃ in conſtitutio poſt citationem. iuncta conſtitu. priuſquam citatæ partes, & procedit hoc indiſtinctè ante compaˈritionem partium & poſt comparitionem, tam ante litem conteſtatam, quam poſt, & iudex non obſtante tranſactione poteſt proſequi ex eodẽ proceſſu & non eſt neceſſe incipere proceſſum de nouo. ex quo tranſactio non ualuit, & ſic in regno eſt correcta diſpoſitio legis, tranſigere. C. de tranſa. in eo, quòd permittit tranſactionem in pœnis ſanguinis. & ſi ſit trãſactio aliquo dato accuſatori, ut à lite diſcedat. ſi quidem fiat antequã citatus & accuſatus comparẽt, punitur accuſator ad duplum eius quod recepit, quam pœnam fiſco perſoluit ſi vero fiat poſt comparitionem accuſati, & ante litem conteſtatam, punitur accuſator ad decem auguſtales fiſco applicandos, ſi uero fiat poſt litis conteſtationem, tunc puniuntur ambo. ſ. accuſatus, & accuſator ad duodecim auguſtales pro quolibet, & nihilominus iudex poteſt cauſam proſequi, ut probatur in dicta conſtit. ibi, cauſa nihilominus ſuo ordine. ſed ſecundum formam ritus, ſi partes ſe cõcordant ſine licentia curiæ puniũtur ad extranes tm̃ ut eſt titus in nu. 228. incip. item quòd ſi partes. bene tamen poteſt aliquid accipi per accuſatorem ab accuſato pro æſtimatione damnorum & expenſarum, ut tamen non incidat in pęnas præfatas. ut probatur in §. 1. illius conſtitutio. nõ tamen intelligas, ut tunc ualeat tranſactio in præiudicium fiſci, quia nunquam ualet, ſed ſolum euitatur pęna. ſi vero ſumus in criminibus nõ ingerentibus

pœnam ſanguinis non eſt permiſſa tranſactio, niſi in crimine falſi. & ſic cōcordat cum iure communi. ſed in iniurijs leuib. permittitur trāſactio, & pactum antequā partes cōparcant coram iudice poſt citationem, ſed poſt comparitionem nō permittitur, ut colligitur ibi a contrario ſenſu, & bene declarat Maria. in ſua pract. in 6. & ult. parte, nu 63. per totum.

32 INQ. Quid ſi de delict. ſit tranſactum cum parte, an alius poſſit accuſare?

IVD. Dicas, quòd ubicunque ſit tranſactio, et ſi in caſib. permiſſis, non excluditur ab accuſando, niſi ille qui trāſegit, alius aūt tertius non excluditur, ſed admittitur ad accuſandū, & ſi iſta tranſactio non ualuit, poteſt ipſe idem tranſigens ꝓſequi, ſecundum Feli. in c. de his. de accu. col. 1. uerſ. 1. limita. & ibi Abb. & alij Doct. poteſt etiam fiſcus inquirere, non obſtante tranſactione, in caſibus, in quibus tranſactio fieri non potuit in præiudicium fiſci, uerùm licet nō obſtāte tranſactione, ut dixi tertius admittatur ad querelādū, non tñ poteſt proſequi eundē proceſſum, ſuper quo tranſactum eſt, nec etiā; iudex ex officio, ſed oportet de nouo formare alium proceſſum, & hoc in caſibus, in quibus eſt permiſſa tranſactio, in caſibus uerò nō permiſſis poteſt accuſator & iudex proſequi eundem proceſſum. ſecundum Bar. in l. tranſigere. C. de tranſa. col. j. in fi. & col. 4. in 4 opp. & ſequitur Alex. ibi in 4. col. & magis communiter ſcribentes. & plenè per Maran. ubi ſupra num 48. Sed ſi eſt tranſactum cum curia, & parte in caſibus permiſſis, vlterius non poteſt moleſtari, vt per Paul. Grillan. in trac. de rela. carce. in 6. quæſtio, vt quia facta ſit compoſitio. quia tunc fit abolitio proceſſus, vt ꝑ Pau. de Put. in lib. ſyndi. in uerbo, cōpoſitio & Pau. Grilla. vbi ſupra. quæ compoſitio fieri debet lite pendeute, non lata ſententia, quia tunc nō poſſet fieri abſq; authoritate principis. item debet fieri cōpoſitio ex cauſa rationabili, vt quia nō eſt ſolitus ſimilia, vel alia delicta patrare, ſed eſt honeſta perſona: item debet fieri, quādo non plenè conſtet, aliàs crimine liqui dato debet ferri ſententia, niſi de iure poſſet minorari pœna, vt habetur per Paul. Grilla. vbi ſupra in tit. de compo. in princ. ſed in regno extat ritus magnæ curiæ vicariæ incip. item quòd nullus. quo cauet, quòd non valet compoſitio, nec fieri dēt, niſi crimine uerificato. itē debet fieri cōpoſitio parte concordata, vt ſunt plures ritus inci. itē ſeruat ipſa curia nullū. item quòd dictus locum tenēs: item quòd vbi proceditur. item compoſitio non poteſt fieri in criminib. enormibus, & maximè ubi officiales non poſſunt cōmutare pœnas, ut eſt in regno per pragm. inci. & qa facilitas. vbi tamen venit imponenda pœna corporis afflictiua, & non aliter.

FIS. Quid in crimine vſurarū, ſi accuſa-

33 tor deſiſtit ab accuſatione ante ſententiam, an iudex poſſit procedere?

IN Q. Videtur dicendum, quòd non, quia in crimine in quo uenit imponenda pœna publicationis omniū bonorum (vt eſt crimen uſurarū) permiſſa eſt tranſactio. ſecundū Mod. Per. in l. tranſigere. C. de tranſ. & ibi Lanc. Dec. col. pe. & Alex. conſ. 9. in 2. col. in 2. uol. ſed dicit Bart. in d. l. trāſigere col. 2. quòd ubi permiſſa eſt tranſactio, parte deſiſtente, iudex cognoſcere non pōt ergo &c. ¶IVD. In contrarium eſt Doc. Aud. de Iſer. in conſt. vſurariorum. quē ſequitur Affl. ibi in gl. in uerbo, deferendi. ubi dicit, quòd parte deſiſtente, iudex procedit. arg. l. 3. C. de abolitio. & de hoc eſt ritus magnæ curiæ vicariæ inci. ſi moritur ſub rub. quòd accu. de

34 curia pōt procedere. ¶FIS. Vtrū perempta inſtantia poſſit quis accuſari?

IVD. Dicit Sal. in l. 3. aliàs, quòd de crimine. in 2. col 4 oppo. de accuſ. quòd aut perijt inſtantia culpa iudicis, & pōt iterū accuſari, aut perijt culpa partis, & iterum non pōt accuſari, & ita in indiuiduo decidit Capi. in decíſ. 206. incip. in cauſa.

35 Item pōt opponi, quòd ſunt de perſonis, quæ prohibent accuſare. de quib per Ang. de Are. in lib. male. in uerbo, nec nō ad querelam. & per Gandi. in opere ſuo. in tit. qui accuſ. poſſ. uel non.

36 Et generaliter pōt opponi, quòd non proſequit ſuā, uel ſuorū iniuriā, & quòd in regno eſt ſublata popularis accuſatio, ut dictat ritus magnæ curiæ uicariæ inci.

37 Itē ꝙ nullus laicus. Eſt tñ ſciendū ꝙ omnes illæ perſonæ quę prohibentur accuſare (de quibus per Aug. ubi ſupra) ſi proſe-

quitur

quuntur ſuam, uel ſuorum iniuriam, pñt accuſare, & non aliter repelluntur l.hi tñ omnes.ff.de accu in princ. ſi ſunt iudicij & diſcretion.s capaces.

38 FIS. Vtrum filiusfamilias poſſit accuſare abſque conſenſu patris.

INQ Vi, ꝙ non ſm Spe.in ti.de accu. in prin. verſic. ſed quid ſi accuſator filius.

FIS. Contrariam opinionẽ tenent Di. Bar.& Ang.& Imo.in l.fi.§.1.ff.de uerbo. oblig.& Bart.in l.inter liberas.§ 1.& in l. filiusfamilias.ff.de adulter. ꝙ nõ requirit patris cõſenſus.& ita firmat Ang.de Aret. in li.malefic.in uerbo, necnon ad querelam.col.14 uerſi.quæro,quando.

IVD.Hanc ultimũ opinionẽ ego tenerẽ,ſi non eſſet ritus magnæ curiæ uicariæ incipiens: ut ſeruat ipſa curia, ꝙ qñ qui vult, ꝙ filiusfamilias non admittitur ad denũtiãdũ uel accuſandũ abſq; obligatione cui interueniat cõſẽs' patris.& ſic cogitare

39 FIS. An laicus poſſit accuſare clericum primæ tonſuræ?

IVD.Dicas, quòd non ut decidit Ant. Corſet.in ſing. in uerbo, accuſatio & uide dom. Alexan. in conſi. 8.incip. ſuper hac conſultatione in 2.colum.1.lib.quod quidem credò non procedere, ſi proſequitur ſuam ſuorumque iniuriam.

Item poteſt principaliter opponi,ꝙ ipſe primò accuſauit accuſatorẽ ſuum quo caſu pendente accuſatione non põt accuſari in quo dubio diuerſimode reperit ſtatutũ de iure cõi,& de iure regni.nã primò dicit Ang.in li.malefi.in uerbo, necnõ ad querelam.num.16.diſtinguens, quod aut nomen rei receptum inter reos, aut non, aut uſq; ad concluſionem in cã, aut poſt concluſionem in cauſa,aut vſq; ad ſentẽtiam, aut poſt ſentẽtiam.primo caſu poſt nomẽ rei receptũ eſt inter reos, & tũc aut vult inſcriptionẽ accuſationis facere ad finẽ ne ſibi currat terminus, & ut poſt ſententiam poſſit accuſator proſequi accuſationem,audit.ut l.neganda. C. quia accu. non po. ſiue accuſet ſuũ accuſatorẽ, ſiue alium,dummodo nõ faciat in fraudẽ, ut tardet exequutionem ſententiæ ferendæ. aut vult accuſare ad finem, ut procedatur ſuper ea;& tunc aut ſuã,aut ſuorum iniuriam proſequitur,& audit contra quemlibet,ſiue de maiori,ſiue de pari,ſiue de minori, ut d.l.neganda.ſi aũt ſuam,uel ſuorum iniuriam non proſequat,& tunc aut vult accuſare de maiori crimine & poteſt quẽlibet ſiue accuſatorẽ,ſiue extraneũ accuſare.d.l.neganda. Sed in hoc eſt aduertendum, ꝙ iſte,qui reaccuſat, aut reaccuſat de maiori, quod quidem ſi eſt uerũ & probetur, & extinguetur ex toto crimen obiectum contra ipſum nunc reaccuſantẽ & tunc non ſolum non auditur, ſed imponitur ex toto ſilẽtium ipſi primo accuſanti ſuper ſua accuſatione,donec ſecũda accuſatio diſcutiatur. & ex euentu cauſæ ꝓcedatur poſteà, uel non iſte,eſt caſus l.1. C qui accu.non po.aut delictum, de quo fit reaccuſatio põt eſſe tale, quod ipſum poterit eſſe, & etiam poterit eſſe crimen primo loco intentatũ,& tunc audietur, vt ſup ſecundo pariter procedatur, ſicut proceditur in crimine, quòd ſibi aſcribit iſte eſt caſus d.l.neganda. Si autem vult accuſare de pari,uel minori, idq; poſt nomen ſuum receptũ inter reos, nullo modo auditur.ut l.is,qui reus,ff.de pub.iud.ſiue extraneum accuſet, ſiue ſuum accuſatorem. fallit in uxore obijciente de lænocinio. ſecundo caſu principali nulli dubiũ eſt, ꝙ niſi à lege prohibeatur, permittitur ei reaccuſare ſuum accuſatorem, & quemlibet aliũ,ſiue de maiori,ſiue de minori,ſiue de pari,ſiue ſuã, ſuorumq; iniuriã proſequatur,ſiue non,et ad finem, ut ſuper ſua accuſatione procedatur.& iſto caſu, ſi accuſat ſuũ accuſatorẽ, & diſcutit ſup utraq;. Si autem accuſat extraneum, tunc quandolibet poteſt, procedere ut ſolertior erit ueruntamen citatus pro uno iudicio,non cogetur cõparere ꝓ alio.Tertio caſu principali poſt concluſum in cã,& ante ſentẽtiam: & quarto caſu principali poſt ſentẽtiã:& tunc aut fertur abſolutoria, & clarum eſt,ꝙ accuſatus accuſare põt de quolibet crimine,aut fuit condemnatoria, & tunc aut fuit condemnatus de crimine priuato tm, & per conſequens non fuit effectus infamis.& poteſt quemlibet de quouis crimine accuſare, aut fuit condemnatus de publico iudicio, & ſic eſt īfamis,& tũc aut vult accuſare extraneum de nouo, & nullo mõ audit de aliquo crimine, niſi pro crimine læſæ maieſtatis,aut vult accuſare ſuum accuſatorẽ, & tũc aut per ſen-

tentiam debet perdere uitam naturalem, & non pōt, aut libertatem, & ciuitatem tā tum, & pōt. hęc ſunt uerba Ang. ubi ſupra ſed in regno ſunt iura municipalia, quæ obſeruantur in regno, ut in ritu incip. itē ſeruat ipſa curia. & in ritu incip. itē ſiquis uel ſigna accuſatus quibus cauetur, quòd accuſatus non poteſt nec ipſe, neq; mater neque pater, filij, fratres, nec ſinguli familiares, niſi eodem die, & ex nouo delicto accuſari, & ſimiliter eſt c. incip. legiſlatoris. ubi cauetur, quòd nullatenus accuſator poteſt per accuſatum reaccuſari, ſiue de maiori, ſiue de minori crimine, ſiue proſequatur ſuam ſuorumque iniuriam, ſiue non, ſed ſi querela fieret. præſtat fide iuſſoria cautio de ſtādo iuri determinata prima querela, uerum pōt accuſari de nouo delicto uerum ſi ambæ querelæ procedunt ex eodem fonte, proceditur ſuper vtraq, ut refert fuiſſe deciſum in ſacro regio conſilio Gramma. in deciſ. 54.

41 FIS. Quid ſi eſt fcā q̄rela à pſonis, phibitis? an ſi non opponatur, ſit nullum quicquid fiat?

IVD. Dicas, ꝙ nō, ſed dēt opponi, ſm Bar. in l. 1. ff. ad Turpilia. in §. accuſationē & ibi Alex. & hr̄ per Alexan. in l. eleganter. § ſiquis poſt. ff de condi. indeb.

42 Vnum tn̄ ſciendum eſt in hac materia, quòd eſt principalius, & ſicut fundamentum in domo, ꝙ negligentibus illis, quorum minus intereſt, ut eſt gl. no. in l. ſenatuſconſul. C. qui accuſa. non poſ. & ibi not. Salyc. tamen illos, quorum magis intereſt, pœnitere poteſt. uſq; ad conteſtationem litis excluſiue, & admittuntur ad accuſandum. ut eſt tex. no. in l. 3 §. item ſi is cuius intereſt. ff. de ſepul. uio. ubi optime probatur. & no. Salyc. ubi ſupra & Alberi. de Roſa. dicit in d §. item is, cuius intereſt, quòd ante conteſtationem litis nō dicitur perfecte ius quæſitum alteri accuſanti, ita, ꝙ priores per pœnitentiam non admittātur. & de his omnibus eſt tex. no. in l. ſepulchri. ff. de ſepul. uiolat. ubi dicit prius eſſe admittendos illos, quorum magis intereſt, & illis ceſſantib. admitti, quorum minus intereſt. qui ſi poſtea uelint accuſare, & reperiatur in accuſatione ꝓceſſum uſq; ad condemnationem, uel ſaltē vſq; ad conteſtationem litis incluſiue, ſecundum gl. in d. l. ſi pulchri. non debēt admitti aliquo modo ad accuſandū. & quāuis ſint primo citandi illi, q̄ ad accuſandū prius debent admitti, quàm alius admittatur, tamen dicit Boer. in deciſio. 120. in prima parte num. 8 quòd de ſtylo curiarū quilibet proximior, admittitur, uſq; quo alius magis proximus apparuerit inſtigās quæ omnia notes in actu practico, quia habui in facto Salerni, tempore quo ibi eram iudex, ſub die 6. Nouembris. anno. 1547. & ſeruaui, ut ſupra.

Et nota, quòd Boer. in d. deciſio. 120. late diſcurit, an pater præferatur in accuſando de morte filij fratribus & nepotibus ex ipſo filio præmortuo, & plura dicit tādē uero cōcludit, ꝙ pater p̄fertur, niſi pater colluderet, & componeret cum occiſore uerum ſi fratres, & nepotes ex filio voluerint īteresse accuſationi, & ſimul cōcurrerint, tunc admittentur oēs ſimul de æquitate pro ipſorum intereſſe. & ibi hr̄, an patre remittente admittantur fratres, adde etiam, quòd quilibet tertius poteſt cōparere, & inſtare ſi ſua intereſt. ſecundū Aymo. Crauetta, in conſilio 250. in ſecunda parte.

44 Et an, & quando pater poſſit remittere iniuriam factam filio, uide Boer. in deciſ. 120. in prima parte. ubi po[illegible] regulam cum pluribus fallentijs & Iaco. de Bellouiſ. in ſua praxi. cri. in ue[illegible]o, quòd dictus reus in tit. de iniur. in 7 colum. ubi plene. & adde, quòd ſi eſt facta iniuria filio per coniunctam perſonam, non poteſt pater eam remittere, licet alias poſſet ut habetur per Ludo. de Roma. in ſing. quod & refert & ſequitur Marſi. in l. diuus Adrianus ff ad l. Pom. de par. num. 2.

45 FIS. Quid ſi filius alicuius effectus fuerit monacus, & fuerit occiſus præferetur in accuſando paterne ipſius, an abbas, ſeu prior monaſterij?

IVD. Dicas, quòd vterq; admittitur, pater, & abbas, q̄libet ꝓ ſuo intereſſe. & remiſſio vnius nō obeſt alteri, quominus agere poſſit, ut hr̄ p Boer. in deciſ. 22. in prima parte p totā. An uero religioſus iniuriatus remittēs iniuriā, poſſit demū agere cōtra iniuriantē nomine monaſterij. uide Iac. de Bellouiſ. in praxi. cri. in ti. de iniu. in uerbo quòd dictus reus malitioſè. ī 10.

col.

46 col. ubi tenet quòd ſic. INQVISITVS. An ſufficiat habere pacem a maiori parte? IVD. Dicas, quòd ſic, ut uoluit Bar. quem ſequuntur doct. in l. 4. §. Cato. ff. de uerbo. obliga. & ſequitur Boer. in deciſio. 221. prima fa. nu 3 de hac quæſt. abundantiſſimè ultra omnes uide Petr. à Pla. epitom. delicto lib. 1. c. 46. ſed tu regnicola, aduerte, quod facta eſt de nouo ordinatio regia, & pragma. qua cauetur, quod niſi omnes qui de iure debent & poſſent querelare, remiſerint non poterit fieri trã
46 ſanctio ſeù compoſitio. FIS. Nunquid ſocius poſſit accuſare de morte ſocij ĩmercatura, uel in aliquo artificio? IVD. Dicas, quòd ſic ut dicit Maſuer. in ſua praxi cri. in titu. de expenſis, inter. & damnis. fo. 107. col. 2. uerſi. item propter homicidiũ refert ac ſequitur Nicol. Boer. in deciſio.
48 233. in ſecunda parte. ¶ Item ſolet inſtari quòd accuſator falſitatis declaret, in qua ſpecie prætẽdatur falſum, & in quo loco, & in qua parte. in quo Capi. in deciſ. 79. arguit pro & contra: tandem verò uidetur
49 ſentire, quòd non teneatur. INQVI. Nunquid ad exigentiam accuſati, uel inquiſiti teneatur iudex inquirens, uel accuſator declarare idem commiſſi criminis? & vĩ dicendum, quòd ſic, per doctri. Bartol. in l. 2. §. ſi quis Epheſi. ff. de eo, quod cer. loco. & in l. is qui reus. uerſi. ſed quæro an in accuſation. ff. de publi. iud. ubi dicit, quod æquum eſt, quòd declaretur ne auferatur reo defenſio, & ut libellus ſit talis per quẽ reus plenè inſtruatur, an uelit cedere, an uerò cõtendere. ut l. 1. ff. de eden. & faci pro hoc l. pen. ff. de interro. actio. ¶ FIS. Sed cõtrariam opinionem tenuit Imo. in in d. l. is q reus motus. quia in l. libellorũ dicitur, quòd nõ debet cogi accuſator apponere diem, nec obſta. l. pe. ff. de interro. actio. quia illa debet intelligi in caſibus in quibus a iure nõ reperitur facta pmiſſio in ſpecie ſpecificata. quia clauſula generalis nõ refertur ad ſpecificata. ut l. doli clauſula. ff. de uer. obli. IVD. Ego puto opinionem Bart. eſſe ueriorem, & ſic, quod debet declarari. & hoc per id. quod ipſemet dicit in d. l. libellorum. uerſi. circa tẽpus. in fi. quia accuſator propter hoc non grauatur quia licet cogatur apponere diẽ non tamen probare; & ſi non probat, non per hoc reus abſoluetur & ita firmat An. de Are. in lib. male. in uerbo, de anno pręſenti. & hanc opinionem dicit Augu. de Atim. in addi. & Bald. in l. 1. C. de re iudic. & Roma. in l. Pomponius. §. rei perduelliones. ff. de acqui. hęre. intelligẽdo tamẽ opinionem Imo. in d. l. is, qui reus. procedere, quod non poſſit iudex cogere querelãtem ad inſtantiam partis, ut declarat diẽ, ſed ex officio bene poteſt. & ita intelligatur opi. Barto. poteſt tamen pars implorare officiũ iudicis. ut declaretur dies ſed dicit Ang. ubi ſupra, quòd ita demum cogitur apponere diem, ſi reus exprimat in iudicio diẽ, in qua vult facere defenſiones ſecundum Sali. in l. pen. C. de accu. hodie autem vanum eſſet petere hoc, in tribunalibus regijs, & nunquam obtineretur. ſed aduerte quòd nuper dum in ciuitate Capanę in quadam caſu cuiuſdam carmini fuiſſet petitum declarari diem? & non fuiſſet ibi declarata, fuit adita regia audiẽtia, & fuit dictũ, quod debebat declarari, ſed appellata fuit magna curia & credo quod reuocabitur decretũ illud quia totum abſq;
50 cauſa. ¶ FISCVS Nunquid accuſans aliquem de uoluntate Titij ibidem præſentis, uideatur accuſare de mandato Titij? ¶ IVDEX. Dicas, quòd non, ſecundum Barto. & Dyn. in l. poſt dotem. 4. col. uerſi ecce accuſo Titium. ff. ſolu. matri. & per Flori. in l. ſed & ſi quis. §. ſi duos. ff. de
51 vſufru. ¶ An concubinarius poſſit accuſare cũ, qui carnaliter cognouit eius concubinam? dicas quod non, niſi ſit eius patronus ſecundum Bartol. in leg. ſi vxor. in princip. ff. de adulter & ibi per Alex.
52 Et eſt aduertendum, quod accuſatio cõtra ſyndicum; quòd non denuntianit maleficium commiſſum inter Titiũ, & Seiũ, non tenet, non ſpecificato loco commiſſi delicti. ſecundum Bal in leg. 1. C. de his qui. ut indi. & l. actor. C. de probat. & Bal. in addi. Specu. in titu. de libe. conce uer. ac
53 cuſo. ¶ FIS. Intra quantum tempus debet fieri accuſatio memorię hominis in caſib. in quibus permittitur? IVD. Dicas quod intra quinquenniũ a die mortis l. 2. C. de apoſta. & Ludo. in ſingul. in uer-
54 bo, accuſatio. 161. de crimine. ¶ FISC. Vtrum accuſatus ab uno, poſſit ab alio accuſari? ¶ IVDEX. diſtinguend. ſunt

tres

tres caſus. aut enim prima accuſatio pen-
det, & non poteſt alius accuſare, quia ob-
ſtat exceptio impeditiua pceſſus, ſcilicet
ego ſum ab altero accuſatus. ſecundũ Bar.
in l. ſenatus. ff. de accuſatio. & hoc poteſt
euenire, quotieſcunq; offenſus (uerbi gra-
tia) accuſaret, & alij conſanguinei proſe-
quendo iniuriarum ſuorum porrigerent
ẽt querelas. certe iſtæ querelę conſangui-
neorum non debent admitti durante que-
rela offenſi: ſed bene poterunt aſſiſtere
in iudicio pro eorum intereſſe ſuper que-
rela offenſi, ut ille iniurians puniatur ſuf-
ficienti pœna: nam per iſtam iniuriã vnũ
tantum dicitur delictum, & ſolùm ſemel
fuit offenſa reſpublica, unde quãdo unus
accuſat, agit, ut ſatisfiat reipublicæ per
legitimam & ſufficientem pœnam. leg. li-
citatio §. quod id licet. ff. de publi. unde
eo ipſo, quòd aliquis eſt accuſatus ſemel
criminaliter, non reditur ad aliud p hanc
unicam accuſationem, niſi ut ſatisfiat rei
publicæ, cuius intereſt, ut delicta punian-
tur. l. ita vulneratus. ff. ad leg. Aquil. & ſi-
cut ſi iſta ſatisfactio eſſet effectualiter fa-
cta p impoſitionẽ pœnę nõ poſſet alius ac
cuſare, pari modo, quando ſatisfactio eſt
in fieri, quòd pendeat proceſſus. & hac cõ
ſideratione utitur Robert. Venu. in ſua ci-
uili pract. in 6. & ultima parte. nu. 54. aut
fuit lata ſententia condemnatoria ad pœ-
nam ſufficiẽtẽ, & minimè poteſt ab alio
accuſari. quia ſemel ſufficienter punitus
non debet iterum puniri, ut dixi, aut fuit
abſolutus ſciente nouo accuſatore, & mi-
nimè poteſt accuſari per ea, quę habentur
in l. ſi cui. §. iiſdem. & ibi Barto ff. de accu-
ſa. remanent ergo duo caſus tantum, in q-
bus alius accuſare poteſt, ſcilicet quando
non eſſet ſufficienter punitus, itẽ quando
eſſet abſolutus ignorante nouo accuſato-
re, q ſuam uel ſuorum iniuriam proſequi.
& ita clarius declarat Rober. Venu. in lo-
co ſupra allegato & Ange. de Are. in l bro
malefi. in uerbo nec non ad querelam eſt l.
55 25. ¶ FISCVS. Quid ſi principaliter
offenſus remitteret offenſori? an ſui cõſan
guinei poſſint accuſare? ¶ IVD. Dicas,
φ non obſtante remiſſione unius, poteſt
alter conſanguineus proſequẽdo iniuriã
ſuo uni accuſare criminaliter ex quo iniu
ria facta uerde agi actione, cenſetur facta
alteri, & omnibus de agnatione. l. lex Cor
nel. & ibi Barto. ff. de iniur. non autem po-
teſt conſanguineus accuſare ciuiliter pro
iniuria facta ſuo conſanguineo, ſed crimi
naliter tantum, unde ſi formaret libellum
ſecundum conſtitu. uarietates pœnarum,
æſtimando iniuriarum, libellus nõ proce-
deret, ut ad longum congerit Robert. Ve
ubi ſupra. nume. 51. Et dico uobis unum
quòd fac. reg. con. collate. ſcripſit regiæ.
audientię principatur citra quòd non ob-
ſtante remiſſione facta per offenſum, pro-
cederet contra offenſorem ad inſtantiam
conſanguinei offenſi, & hoc facit in cau-
ſa M. Aſcanij Capo craſſo inquiſiti de
morte M. Ioannis Laurentij manganarij,
qui habuerat remiſſionẽ à dicto Io. Lau-
rẽtino. Et poſtea facta eſt ſuper hoc prag-
56 matica. ¶ FIS. Cui competat accuſatio de
pace rupta, quando ambo ſe offenderunt,
nec conſtat, quis primò offenderit? IVD.
Dicas quòd nulli competit in dicto caſu,
ſecundum Bart. in l. cum pater. §. libertis.
57 in fi. ff. de leg. 2. ¶ FIS. An accuſatio cri-
minalis detur pro leuiſſima culpa? IV.
Dicas, quòd non, ſed bene datur pro dam
no dato iniurioſe alicui dolo, uel culpa e-
tiam leui ſecundum Ba. in c. iniuria. 2. col.
uerſicu. quæro, an ſit damnum, de pa. iura.
fir. quia pro leuiſſima nõ competit actio
criminalis, ſecundum Cy. in l. ſi quis non
dicam rapere. C. de epiſc. & cler. & Bal. in
58 d. c. iniuria. ¶ INQ. Quid enim ſi quis
offenſus nõ conqueritur, & declarat in iu-
dicio uel extra coram teſtibus, quòd non
intendit exponerę querelam nec intendit
in ſcriptis remittere, quia ſibi eſſet dede-
cus, ſed uideat habere offenſus pacẽ cũ cu
ria, quia quod ad ſe ſpectat, nihil vlt. uide
re an cenſeatur remittere, & ſic poſſit cu-
ria trãſigere. ¶ IVD. Dicas quod ſic tex. eſt
ibi no. Barto. in l. 1. § ſi dominus qui eſt
59 §. fi. ff. de ſena ſillania. Cogita. ¶ INQ.
Vtrum hæredes occiſi qui tenetur uendi-
care mortem defuncti poſſint facere pacẽ
cum occiſoribus? IVDEX. Dicas qđ
ſic, ut tenet nouiſſimè Pet. a Plaza in epi
to. deli. ca. 39 nu. 25. & recolo aliàs dixiſ-
ſe in pract. cri. Can. quæ nunc eſt in ſtãpa
90 & non reperitur ad manus meas. ¶ IN-
QVI. An, & quando accuſator dicatur
in euidenti calumnia? IV. Dicas quòd

olim eo ipſo, quòd non probabat, erat in
calumnia præſumpta, niſi probaret cõtra
rium: ſcilicet quod non eſt in aliqua calũ
nia, vt quia probat eſſe famam publicam,
uel aliter. ſecundũ Bar. in l. athletas. § ca-
lumniator. ver. puto autẽ. ff. de infa. & Fe-
li. in c. ſortis. de calumniato & ſecundum
Bar. in l. 2. ver. vlt. no. C. ſi ſer. aut liber. li.
10. & Ang. in l. cũ quidam §. quòd dr̃. ff. de
acq. hære. hodie autem in regno per con-
ſti. pœnam calumniæ. de pœn. calum. cõſ.
calum. iſtud eſt correctum. ſed tunc quis
punitur de calumnia, quando probatur,
ꝙ fuit accuſator in euidenti calumnia. &
hoc probato, debet iudex omnino ipſum
condemnare ad pęnam calumniæ, quæ
eſt ſimilitudo ſupplicij, aliàs ipſe iudex
punitur pęna infamiæ. & duarum librarũ
auri ut in c. regis Roberti incip. accuſato-
rum temeritas. & probaẽ in q. conſti. pę-
nam calumnię punitur autem hodie accu
ſator non probans ad pęnam, ad quam ſe
óbligauit de probando, vt hr̃ latius p Af-
flict. in d. conſt. pęnã calumniæ. 3. & 4. no.

63 Vnde in regno dicitur aliquis in euidẽ
ti calumnia, qñ ex actis apparet, quod eſt
in calumnia euidenti, uel apparet ex le-
gitimis præſumptionibus. vt l. licet. de le-
ga. 1. item dr̃ accuſator in euidenti calũ-
nia, ſi accuſatus probat, quòd accuſator
dixit, dabo ei magnam brigam. Item dr̃
accuſator eſſe id euidenti calumnia, ſi
præter id, quod non probauit ſuam accu-
ſationem, concurrat probatio, quod accu
ſator conuerſatur cum accuſato, vel ſi cõ
currat prohibitio accuſationis à iure. itẽ
dr̃ in euidenti calumnia in caſu poſito p
cõſti. incip. peſſimã. vt colligit hæc om-
nia Afflict. in conſtit. pęnam calumniæ.
primo not. verſ. iuxta hoc quæro.

63 Vnum tñ non omitto, quòd ſi accuſa-
tor diu ſtetit ad accuſandum eius accuſa-
tio poſtea redditur ſuſpecta, & præſumiẽ
eſſe in dolo, vt conſuluit Bal. in conſ. 37.
1. lib. incip. quidam tabellio. in fin. intan-
tũ. quod Marſ. in ſua praxi. §. diligenter.
nu. 101. adducit hanc doctrinam pro indi
cio faciente in fauorem reorum, licet in-
corrupte alleget Bal. in 3. lib. & eſt in 5.

64 Et nota, quod accuſans de inſultu debet
dicere, quòd ſtãtem ſub protectione Dei,
& regis ſecurum Tit. cum Tit. eo tempo-
re, & loco aggreſſus eſt, vt no. in conſti. fi-
delium noſtrorũ. & ibi per Affli. in 2. not.
& ideo debent apponi hæc verba; quòd
ex tali inſultu non ſolũ offenſus fuit ipſe
inſultatus, ſed ẽt Deus, & rex, ſub quorũ
protectione erat ipſe offenſus. nã rex ſtu-
det dare ſecuritatẽ in regno ſuo, ut plene
congerit Affl. in loco ſuprà allegato.

65 INQVI. Verum inquiſitus poſſit pete-
re, quod interrogetur accuſator ſuper eo,
quod excludit delictum?

IVD. Dicas quòd ſic, vt firmat Alber.
de Roſ. in l. ubicunque. ff. de interrog. act.
in fi. & ita dicit uidiſſe practicari, & obti-
neri. & ideo poteſt peti, quod interrogeẽ
accuſator, an uoluntate ſua accuſatus de
furto rem accepit, & an teſtes producti
ſint ei inimici, uel ſimilia.

66 Vnum tñ non omittam. nos ſcitis, ꝙ in
regno mulieres coniugatæ, & vniuerſita-
tes poſſunt accuſare p procuratores cum
ſpeciali mandato, ut cauetur in conſt. ge-
neralia iura. ideo ſciatis, quod in mãdato
de querulando, quod fit per mulierem, &
uniuerſitates, debent apponi oẽs illæ ſo-
lennitates & requiſita, quæ debẽt apponi
in accuſatione: aliàs mandatum non eſſet
efficax, ut in indiuiduo conſuluit Rom. in
conſ. 40. incip. mandatum mihi oſtenſum
& refert & ſequitur Bernat. de Landria. in
addi. ad Angel. de Arct. in libro malefic. in
uerbo, hęc eſt quædam inquiſitio in addi.
incipiẽ. locus & tempus. quod eſt ſummè
notandum, quia pauci aduertunt.

67 Vlterius aduertas, quòd exceptio, quòd
non põt accuſari, eſt dilatoria, & dẽt op-
poni ante litem conteſtatã, & nomen rei
receptũ inter reos, aliàs ſi nõ reponatur,
proceſſus remanebit inualidus. ut l. ſi mari-
tus. §. præſcriptiones. ff. de adult. & ita di-
cit Bart. l. has accuſare. in prin. ff. de accu.

68 Et ſi fortè proceditur ad denuntiationẽ
aliquorum ad id deputatorum, ut puta,
iſtorum nuntiorum, ſeu baiulorum curię,
poteſt opponi, quòd denuntiatores ipſi
non iurauerant in principio eorum offi-
ciorum, quo caſu non debet admitti eorũ
denunciatio iuxta doctr. Ang. in l. ſi uacã-
tia. C. de bonis uacan. & Angel. de Arct. in
lib. malefi. in uerbo, necnon ad denuntiã.
2. col. in fi & ibi uide, quæ alia poſſint op
poni aduerſus iſtos denuntiatores.

Et

Et notandum, quòd ſi aliquis fuit vulneratus a Titio, & contra eum ipſe vulneratus fecit querelam de ſimplicibus vulneribus, & ob id fuit formata inquiſitio contra Titium, & ipſe fuit captus & carceratus, & fuerunt ei datæ defenſiones, & proceſſum fuit ad alios actus, demum ſi vulneratus moriatur ex illis vulneribus, nõ põt procedi ex illo iudicio intentato, ſed debet abſolui obſeruatione primi iudicij de ſimplicib. vulneribus, reſeruato tamẽ iure procedendi de morte ſequuta ad uindictam & pęnam corporalem imponendã, & ſic ex integro debet formari inquiſitio de morte, ut docet Ang. Aret. in lib. malefi. in uerbo, in platea communi. in fi. ſed cogita, ſi procedit in regno, ubi accuſatore deſiſtente proceditur cũ coadiutore curię. per capitulum regni incip Robertus, &c. ſpectat ad præſides, & ſic non ſequitur abolitio per mortem querulantis.

70 INQ. Vtrum uniuerſitas poſſit agere pro iniuria facta uni de uniuerſitate.

IV. Dicas, ꝙ ſic. nã qui tangit membrũ totũ corpus tangit. l. vulgaris. ff. de fur. & alijs in iuribus & rationibus de quib. per Oldr. conſ. 66. incip. an ex delicto.

11 INQ. Vtrum hodie poſſit opponi exceptio rei iudicatæ in criminalibus cum rarò detur abſolutoria.

IVD. Dicas, quòd tribunalia regia nõ obſeruant abſoluere diffinitiue, ſed tantum ſeruant liberare ſub cautione prout etiam ſeruatur in regno Franciæ, vt atteſtatur Rebuff. in procem. conſtit. in glo. 5. num. 118 lib. 1. & tempore quo eram gubernator in terra Vaſti, aliàs Piſtonij. vbi regiem prouiſionem, quòd etiam in terris baronum ita fieret: vnde ſi non eſſet ſequuta abſolutoria non poſſet opponi exceptio rei iudicatæ & litis finitæ ſed ex nouis poſſet de cauſa cognoſci, ubi autẽ de facto eſſet ſequuta abſolutoria, procul dubio exceptio militaret. Imò & in eo caſu ſententia non tranſit in rem iudicatã, quo ad procuratorem regium aduenientibus nouis probationibus.Ità refert fuiſſe deciſum Rebuf. in allegato loco de anno 1540. ſed in regno pluries obtinui contrarium, ideo cogita.

DE NTVR CAPITVLA quòd ſuffocauit vxorem. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Inquiſitio debet continere eaſdem ſolemnitates quas accuſatio.*
2 *Inquiſitio non poteſt alteri committi.*
3 *Pœna corporalis nunquam imponitur, niſi vbi interuenerit dolus. nu 4 5. 6.*
7 *Maritus calce percutiens vxorem pęna mortis puniatur ſi illa moriatur ex illa percuſſione 62.*
8 *Tortura non habet locum, niſi ubi delictum ſcelere fuerit commiſſum.*
9 *Vxor reperta ſuffocata in lecto viri, an præſumatur a viro interfecta. 15. 36.*
10 *Mortuus repertus in domo, præſumitur occiſus ab his, qui ibi erant.*
11 *Mortuus repertus prope domum alicuius, præſumitur contra dominum domus.*
12 *Repertus in loco delicti habet indicium contra ſe.*
13 *Delictum de nocte commiſſum probatur per conjecturas.*
14 *Argumentum a communiter accidentibus facit indicium & 15.*
16 *Suffocatio quomodo probetur. 17.*
18 *Mors quomodo multipliciter eueniat.*
19 *Mors ſubitanea quomodo poßit cauſari.*
20 *Condemnari quis non poßet niſi ſit conuictus aut confeſſus.*
21 *Probationes in criminalibus debent eſſe luce meridiana clariores.*
22 *Indicia debent eſſe certa, & clara in genere ſuo.*
23 *Probationes debent eſſe veriſimiles.*
24 *Condemnari non poteſt quis ex indicijs indubitatis.*
25 *Indicia relinquuntur arbitrio iudicis. & quomodo.*
26 *Fama an, & quando faciat indicium ad torturam. nu. 27 28 35 36. 37.*
29 *Fama bona in genere probata, tollit indicium famæ publicæ. nu. 30.*
31 *Fama publica quòd quis non commiſit delictũ quid operetur. nu 31. 33. 34.*
38 *Sepultura mortuorum quomodo fiat, & an, ſi non ſit ſecundum conſuetudinem, inducatur ſuſpicio. nu. 39.*

Clan-

39 *Clandeſtinitas inducit ſuſpicionem.*
40 *Maritus lugens mortem uxoris, habet indiciũ contra ſe. nu. 41. 42. 46. 48.*
43 *Maritus quantum debeat amare uxorem.*
44 *Maritus indu&. ſe veſtibus feſtiuis mox à morte uxoris, habet indicium contra ſe.*
45 *Paupertas excuſat maritum, ſi non ſepeliuit uxorem cum pompis.*
47 *Coniectura una tollit aliam.*
49 *Indicia quando ſunt ſufficientia ad torturam.*
50 *Indicia purgantur per bonam famam.*
51 *Indicia ſi ſentiat pro reo, faciunt, ut ad torturã non poſſit deueniri.*
52 *Coniectura ſemper eſt capienda, ut excludatur delictum.*
53 *Indicium unum tollitur per aliud.*
54 *Vxor de ſero uiſa incolumis ſi de mane mortua ſit, præſumitur à viro interfecta.*
55 *Delictum grauiſſimum eſt, occidere uxorem.*
56 *Iudex non debet ſeruare ordinem iuris in atrociſſimis delictis, num. 57.*
58 *Tortura non poteſt dari indicijs non præcedentibus.*
59 *Defenſiones aduerſus ſigna ſuffocationis.*
60 *Maritus occidens ſuam uxorem, perdit ius ſuccedendi.*
61 *Maritus non adhibens medicos uxori infirmæ quo puniatur.*
63 *Maritus an poſſit occidere uxorem in adulterio deprehenſam.*
64 *Maritus non uindicans mortem uxoris occiſæ, quomodo puniatur.*
65 *Maritus non poteſt, niſi modicè, & ex cauſa, uerberare uxorem.*
66 *Vxor licitè recedit à uiro, ſi malè ab eo tractatur.*
67 *Maritus malè tractans uxorem, eſt excommunicandus.*
68 *Maritus tenetur præſtare cautionem uxori, quæ receſſit ab eo.*
69 *Maritus non poteſt contrahere matrimonium cum ea, quæ conſenſit morti prioris uxoris.*
70 *Maritus ſi malè tractat ſuam uxorem, fit ſeparatio habitationis, & thori.*
71 *Vxor poteſt agere contra virum iniuſte eam uerberantem, actione in factum.*
72 *Vxor non tenetur ad virum redire, ſi ei inſidiatur gladio.*
73 *Maritus ſi uxorem uerberauit baculo taliter, quod ſanguis exiuit, ex officio non poteſt procedi.*
74 *Maritus malè tractans uxorem, perdit lucra dotis.*
75 *Vxor an poſſit maritum accuſare, quod eam vulnerauit gladio.*

FISCVS.

SOlet oppoſitis exceptionibus peremptorijs, & dilatorijs, & prouiſo ipſis non obſtantibus fore procedendum ad ulteriora, procedi ad editionẽ capitulorũ: idcirco hunc ordinẽ ſeruemus ego quidẽ formabo capitula, intentionemq́; meam contra inquiſitos iuribus, & authoritatibus coadiuuabo: ecõtrario verò ut inquiſite ſtudeas quę tibi cõtraria videbuntur, euacuare, tu aũt iudex opiniones iuris cõſonas approbes, & uõ iuri cõſonas reijcias.

IVD. Incipe tu Fiſce, tu deinde ſequere Inquiſite, ego aũt conabor pro viribus meis Deũ, & iuſtitiã præ oculis habendo, per tramites iuris lites veſtras dirimere.

FIS. Præmittam proœmium, quod ſolet in principio capitulorũ poni, in quo; quo animo delicta, quæ prædudũtur, per te Inquiſitum commiſſa ſint enarratur.

CAPITVLA. Specialis inquiſitionis faciendæ ex officio curiæ, magnifici Strategi ciuitatis Salerni contra & aduerſus Tit. de nonnullis criminibus & delictis per eundem commiſſis, & ſignãter quòd ſuffocauit uxorem; itẽ, ꝙ fuit læno eiuſdem uxoris, item, quòd cõmiſit falſitatẽ; item, quòd a pluribus repertus fuit in fragranti crimine, itẽ, quòd eſt notorius delinquens; item, quòd commiſit crimen lęſæ maieſtatis; item, quòd ſororem uenenauit; & de alijs, ut in informationibus, & actis dictæ curiæ latius continetur; inſtante regio procuratore fiſcali, & petẽte per dictã curiam cõtra eundem debite, & diligenter inquiri debere & repertũ culpabilem condigna pœna puniri, prout iura, ſacræq́; regni conſ. & capitula uolunt & mandant, & in caſu ſemiplenè probationis prædictum Tit. cogi & cõpelli iuris & facti remedijs opportunis ad eruendam ab eo de prædictis veritatem, ſuper quib. omnibus, &c. quæ omnia, &c. & proteſtatur, &c. non ſe aſtringens, &c. & infrà par-
1 ticulariter deſcribere, &c. ¶ Sciendum tñ eſt, quòd illæ ſolẽnitates q requirũtur in

accu-

accuſatione requiruntur ēt in inquiſitione. vt plene per Affl. in conſt. hi, qui. in 13. no.
2 Et aduertendū eſt, quod officiales debent per ſeipſos inquiſitiones formare, nec alteri poſſunt eas faciendas cōmittere, vt hī in c. regni incip. itē iuſtitiarij inquiſitiones.

IN. Primis inquirendum eſt, quòd de anno 1550. regnantibus, &c. dominante, &c ſub præſidatu, &c de menſe, &c. in loco, &c. dictus Tit. ſuis iuribus non contētus, ſed animo diabolico inſtigatus, & ſpiritu nequam ductus, temere, doloſe, ſciēter, & appenſatè, non aduertens, quàm graue ſcelus ſit uxorem ſuffocare, Lucretiā ſuā uxorē ſub protectione Dei, & Cęſareæ maie. conſtitutā, & ſecum in eodē cubili dormiētē, ſuffocauit, taliter, quod mortua propæ ipſum reperta fuit de mane. de qua morte fuit, & eſt publica uox, & fama inter homines, & per homines dictæ ciuitatis, quod inquirendum eſt, &c. quod fuit, & c. incidendo in pęnam, &c.
3 Cum miniſterio ponuntur illa uerba in capitulo, temere, doloſæ, &c. quia quoties imponenda eſt pęna corporalis ex delicto, nunquam imponitur, niſi dolus interuenerit, ſecundum Bar. in l. 1 § 1. ff. ſi quis te. li. eſſe iu. fuer. ver. iuxta hoc quæro & hī per Affl. in conſt. terminum uitæ.
5 Occidens enim caſu, non punitur pęna mortis, ut latè per Marſ. in conſ 77. nu. 7. 1. lib. & conſ 91. num. 15. iu 2. lib. & conſ. 128. num. 22 & conſi. 37. nu 4 in eod. uol. & Pet. de Ancha. conſ. 283. & habetur per Affiict. in conſtit. terminum vitæ.
5 Et intantum eſt verum iſtud, ut quod ſi quis aliquem occidit in ludo pugnorum, vel alio ludo permiſſo, non puniatur pęna mortis, vt late conſuluit Dec. in conſ. 9. & conſ 77. num. 53. pri. lib.
6 Itē immō hoc procedit, ut quod ſi rixantibus Antonio, & Bernardino, eis ſe interpoſuerit ad ſe daudū rixā uxor B. eamque percuſſerit A. prope renes. ob id illa abortū fecerit nō puniatur pęna mortis, vt late hī per Signo. de Home. in conſ. 1. incip.
7 ſtatuto ciuitatis. ¶ Item intantum eſt uerum iſtud, ut debeat apparere, quod ſcienter & doloſè. quia ſi maritus percuſſerit calce, non præſumitur dolus & uoluntas occidēdi & ſic ſi moriatur ex illa percuſſione, non dēt pęna mortis puniri, ut plenè hī per Sigu. de Home. in conſ 63. Titius calce percuſſit. & Fran. Are. conſ. 1. 47. viſa conſultatione in 2. & 3. dubio. verſ. venio nunc ad ſecundū. col. pe. & antep. & Ang. conſ. 27. incip. quidam uictor de caſtro.
8 Item intantum eſt uerum, vt, niſi appareat delictum ſceleratè & appenſate commiſſum, nō hēat locū tortura, ut eſt text. unicus & ſing. in l. 1 §. itē illud ff. ad Syll. & vide ad pdicta Boer. in dec. 38. pri. par.
9 Nunc uero ad delictum principale condeſcēdēdo dico, quòd ex hoc ſolo, quòd reperta ſit vxor in lecto mortua prope maritum, præſumitur occiſa ab eo intātum, quod poteſt condemnari, uel ſaltem torqueri. & hoc ex pluribus, & pri. arg. rex. in l. fi. C. ad l. Cor. de ſicar. & ibi not. per Bal. vbi hī, quòd quando crimen non poteſt probari per regularem modum probādi, procedit probatio quodammodo irregularis. & ibi dicit Bal. illam legem eſſe notandam cōtra necantem ſuum maritum. & ibi etiam no. Sal. quòd delictum præſumitur factum per exiſtentes in domo ſi domi ſit factum delictū. ſecundo probatur per text. l. ſi quis in graui. §. ſi maritus. ff. ad Sylla. & ibi per Lud. Rom. & in l 1. §. ſi vir aut uxor. eo. tit. quia ſi in domo nulli ſerui ſunt, maritus per illū tex. feciſſe vr̄.
10 Tertio, quia nos habemus, quòd ſi reperiatur mortuus in domo aliquis homo, reſultat iudicium contra exiſtentes in domo, ut præſumatur interfectus ab illis, quia in ea erant, & ex eo poterunt torqueri, licet non condemnati. quia poſſet eſſe, quòd eò aliquis eum ſic mortuū portaſſet, uel ibi interfeciſſet, quod non poteſt dici in caſu noſtro, ſecūdum Dyn. per illum tex. in l. 1 § ſi quis in uilla. ff. ad Syllan. & ibi Ro. & Moder. arg. text. l. 1. § ſi. ff. de extr. & in l. 1. in ſi. ff. de his qui deie. per quæ iura ibidē uoluit Par. de Pu. in lib. Syndi. circa finem. in uerbo maudauit. col. 5. uerſ. ſi reperitur corpus & Ang. in lib. maleſi. in uerbo, fama publica: nu. 53. in caſu uerò noſtro non pōt præſumi, quod alius, quā uir interfecerit uxorem, nec quod alius illuc eam mortuam detulerit, poſtquā mortua recepta eſt in lecto: ergo nedum reſultat iudicium cōtra eum ad torquendum,
11 ſed etiam ad condemnandum. ¶ Quarto, quia ex hoc ſolo, quòd quis mortuus reperiatur

riatur prope domum alicuius, reſultat pſumptio contra dominũ domus ſecundũ Bar.in l.ædiles.ff.de uia pu.Roman.in l.1. §.ſi quis in uilla in princ. ff.ad Syl. de quo plenè per Mar.An.Blan.in repeti.l.fi.ff.de quæſt.num.298 & ibi habetur, quomodo intelligatur: quãto fortius debet reſultare ſufficiens pbatio contra uirum, in cuius lecto eius uxor eſt reperta ſuffocata?

12 Quintò, qa repertus in loco delicti.&: ubi quis iacet occiſus, habet iudiciũ cõtra ſe taliter; quòd poterit torqueri. ſecundum An.in lib.malefi.in uerbo, fama publica 4. col.uerſ.quæro an unũ indicium. allegat Bar.in l.fur.manifeſtus ff.de fur.& eſt indicium propinquum.ut per Bar.in l.fi.ff.de quæſtio.& ibi per Mar.Ant.Blan.nu.295. cum ergo maritus ſit repertus, & reperiatur in eodem lecto, ubi eius uxor mortua iacebat, ſequitur, quòd reſultat indicium ppinquũ, quòd ipſe fecerit: taliter, quòd ſine dubio poteſt torqueri, imò fortè con-

13 demnari. ¶Sextò, quia ſumus in delicto nocte commiſſo, & difficilis probationis. quo caſu admittitur probatio per coniecturas. l. filium eum definimus, ff. de his, qui ſunt ſui, uel alie.iur. & l. ſi uicinus. C. de nup.l.cõſenſu.§ a barbaris ff.de re mil. c.ueniens. 1 1.in fi.de teſt.in talibus enim lex eſt contenta probationibus, quæ haberi poſſunt; quamuis plenè non ſunt, ſecundum Fed.de Sen in conſi. 119. incip. nulli dubium. ubi pro hoc allegat Inn. & Hoſt. in c.ſuper eo.quod me.cau.& idem uoluit Bar.in l.ſi quis ex argentariis.§ pen. ff.de eden. & tales probationes factæ per cõiecturas in talibus caſibus.dicuntur manifeſtæ probationes.l.licet.ff.de leg.1.l.ſi quis locuples. ff. de manu. teſt.& no.& Bart.in l. ſi quando. C. unde ui. ea enim quæ de nocte fiunt, probabiliter ignorãtur.ut no. glo.in l.ſi cũ ex exceptione. §. in actione uerſi.ignorantiam.ff.quod me.cau.quã ad hoc allegat Bald. in c. porrò. tit. quæ fuit prima cau.bene amitte.& plenè per Alex. in conſ.20.aliàs 166.in 2.lib & per Soc.in conſi.54. in 3. lib. ¶Septimò, quia a com

14 muniter accidentibus uxores ſolẽt per uiros interfeci uariis de cauſis, ergo cõtra id ſos uiros reſultat indicium, ut per Bal. in fi. ff.de hæredi. inſti. & plenè per Marſil. Ant.Blan.in repe.l.fi.ff.de quæſt. nu.257. 15 & 268. ¶Octauo, hoc confirmatur ex nobili conſi Hip.de Marſil.in nu.4 in primo lib. vbi in propriis terminis conſuluit quòd ſi reperta eſt uxor mortua in lecto mariti, & non conſtat eam mortuam morte uiolenta (quia fortè fuit ſepulta antequam hoc perueniret in notitiã iudicis) ſed conſtat de fama publica eam eſſe mortuam morte uiolẽta ab eius uiro, quòd ob hoc ſolum poteſt uir ille torqueri, & ſic in ind uiduo caſus iſte deciditur per eum, tãtò mag s quando reperta ſunt ſigna ſuffocationis, in uxore reperta mortua, hoc pcedit, ut in ſeq.c.patet.

ITEM inquirendũ eſt, qualiter reperta mortua Lucretia uxor dic. Ti. de mane fuit uiſa, & recognita a plurib. & diuerſis pſonis; & qualiter in gutture ipſius fuerũt reperta, & recognita plura ſigna ſuffocationis, & mortis violẽtæ, & ita uerisimiliter, & cõi iudicio expertorũ uidebatur, qđ inquirendum eſt, &c. quod fuit, &c

16 Per hoc capitulu ppriè pbat delictum iu genere fore cõmiſſum, pbãdo fuiſſe uiſa & recognita ſigna ſuffocationis in gutture, vel aliis partibus ſuæ perſonæ, & ante oĩa hoc dẽ cõſtare, ut inquiſitio procedat, & hoc procedit, ſi hoc apparere põt, alias ſufficit probare famã publicã eſſe, ꝙ mortua fuit, & quòd uioléter pe ſuffocationem, ut dicit Hip.de Mar.in d.conſi 5.

17 Hæc.n.ſigna in gutture probãt ſuffocationẽ, ſicut dicimus de tortura quæ p robatur per ſtigmata & ligaturas, quæ in brachiis apparent poſt torturam ar.l.ſtigmata.de fabri.lib.11.& firmat Par.de Pu. in li. ſynd.in uerbo, tortura.uerſi.quia ſæpe.ibi, & adde, quia poterit.

INQVI. Prædictis nõ obſtãtibus cõtrariã parte de iure ueriorẽ eſſe exiſtimo, ꝙ pdicta ſola de pſe nediũ non ſunt ſufficiẽtia ad condẽnandum, ſed minimè ad torquendum. & hoc ex pluribus.

18 Et primò, quia licet mors regulariter duob. modis naturaliter cõtingat, primò pp infirmitatẽ, q multipliciter hoĩem grauat, ut ait Pſalmiſta in pſona humani generis, Pſal.37.Nõ eſt ſanitas in carne mea. ppriè uerò infirmitas dicitur carnis, qua elementis, & humorib. turbatis caro ipſa afficitur, inficitur, & tandẽ diſſoluitur, adeò autem reperitur caro humana infirma, ut

uix reperiatur, qui nō ab vno vero matris aliquam infirmitatem ſecum adduxerit, quæ eum frequenter moleſtet, & randem perimat, ut in dies videmus ſecundo mō mors contingit homini ex ſenectute. nā dicit Apo. ad Heb 8. omne quod antiquat & ſeneſcit, propè interitum eſt: hæc autē ſenectus plena eſt miſerijs, q̄ annunciant domum corporis cito ruituram. vnde Bo. li. 1. de cōſola. inquit, uenit properata malis in opinata ſenectus, de quib. plenè Eccl. c. fi. & ſæpe ex ſenio ſenſus deficit. propter quod dicitur Pſa 70 Ne proijcias me in tempore ſenectutis, cum defecerit uirtus mea, ne derelinquas me. & plene enarrat Guliel. Benedi. in repeti. c. Rainutius. in uerbo, mortuo teſtatore. el prim. nu. 9. f. 94 taliter, ꝙ prima facie horum duorū altero non interueniente præſumatur, ꝙ ſit mortua uxor morte uiolenta, & ſic reſultet indicium contra uitum, apud quē reperitur mortua, tñ etiam alio modo poteſt cōtingere mors naturaliter ex improuiſo caſu, & ſubitaneo. iuxta illud Eccl. c. 9. Neſcit homo finem ſuū, ſed ſicut capiūtur piſces hamo, & aues laqueo cōprehēduntur, ſic, capiuntur homines in tēpore malo. ſ. impręmeditatè, & præter intentionem uarijs aūt modis & cauſis venit mors ſubitanea, & ex improuiſo hominibus æqualiter, infirmis, ſenibus. iuuenibus, & non infirmis, ut multis exemplis probat Guli. Bene. in c. R ain. extra de teſt. in uerbo, mortuo teſt. el. pri. nu. 9 cum pluribus ſequētib. mors. n. ſubitanea uarijs ex cauſis ſolet euenire aliquando propter nimiam lętitiam aliquando propter nimium dolorem & cordis triſtitiam, & alijs cauſis, ut recitat Valer. li 9. ī ti. de mortis nō uul.

19 Item mors ſubitanea pōt euenire ex nimio cibo, & nimis abundanti cęna ſecundum Galen. in lib. pri. de acc. mor. aut ut alij uertunt, de differen. morb. & idem Galen. in initio primi libri ſcribit, temperantiam ſiue ſymmetriam calidi & frig. di ſicci, & humidi naturalem eſſe ſanitatem, p̄ſertim ſimilium partium quam Ariſt. in 3 q. encyclica primæ ſectionis definit, ſecūdam ualetudinem mediocritatem quandam eſſe quocirca tradit Plato in Timeo corpus noſtrum his quatuor qualitatibus conſtare, ſicco, humido, frigido, calido. vt quod ſit cōpactum ex terra, aqua aere, & igne, ex quibus quum vnū plus æquo aut excedit aut deficit, flaceſcit corpus, & in ægritudinem labitur, & ita mediocritate ac temperamento de corporibus ſublato, mutationes uariæ, morbi, corruptiones prope infinitę irroborāt, atq; innaleſcūt. cuius Platonicæ ſententiæ teſtimoniū citat Gale. in li. de ele. ſed & Alemeō quoq; ſcribit, ſanitatem iſnaomia contineri: hoc eſt, æqualitate potentiarum quarundā, uidelicet, humidi, calidi, ſicci frigidi, amari dulcis, & id genus aliorū, & ſi monarchia in his aliqua ſe oſtentarit, confeſtim oriri morbos, deinde quoq; mortē cōſequi, ut retulit Plutar. in lib. poſtremo de placitis philoſophorum. c. quoq; poſtremo. p̄terea Ariſtoteles in primo omnium problemate inquit, quare magnæ exuperātię peſtilentes ſunt? quoniam aut exceſſum, aut defectum faciunt, qua quidē re morbum conſiſtere certum eſt. uidemus. n. eū, qui ſupra modum bibit, aut comedit crapula & ebritate perire, contra qui nihil bibit, & comedit, aut minimum edit, marceſcere, & in pthiſim, hoc eſt tabem incidere. eodem modo, qui non dormit, aut qui minimū, neceſſe eſt morbo perire & alias infinitas authoritates medicinæ ad hoc uide per And. Tiraquel. in trac. de nobilita. c. 31. nu. 367. cum pluribus ſequentibus & nu. 405 & hoc maxime procedit, ſi forte probaretur, quód dicta eius vxor de ſero comedit uarios & diuerſos eibos. quia ait Plinius libr. 11. capitu. 53. quód cibus utiliſſimus ſimplex eſt. aceruatio ſaporū peſtifera, & condimenta perniciosiora. & Galenus in commentario Hippocratis de uictus rōne in morbis acutis, tradit aliorum authoritate cibotum, uarietatem prę ſertim ueto ubi uarijs cōſtant facultatib. eſſe nocentiſſimam, ut pote quæ ingeſta ipſa prope cōcoqui proh beat. & in li. de iuuamentis mēbrorum cap. 4 ſcribit, res cōpoſitas ex multis rebus uel locioris eſſe corruptionis, quam ex paucis compoſitas & alias infinitas authoritates de hoc vide per And. Tiraquel. in tract. de notabilita. cap 31. num 452. fol. 191. & ſic ex his concluditur, quód cum uxor potuerit ab improuiſo alia morte, quam uiolenta, ēt naturali mori, etiam ſi reperiatur mortua

apud maritum, non ſit concludens proba-
tio, ut poſſit maritus condemnari.

20 Secūdo hoc probat, qa cautū eſt in iu-
re, ꝙ nunquam quis condemnatur, niſi ſit
teſtibus cōuictus, uel ore ꝓprio cōfeſſus,
vulgata l. qui ſententiam. C. de pœ. in caſu
uerò propoſito neutrū iſtorū interuenit,
ergo non pōt habere locum condēnatio.

21 Tertiò, quia in criminibus probationes
debent eſſe luce meridiana clariore. l. ſi. C.
de proba. & ibi Doct. & per Spec. in tit. de
iura dela. uerſi. ſecundum eſt, & de teſte §.
2. uerſ. quid ſi criminaliter. & de probatio.
§. 1. poſt uerſic. ultimo quæritur. & Paul.
de Caſt. in conſi. 199. incip. uiſa inquiſitio
ne. item probationes debent eſſe conclu-
dentes l. matrem & ibi Bal. C. de ꝓbatio, &
l. non hoc. C. vnde cogna. & debēt eſſe cō-
cludētes de neceſſitate, & non ꝑ poſſibile.
l. ad probationē. 2. & ibi Bal. C. de probat.
uerſi. ex quo not. in caſu uerò noſtro nul-
li dubium eſt, quòd non ſunt ꝓbationes
luce meridiana clariores, & concluden-
tes, ut patet ad ſenſum ergo, dicere, ꝙ
habeat locum condemnatio, ridiculū eſt.

22 Quartò probatur, quòd nec etiā poteſt
torqueri. nam habemus, quòd indicia de-
bent eſſe in genere ſuo clara, & talia, quæ
de iure ſubſiſtant. ſecundum Bal. in conſi.
229. incip. uerba inquiſitionis. 2. colum. in
3. uolum. & habetur per Marſ. in conſi. 83.
incip. in cauſa inquiſitionis formato. nu.
2. in caſu uero noſtro nō uideo indicia tā
clara, & de iure ſubſiſtentia, quòd maritus
ſuffocauerit vxorē, quia ut dixi pōt mors
cōtingere etiā naturaliter ab improuiſo.

23 Quintò probatur, quia probationes de-
bent eſſe uериſimiles, aliàs eis non eſt ſtan
dum ſecundum Bal. in l. fi. in fi. C. de eden.
& Innoc. in c. auditis. de præſcriptio. & per
Marſ. in conſ. 101 incip. in præmiſſa cau-
ſa accuſationis. num. 23. hic autem nō eſt
uериſimile, nec eſt credendū, quòd uir de-
buiſſet, & uoluiſſet occidere uxorem pro-
priam non probata aliqua iuſta cauſa, ex
qua potuiſſet moueri, cum uir cū uxore
ſit una caro, unum corpus, & una anima
nā facta eſt uxor de coſta uiri, nō ex pede
ne eſſe uideretur ad ſeruitutē ſubijciendā
ut dicit princeps ſentētiarū Lōbardus lib.
2. diſtinct. 18. & ibi Doct. theologi. ergo
nullatenus eſt dicendū, ꝙ ex hoc ſolo, qđ
dixiſti, uir poſſit condēnari uel torqueri.

24 Sextò probatur, quia dato & conceſſo,
quòd hoc ſolùm, quòd dixiſti, eſſet indi-
cium indubitatum, & præſumptio uiolen
ta, quòd maritus uerè & certitudinar è ſuf
focaſſet uxorē, non tñ ex præſumptione
uiolēta, & indicijs indubitatis poteſt quis
criminaliter damnari, ſecúndum Gandi.
in trac. ſuo malefi. ſub rub. de præſumptio.
& indi. indu. & Paul. de Caſt. in conſ. 197.
incip. uiſa inquiſitione. in ulti. colum. in
prin. & Bart. Cępol. in conſil. 6. incip. ue-
ritas in 3. colu. & Angel. in l. 2. ff. de furt.
& latè per Marſ. in conſ. 96. nu. 10. ergo in
caſu noſtro quāto magis non eſt uerum,
quòd habeat locum condemnatio, cùm
nullibi reperitur, ꝙ reſultet indicium in-
dubitatum; ꝙ maritus ſuffocaſſet uxorē.

25 Septimo probatur, quòd nec poteſt habere
locum tortura, cum licet ſi relictū iudicis
arbitrio quæ indicia ſint ſufficientia ad
torturam, & quæ non, tamen tale arbitriū
debeat eſſe iuri & æquitati conſonum ſeu
congruū aliàs ſi ex ceruice ſua procederet
non ualeret, quod ageret ſecūdum Ludo.
Rom. in conſil. 376. incipien. quæſtio. eſt
nunquid in pen. col. ubi pro hoc allegat
glo. in l. eas cauſas. ff. de condic. & demon.
& hoc ēt uoluit Bald. in diſpu. ſua incip.
ſtatuto cauetur, quòd fœnerator. in ulti.
colum. arg. l. codicillis. §. fi. ff. de legat. 2. &
idem etiam dixit dum. Alexand. in conſi.
ſuo 21. incip. uiſis uerbis, pe. colum. & per
Marſ. in conſ 8. & in conſ. 15 nu. 17. & cōſ.
24. nume. 11. & conſi. 63. nume. 16 dicere
enim, quòd ſola inuentio uxoris mortuæ
penes maritū in lecto, ſit indicium ad tor-
turam, non eſt iuri conſonum, maximè,
quia poterit eſſe quòd alia morte, quam
uiolēta, ſit mortua, ut ſuprà late dictū eſt,
ergo nō pōt ad torturā procedi ex eo ſolo
indicio alijs non concurrentibus.

27 I V D. Audiui iam altercationes ue-
ſtras, & ſequor opinionem Inquiſiti, &
eam puto ueriorem, quòd alijs admini-
culis non concurrentib. contra maritum
non habet locum condemnatio, nec tor-
tura, ut in proprijs terminis cōſuluit Bal.
in conſil. 254. in ſecundo libr. & plenè
per Boer. in deciſ. 261. per totam in ſecun-
da parte. ubi inter cætera allegat dicto
conſil. Bald. licet corruptè, dum ipſum al-

legat in conſ.122.in pri.li. quare domine Fiſce,ſi alia non habes,eſt locus liberationi ſub fideiuſſoria cautione. ¶FIS. Vtique alia concurrunt,uidelicet.

ITEM. inquirendum eſt,quòd ſtatim ac dicta Lucretia fuit inuenta & reperta mortua ī dicto lecto inſurrexit publ. uox & fama,publicū, notorium & manifeſtū, non quidem à maleuolis, ſed fide dignis, non ſemel tantū, ſed pluries in pluribus & diuerſis partibus, quòd dicta Lucretia fuit mortua, & uiolenter ſuffocata ab eius marito:quod inquirendum eſt, &c. quod
28 fuit. Fama ſecundum omnes in c.qualiter & quando.de accuſa el 2.& in l. de minore.§ plurium quoq;.ff.de quęſtio facit indicium ad torturam,& ſic nulli dubium eſt,quòd maritus poteſt torqueri. ſaltē ex iſtis ſupradictis. INQVISITVS. Ego autem dico,quòd nequaquam poteſt procedi ad torturam etiam concurrente fama ex pluribus,& primò præſupponēdo, quòd non eſt probata,ut decet,nam teſtes non deponentes nec nominantes ſaltem duos,à quibus audierunt dici,nō probant nec concludunt famā ſecundum Inno.in c.qualiter & quādo.2.de accuſa. Bar.in d. §.plurium quoque Abb.in c. cum cauſam de teſti.item præſupponendo,ꝙ non concludāt teſtes audiuiſſe dici à maiori parte populi caſtri, uel uillæ,ubi delictū eſt cōmiſſum,ut requiritur ad probationem famæ.ſecundum Bart.in d.§.plurium.& ibi plene Marſ.& Bald.in rub. C. de probat.& Angel.in l.quid ergo §. quantum.ff. §.de his qui no.infa. item præſupponendo, ꝙ teſtes non exprimāt cauſam,propter quā fama ipſa ſit orta:ut puta, ex tali inimicitia,ex minis, & iniuria, uel alia conſimili cauſa.ſecundum Bart.in d. § plurium. & Salic.in l.ea quidem. C.de accuſat.Abb. & alij omnes in c.ueniens.de teſti.Item præſupponēdo, ꝙ ſit orta poſt inquiſitionem formatam;uel poſt carcerationem,quo caſu nullum indicium reſultat,ut conſuluit Petr.de Anc.in conſ.153.incip. in genere presbyteri & Gia uoto.34 num.3. per totum, & nu. 14. Immo ſi bene inſpiciantur doctores loquētes de hoc,& maximè Bar. in d.§ plurium. dū dicit ibi, an uerificatis omnibus iſtis adhuc fama faciat ſufficiēs indiciū: & dicit debere cōſiderari illa indicia,& illas præſumptiones,ex quibus fama traxit originē , qualiter uigeāt; & ſic ſecundū qualitates , traditas docet facere indicium, & ſic ex eius uerbis doct.dicunt firmam concluſionem nō dari. unde Bal. in l.milites.col.pri.C.de quæſtio.& Cy.in l.fi.eo.titu.& Imo.in l.fi.ff de hære. inſtit. & omnes alij,quos refert Iaſon in l.admonendi.nu.251.dicunt famam nō facere indicium, & quòd iſta eſt cōmunis opinio, & ita firmat Marſil in d §.plurium.plures doctores allegans,& ibi limitat hanc communem cōcluſionē , ut nō procedat in vehementi fama, licet ex mēte omnium doc. poſſet dici quòd fama faciat iudiciū , ſed non ſufficiens,ut puta,ſi teſtes ponāt,ut ſuprà dixi;exemplum, duo teſtes deponunt Titium occidiſſe Sempronium ꝓpter inimicitiā,quæ erat inter eos,quia aſpirabāt ad eandem dignitatem , uel ob aliam cauſam cōſimilem,& quòd de hoc eſt fama à maiore parte populi, tūc tales teſtes deponentes de fama,& exprimentes cauſam faciūt indicium, quamuis de cauſa nō deponant niſi ex auditu,ſed nō eſt habile indicium, niſi ſi ex poſt facto fuerint probatæ cauſæ expreſſę per teſtes , ut eſt inimicitia, uel alia cōſimilis:hoc caſu uerū eſt, quòd erit ſufficiens indicium ad torturā, & hoc modo intelliguntur uerba docto.loquentiū in hac materia uide Blan.in repe. l. fi. ff.de quæſtio.nu.311.& 312.& Grāma. cōſ. 42.per totum,& Fran.Bru.in tra.de indic. & torm.3.quæſtio.primæ partis nu.32.

29 Secundò principaliter tollitur iſtud indicium præſupponendo,quòd ſit probatū de bona fama in genere ſecundū Bal. in l. ea quidem.C.de accu §.penul uerſic. item quæro, an infamatus. niſi inditium famæ probaretur, & coadiuuaretur exterioribus præſumptionibus , & coniecturis ualidioribus. iſto enim caſu non tolleretur, ut conſuluit Veronen.conſ.39.num.42.

30 Imò nos habemus,quòd ubi contra inquiſitum extaret unum indicium tantùm ꝓbādo bonā famā eius ſed illud facit indicium.ſecundum Bald in l.fi.in ult colum. C.de proba.refert & ſequitur Alexan.in l. fi.in 3.apoſtilla.ff.de quæſtio.& in conſil. 90.incip.uiſo themate anteſcripto.pe.col. 3 uol.& Catal.in trac.ſyndi.nu. 142.incip. adde quia ſæpe.& Dec. conſil.179 penult. col.

col.& ibi allegat Bal.in l.1.in fin. C.loca.

31 † Item tollitur illud indicium præſupponendo, ꝙ ſit probatum, eſſe famam publicam, ꝙ dictus maritus nõ ſuffocauit vxorem, ſed quòd mortua ſit naturaliter, ut dicit Bart.in d.§.pluriũ.& ſequitur ibi Marſi.nu.52. & tunc dicetur probata eſſe negatiua, nõ affirmatiua, uidelicet, ꝙ publica uox & fama eſt, Titiũ non feciſſe.allegar, q̃ habentur in l arbiter.ff.de ꝓbatio.

32 Et ſi ſuper curiam probatum eſt de fama affirmatiuè, quòd maritus ſuffocauit vxorem, & maritum eſt probata fama negatiua, quòd non ſuffocauit, tunc ſtandũ eſt teſtibus dignioribus, & ſi teſtes eſſent æquales ſtatur illi probationi famæ quæ proceſſit ex ueriſimilioribus, præſumptionibus.ſecundum Bart.ubi ſupra, allgat in arg.l. ob carmen.ff.de teſti.in fin.cum ſua gloſſ.& per Marſi.in d.§.plurium num.5.

33 † Imo plus dico, quòd ſi per curiam probaretur fama publica maritum cõmiſiſſe delictum & quod ſtatim orta fuit hæc fama, & maritus probauerit, famã publicã eſſe, maritum non cõmiſiſſe delictum, in uxorem, & quòd illa, fama orta fuit poſt delictum commiſſum illinc ad duos, uel tres menſes, vel vltra: hæc vltima fama ꝓualebit.ſecundum Bar.ibi, allegat caſum in l 2. circa prin. ff qui or.in bon.poſ.ſer. & ſequitur Marſi.ibi nu.54.

34 Item vlterius eſt ſciendũ. ꝙ ſi probata eſt fama affirmatiua in caſtro, ubi, eſt delictũ cõmiſſum, & negatiua in ciuitate, tũc ſi qualitates teſtiũ, & cauſæ, ex quibus fama ꝓceſſit, ſunt ęquales, tales ꝓbationes ſibi inuicẽ derogant: adeò, ut neutri fides adhibenda ſit arg.d.l.ob carmen in fi.& l. ſcripturæ. C. de fid.inſtru.& c.licet de ꝓba. & ſequit Mar. in d. § pluriũ nu.52.& ibi Bar.ſed ſi eſſent inæquales, illis, ſtabit, in quib.cõcurrunt meliores & ualidiores

35 cauſæ. & meliores teſtes † Itẽ tollit iſtud indicium famæ, ꝓſupponendo ꝙ ſit probatum, ꝙ habuit ortum & principium ab inimicis maleuolis, offenſo vel affinib.offenſi, quia tunc non reſultat aliquod indicium; cum fama debeat habere ortũ a fide dignis perſonis, non aũt a maleuolis, uel ſuſpectis ſecundum Bartol. in di.§. plurium.& ibi Marſi.nu. 34.hoc autẽ poterit cõſtare probando, quòd cõmiſſo delicto affines offenſi, uel ipſe offenſus, inimici & maleuoli inquiſiti in pluribus & diuerſis partibus ciuitatis id dixerunt.

36 Itẽ tolli iſtud indiciũ præſupponendo eſſe probatas cauſas ex quibus fama ꝓceſſit: uidelicet, eã inimicitiæ, vel rancoris, ſi ex aduerſo probet fuiſſe factã reconciliationem inter eos, nimiã amicitiã, & amorẽ uſq; ad ultimũ ſpiritũ vxoris fuiſſe inter eam & maritum, p hæc.n. tollitur indicium rancoris & inimicitiæ. ſecundum Bar.in l.3 § fi.ff.de adim.lega.

37 IVD Vtiq; licet ꝓ parte fiſci ſit bñ fundata intentio curiæ, tn pro parte inquiſiti melius reſoluuntur obiecta, & de hac fama uide plenũ p Mari.in conſ.18 nu 42. primo lib.& conſ 44.num.20.& conſ.72. nu.20.& conſ 20 numero.21.& conſ.76. nu.20.& conſi.88.nu 12.& conſ 1.nu.4 & conſ.2.nu.& cõſ 49 nu 65.& conſ.55.nu. 67 & Philip Dec.in conſ 37 col.3 & cõſ 57.col.1.& conſ.133.colu.4 & conſ.272. nu.4 Laureu.Calca.in conſ.79.nume.29. & conſ.2.nu 6.Gemi.conſ.59.Franc.Are. in conſil. 13.ibi, an fama in criminalibus cum vno teſte ſine alijs adminiculis plene probet.& conſ.73.ibi ſi fama nõ habet certum authorem, an pręebeat iuſtam cauſam iudici inquirendi. & in conſ.103.ibi, an probetur fama ſi teſtes dicant, quòd audiuerunt a pluribus & pluribus & in conſil. 122. ibi an teſtes in probatione famæ debeant reddere cauſam ſui dicti, etiam nõ interrogati.& Bal.in conſi. 141.in 4.parte per totum.& in conſ 402.in quinta parte n.5 ibi, quæ ſit fama publica, & an faciat indicium & conſ.353.in quinta parte nu. 1. ibi quid requiratur ad probandam famam & conſ.79.in quinta parte nume.2. ibi an probatio bonæ famæ præualeat ꝓbationi malæ famæ, & conſ 447.in 5 parte nu.5.& 10 ibi qualiter probet.& quis ſit famæ effectus & conſ. 282 in quinta parte nu 3. ibi, quomodo probetur fama.& conſil. 295. in prima parte nu 2.& conſil. 405.in prima parte nu 3.ibi, an poſſit probari per duos teſtes & cõſ 406 prima parte num.2. ibi, an teſtes ſingulares probent famam & conſil. 404 in tertia parte nume.6 ibi, quando ſufficiat ad torturam.& conſil.77.in tertia parte nu. 9. & conſ.78. in tertia parte num.1.ibi, an dicatur indi-

cium certum, ut poſſit ad torturam deueniri. & conſ. 286. in tertia parte nu. 1. & cõſil. 123. in tertia parte nu. 4. conſil. 465. in quarta parte. nu. & 9. & conſil. 10. in tertia parte num. quinto Alexan. in conſi. 19. incip. in cauſa appellationis. 4. uol. nu. 8 & 9 ibi, quomodo probet fama. & conſi. 138. nu. 67 in ſexto uol. ibi, quo modo probet. & conſil. 150 nu. 18. & conſil. 173. num. ſeptimo. in 6. libro, & in conſil. 101. in 6. li. & in conſi. 2. nume. 16 in ſeptimo li. & in conſil. 57. numero 7. in 7. libro, & conſilio. 24. nume. ſexto, in ſeptimo li. & conſi. 50. nu. 13. in 7 lib. & conſ 123 nu. 3. in 7. li. & conſ. 15. 7. lib. ibi, quomodo probetur. & conſ. 284 in 7. lib. nu. 11. ibi. unde probetur fama, ſi teſtes dicant a multis audiuiſſe dici, & ibi, ſi eſt probata fama affirmatiuè & negatiuè, quæ præualeat. num. 14. & Ycionė. conſ 39 nu. 43. ibi, an fama in genere tollat diffamationem in ſpecie de delicto. Aimo. Craue. in conſ. 41. nu. 9. 1 lib. ibi, an ſufficiat ad torturam. & conſ. 99. nu. 1. ibi, an bona fama inquiſiti tollat ſuſpiciones exiſtentes cõtra eum. & cõſ. 151. eo. lib. & conſi 88. num. 13. ibi, an fama excuſet impetrantem beneficium uiuentis, quando fama erat de morte. & conſil. 41. ibi, a quibus debet habere originem. & conſi. 145. eo. lib. ibi, an bona fama tollat ſuſpitiones contra eum & conſil. 182. ibi, an plene probet, ubi agitur de modico præiudicio. Stephan. Bertr. conſ. 41. nu. 16. prima parte. ibi, quomodo probetur. & conſi 37. nu. 12. 2. lib. ibi, ſi eſt probata fama affirmatiua & negatiua, quæ præualeat, & conſ. 26. num. 12. ſecunda parte & conſil. 174. 2. parte ibi, quomodo probetur. & conſ. 61. nu. 6. in ſecunda parte. ibi, an faciat indicium, & qualiter ſit probanda. Phil. Corn. in conſ. 232. nu. 14. in 2. lib. ibi, qualiter probanda. & conſ. 84. 1. libro nu. 7. ibi, an probetur per teſtes dicentes audiuiſſe dici ab omnibus. & conſil. 198. nu. 2. in 2. lib. & conſ. 46. nu. 16. in 3. lib. & conſ 62. nu. 23. in 1. li. ibi, quomodo probetur. & conſ. 319. nu. 4. 1. lib. ibi, quòd debet habere ortum ex cauſis probabilibus & conſ 30. nu. 10. in 3. lib. & conſ. 68. nu. j. in 2. lib. ibi, quomodo probetur. & conſi. 10. nu. 6. in 4. li. ibi, quòd debet habere ortum ex probabili cã. & conſi. 127. nu. 2. in 4. lib. ibi, quomodo probetur. & conſ. 198. nu. 11. in 11. lib. & conſ. 31. nu. 10. in 3. lib. & conſil 23. nu. 9. in 11. lib. ibi, quomodo debet probari famam eſſe, mulierem eſſe meretricem. & conſ. 34 num 12. in 2. lib. ibi, ꝙ probatur teſtibus ſingularibus & conſ. 220. num. 12. in 3. lib. ibi, quòd fama non probat laudabilem alicuius uitã, ſed alias probationes coadiuuat. & conſ 247. nu. 24. in 11. lib. & conſ. 198. num. 16 in 2. lib. ibi, quòd attenditur famæ origo & cõſi. 68. nu 4 in 2. lib. ibi, quòd non ſufficit, quòd teſtes dicant, quòd populus ita dicat, ſed ꝙ maior pars populi ſeparatim ita fateatur. Io. Mill. in prac. crim. nu. 62. fol. 12. ibi, quòd fama maleficij ſufficit ad inquirendum. & num. 31. fol. 26 ibi, quòd probatur duobus teſtib. Gui. Pap. in deciſ. 301. ibi. quos effectus operetur. & Cappe. Toloſa. in deciſ 279. ibi, qũo probetur. & Abbas in conſ. 81. nu. 1. ibi, fama cum alijs adminiculis ſufficit ad probãdum quem uſurarium manifeſtum. & Affl. in conſtit. peſſimam. in 8. no. ibi an accuſator, qui ꝓbauit famam publicã, excuſetur a calumnia. & in conſt. 1. humanitate in 5. not. ibi an ſola fama ſufficiat ad carcerandũ, qñ quis fuit ſub fideiuſſorib. liberatus, & an faciat indiciũ ad torturã. & ibi, qũo probetur & Gramm. in deciſ. 34. nu. 52. & deciſ 4 nu. 12. & de his hactenus, quare videas Fiſce, ſi alia habes contra maritum.

FISC. Alia & illa quidem urgentiora habeo, videlicet.

ITEM. inquirendum eſt, qualiter mortua dicta Lucretia dictus T. eam de nocte clàm & occulte ſepeliri fecit abſq; ſolennitatibus, exequijs, & põpis funeralib. q̃ cõiter fieri & adhiberi ſolent funeribus eiuſdẽ qualitatis & facultatis, & qũo caſata d. Tit. abſque planctu & ululatu fuit. quod inquirẽdum eſt, &c. quod fuit, &c.

38 Clarũ eſt, quòd ſepultura eccleſiaſtica fit cum pſalmis & orationibus. 23. q. 5. c. placuit 13. q. 2. c. quæſta. §. itẽ quare. & c. abolendæ. de ſepul. & Car. in cle. 1 in 25. q. eo. tit. & in tradenda ſepultura attenditur conſuetudo loci, ut habetur per Guil. Bened. in c. Raynutius. extra de teſtam. in uerbo, mortuo teſtatore. in prin. num. 53. ubi multa de hoc fo. 97. & quotieſcunque non fit id, quod conſuetũ eſt fieri, dicitur

clam. fieri, ſecundum Bar. in l. 1. § fi. ff ui bo apto. itē id quod fit ſine debita ſolemnitate, dicitur clandeſtinum, ſecundū eūdem Bar. in l. fi. ff. de ri. nup. & in l. 2. verſicu. & ſic. no. C. de his, qui pub. ratio. l. 10.

39 Sed ſic, eſt quòd clandeſtinitas inducit ſuſpitionem ut no. per glo. l. 1. C. de inter. ma. & extra. de cland. deſpon. per totū. & per Philipp. Cot. in conſi. 61. nu. 2. in 3. li. ergo reſultat indicium contra maritū ſepelientem uxorem clam non ſeruātis conſuetudinibus loci, ꝙ ipſe eam occiderit. imo abſcondens mortem alicuius, punit, & magna inſurgit ſuſpicio contra eum: ut habetur per Boer. in deciſio. 287. in ſecunda parte, per totum uide multa ad cōfirmationem huius dicti per Marſil. in rubrica de ſicar. numero quarto, cum ſeq.

40 † Præterea inſurgit alia ſuſpicio contra maritū, ſi mortem ſuæ uxoris non luget, nec ſeruat conſuetudinem patriæ circa luctum. quod probatur, quia planctus eſt ſignum magni amoris, ut habetur in Euangelio Ioan. cap. 11. ibi lachrimatus eſt Ieſus. nō lachrimare, nec lugere mortē vxoris, eſt ſignum odij: & inducit ſuſpicionē contra maritum hinc uidemus, quòd vxores non ſeruantes cōſuetudinē luctus maritorū defunctorū, & nubentes intra annum, efficiuntur infames, & puniunt pęna iuris poſitiui, & ultra hoc perdunt gloriam matrimonialē pudoris, cū hic actus nō ſit laudabilis, nec ſine rubore faciei detegentis maculam cordis ſecundū Bal. in proœ. decre. col. 3. in uerbo, pudicos. & habetur per. Tiraquel. in tracta de leg. connu. in 8. l. num. 3. & plene per Guliel. Bene. in rep. c. Raynutius in uerbo, qui cum alia matrimonium cōtraxit nu. 36. uerſi. 10. in tertia parte. hinc etiam uidemus, ꝙ ſeruatio uiduitatis, eſt ſignum amoris; ut plene habetur per eundē Guliel. Bene. in d. uerbo num. 109. ergo non ſeruans, exhibet ſignum ſe non amare hinc etiam uidemus, quòd uiduæ debent flere, & ueſtire ſe ſecundum morem regionis, ut per eundē Guliel. Bene. ubi ſupra nu. 177. ubi multa de ueſtibus lugubribus, & plura de puniendis ad uiduas. unde dicitur, ſi fueris Romę Romano uiuito more. c. illa 12. diſtin. & melius in c. ſiquis uitorum. 30. d. ſti. hinc Pau. apo. ad Ro. 12. inquit, gaudete cū gaudentibus, flere cum flentibus & impoſſibile eſt, quòd maritus non lugeat, & nō ſit triſtis ob mortem uxoris. iuxta illud Dominicum dictum, caro infirma eſt, ſed ſpiritus promptus maxime, quia uir & uxor ſunt una caro, & unus dēt lugere de morte, alterius, ſecundum morem regionis vt per eundem Gulie. Bene. ubi ſupra nu. 184 & tanto magis eſt indicium cōtra maritū idquod capitulat. qa cōcurrit ēt, id quod in ſequenti capitulo dicitur, uidelicet.

ITEM. inquirendū eſt, qualiter mortua dicta Lucretia illico uel parum poſt fuit uiſus d. T. ridere, & cum magna lætitia, & gaudio conuerſari in feſtiuitatibus, & locis, & gaudijs, induendo ſe feſtiuis ueſtibus, demonſtrando intrinſecus & extrinſecus ſe nullum dolorē habere dedicta eius uxore, ſed potius ingens gaudiū, & lętitiā quod inquirendum eſt & c. quod fuit. & c.

41 Maritus, ut dixi, tenetur lugere mortē uxoris, & e contra, iuxta illud Ouidij in lib. de ponto. læta quidem lætis cecini, cano triſtia triſtis, conueniens operi tēpus utriq; ſuum. Eſt. n. conueniens extraneis perſonis lugere alicuius uxorem: eſt certe igitur & ipſi marito, imo eſt opus charitatis dolore de aduerſis proximi, & e contra eſt peccatū mortale gaudere de aduerſis, & dolore de proſperis, quanto magis de marito in uxorē, qui debet eſſe particeps infortunij uxoris. l. ſi cum dotem. § ſi maritus. & ibi Alex. ff. de ſolu. mal. p Affli. in proœ. conſtitu. in ui. not & in conſtitu. iuſtitiarij per prouincias, in tertio not. & p Alber. de Roſa. in l. cum tale. ff. de cōdi. & demonſtra. nu. 3. ergo ſequit de neceſſitate, ꝙ ſi contrariā fit per ipſum maritum, inſurgit non modica ſuſpicio contra eū.

42 Nam nemo ſani capitis dicet uiros nō lugentes mortem uxorum, ſed magis gaudentes, & ridentes, feſtiuiſque ueſtibus ſe induentes, nō eſſe grauandos ſuſpicione, eos odio proſequutos fuiſſe eas, & aliqd triſte aduerſus eas eſſe machinatos. amor uel odium ex coniecturis perpenditur, ut habetur per Cot. in conſ. 461. num. 13. in 2. lib. qui enim amat, figuram, imaginem, & faciem eius, quem amat, ſuo imprimit atque inſculpit animo: ſit itaque amantis animus tanquam ſpeculum quoddā, in quo amati reluceat imago ut habetur

tur per Tiraquel. de legi. connu. 13. l.nu. 23. ex iſtis ergo exterioribus cognoſcuntur interiora ſecundum Bar. Soc. conſ. 131. in cip' in præſenti ueriti. præterea cum ratio. circa princip. pri-ma par. Bald. in l. is qui. §. diuus. de tut. & cura. & in l. ſi ex plagiis. ff. de leg. Aquil. & Signo. de Ho. conſi. 96.

43 Et ſi quis uidere copioſiſſimè quātū uir debeat amare uxorem, uide Guliel. Bene. in repe. c. Raynutius. in uerbo, cum dā Petr. tradiderunt. num. 75. cum pluribus ſequētibus ex quibus colligetur, an oriat' ſuſpicio, ſi uir non luget mortem uxoris. & per quot dies debeāt portari ueſtes lugubres, de iure, uide Ang. in l. ſi ex re. §. quæſitum. ff. de ſtipu. ſeruo. num. 3. & an uxor nō portās ueſtes lugubres ſit infamis, uide Bald. in conſi. 478. in 5 li. & Phi. in c. 1. de teſta. in 3. col. in 6. & Cap. in cōſ. 135. in 2. col.

44 Alia enim inſurgit ſuſpicio contra maritum induentem ſe mortua uxore ueſtibus feſtiuis, cum debuiſſet ſe induere ueſtibus lugubribus. nā ueſtes lugubres, quę ſolent portari ob mortem alicuius, in illa regione, aliquid conferūt, ſaltem quo ad vulgi opinionem, ſecundum Guliel. Ben. in c. Raynutius. in uerbo, qui cū alia ma. cont. num. 180. nam ſapientis eſt ſe cōformare ritui. & habitui maioris partis. cap. deus, qui eccleſiam. de vi. & ho. cler. quoniam turpis eſt pars, quæ ſuo non cōgruit vniuerſo. c quo iure. 8. diſtinct. portantur enim iſtæ ueſtes lugubres in ſignum triſtitiæ: adeò, quod dicit Ang. in l plenum. §. æquiti. ff. de uſu, & ha. quòd ſi teſtator legauerit lectū mulieri uiduæ, non uidetur legaſſe culcitram de ſerico, qui intelligitur ſecūdum cōditionem mulieris uiduę, & non de lecto pompoſo. & idem ſi legatus eſſet lectus uxori per maritum. ſecūdū Bal. in l. circa. princ. C. de leg. imò ſi teſtator præciperet filiis eam tractari, prout ipſe eam tractauit, non tenentur ei filij emere veſtes pompoſas, puta ſericas, uel auratas, quas uiuente marito in honorem, & lætitiā illius portauerat. ſecundū Bar. in l. libertorum § ſi ff. de leg 3. & habetur per Guliel. Bene. ubi ſupra. num. 131. cum ſequentibus. unde ex his infertur, quòd maritus induē s ſe ueſtibus lætitiæ, & nō triſtitiæ, incurrit ſuſpicionem non modicā.

IVDEX. Quid aduerſus hæc, q̄ obii-

45 ciuntur per Fiſcum, habes inquiſitæ?

INQVISIT. complura habeo, quæ in facto conſiſtunt, & pri. dico, q̄ dato, q̄ aliq̄ua ſuſpicio poſſit oriri ex prædictis, attamen probādo paupertatem, propter quā cauſatū extitit, quòd nō fuit ſepulta uxor cum pōpis funeralibus, nec fuit factus luctus, & planctus ſecundum morem regionis: & quòd ob cauſam non fuerint factæ ueſtes lugubres, itē, quòd ob hāc cauſam non fuit ſepulta de die ad euitādū dictas pompas funerales, & alia, quæ ſolent fieri ſecūdū morē regionis in ſepultura mortuorum, ut multories fieri ſolet, ob ſimilē cauſam tollitur iſta ſuſpicio, paupertas enim multū prodeſt in hoc, ſicut & alibi videmus, q̄ paupertas excuſat à mulcta, & pœna arbitraria, nō autē à pœna ordinaria, ſecundum Bal. in l. acceptam 23. q. C. de uſur. & per Fran. Ari. in l. inuitus. C. de pro. itē excuſat à deſertione, ne pauperi appellanti currant fatalia ſecundū glo. in l. eorum. C. de appel. in § ſuper his uerò. in uerbo, inopia. & glo. vlt. in l. minoribus. C. de his quib. ut indi. Inn. in c. ex ratione co. tit. item excuſat à pęnis. l. 1. & 2. C. de ſecun. nup. ſi mater ſecundò nubens non reddat rationem tutelæ, priuſquā ſecundo nubat, ſecūdum Bal. in auth. iiſdē. C. de ſecū. nup. item paupertas excuſat etiā in foro cōſcientiæ ſi etiam excommunicatus abſoluatur non facta ſatisfactione ob paupertatē, ut ī c. a nobis, extra de ſen. excom. item paupertas excuſat, ut pp̄ non ſolutionem cenſus, uel canonis, res emphyteotica, non incidat in cōmiſſum, ut per Spec. in tit. loca. §. nunc aliqua. uerſi. 29. quæri. in fin.

46 Et ſi fortaſſe maritus nō hēt hāc defenſionem (q̄a fortè diues eſt, & nobilis) pōt excipi, articulari, & ꝓbari, q̄ inter nobiles, & diuites pōpæ funerales nō fiūt ſecūdum morē regionis, ut fieri ſolet in pluribus partib. itē qualiter ſepultura nobiliū, & plenarū bonę reputationis, ut plurimū ſolet fieri de nocte, & non de die, abſque aliis ſolennitatib. & ueſt. b. lugubrib. mos enim regionis in talib. attēdēdus eſt, ut ſupra dixi, uel uideat', ſi probari potuerit, q̄ dicta uxor ſemper tēpore quo uixit dicebat, quòd ſi in ultimo uitæ ſpiritu ꝑmittereť, ut loqui poſſet, ſub maledictione uolet

let prçcipere, ut de nocte, & abſq, pompa funerali ſepeliretur, quia ſummopere ei diſplicebant dictæ funerales pōpæ, vt vidi à nonnullis dici, uel probetur, quòd dictus maritus eſt implicitus nonnulli oneribus, & quòd deducto ære alieno parum ipſi reſtat arg. tex. l. at ſi quis impediat. §. hæc actio. ff. de relig. & ſump. fu. ſi autem eſſet diues, & prædicta alia nō concurrerent, tūc eſſet ſuſpicio. ar. tex. in ea. l. §. iudex, q de æquitate, licet poſſet dici, quòd ob nō factas pōpas funerales, nulla oriat ſuſpicio per text. l. ſi quis ſepulchrū. ff. de reli. & ſum. fu. uel pōt probari, quòd uxor deceſſit abſq, prole. quo caſu dos reuertebatur ad patrem, uel fratres, & quòd ſic ad eum non ſpectabat funeris impenſa, per text. l. in eum. ff. de reli. & ſum. fun. iuncta gl. & l. Celſus. ff. eo. tit. itē potuerit probari, quòd erat aliquis infirmus in domo, & ne ei daret terror, fuit ſepulta ita clam, & occulte. item poteſt probari amor, quem gerebat erga ſuam uxorem per euidētiores cōiecturas, vt uix negari queat, ſic eſſe probando etiam bona tractamenta, q̄ ei fecerat vſq; ad ultimum uitę ſpiritum. Item probando è contrario dolorē, & triſticiam, q̄ habuit de eius morte per alias coniecturas ualidiores. item probando, quòd ſemper in uita ſummopere ibi gratulabat dicta uxor de dicto ſuo uiro. item probādo pudicitiā ſuæ uxoris, ac eius bonos mores, ut ſic nulla poſſit imaginari cauſa, ob quam uoluiſſet eam interficere.

47 Vna enim cōiectura tollit aliam, ut p Bar. in l. ſi. C. fam. her. & Par. in uerbo, tortura. lo 3. verſ. ſequitur quæſtio. & uerſic. mandauit. rex. Alex. conſ. 77. vlt. col. 1. lib. & Marſ. in prac. cri § diligēter. ver. modo vlterius & in l. 1. §. diuus Adrianus. ff. de ſic. itē probando bonam famam, & uitam ipſius mariti. & quoad ſuſpicionem de ueſtib. & pompis, poterit probari paupertas, & quòd non poterat facere ueſtes lugubres nec ueſtes pompoſas.

48 Item probando, quòd ita ſeruat in illa regione, videlicet, quòd pp mortē uxoris non ſolent fieri ueſtes lugubres, nec ſolet fieri planctus, ſed riſus, & cantus, ut fit in multis partibus, ut refert Alex. in l. ſi cum dotem §. ſi maritus. col ult. ff. ſol. matr. & Accur. in l. cum quidam. & ibi Bart. ff. de annu legat. & Rom. ſing. 33. & eſt gl. in §. vlt. in verbo, natalib. inſtit. de inge. & in c. non licet. 33. quæſt. 4. & Pan. in ca. licet. in 2. not. de fer. item probando, q̄ hoc nō fecit ob paucum amorem, quem gerebat erga ſuam vxorem, ſed cauſa religionis; & demonſtraret, q̄ debemus gaudere de morte, quia tendit ad vitam æternam, vt docet copioſiſſimè Tiraq. in trac. de nobilit. c. 31. nu. 467. cum plurib. ſeq. ubi inter cætera refert hos verſus. Oportuit nos funeris luctu graui dolere natum maxima ad diſcrimina, mortuum qui caſſus eſt laboribus, efferre læto corde, lætis uocibus. ita autem vertit Cicero, nam nos decebat cœtus celebrantes domū lugere, vbi eſſet aliquis in lucem editus, humanæ vitæ varia reputantes mala, atqui labores morte finiſſent graues, oēs amicos laude & lætitia exequi. plura alia exempla vide ibi, vt ſcias euadere has ſuſpiciones, quia ibi habes mare magnū, & ibi verè exprobrat ac vituperat lugētes mortem amicorum & parentum. IVDEX. Vtiq; licet fiſcus bene fundet intentionē ſuā, attn̄ ex aduerſo inquiſitus quàm optimè eneruat, & tollit ea, quæ adducuntur in contrarium.

49 Nam licet indicia, ſuſpiciones, & coniecturæ, quæ adducuntur per fiſcum ſint aliàs ſufficientes ſaltem ad torturam, tamen quia aliæ coniecturę adducuntur ad excuſandum delictum, ſequitur, quòd ad torturam procedi non poteſt, ut eſt tex. in l. 1. §. ad quæſtionem. verſic. nec facilè. & ibi Bart. ff. de quæſt.

50 Hinc eſt q̄ indicia purgantur per probationem bonæ vitæ & famæ. ſecundum Bar. in l. 2. §. pe. ff. de re mil. & Alex. in l. ſi. ff de quæſt. & Ang. in l. milites. C. eo. tit. & habetur per Corn. in conſ 98. incip. viſo,
51 in ſitera. in 2. parte. ¶ Imò plus tibi dico, quòd ſi aliqua ſunt indicia ſufficientia ad torturam contra reum, & aliqua ſint probata indicia facientia pro reo, tunc nunquā ad torturā deueniri pōt, & hoc duplici rōne, primo, quia ſemper in obſcuris debemus inclinare in benigniorē partē. l. ſemper in obſcuris ff. de reg. iur. l. factum cuiq; § ſi. eo. tit. regula in pœnis. de reg.
52 iur. in 6 ¶ Et vbi pōt capi duplex intellectus, ſemper debet capi intellectus per quem quis nō cadat in delictum, ut latiſ-

ſimè

ſimè habetur per Marſ. in repet. l. ſi. C. de pro. & per Fran. Cur. in conſ. 70. incip. circa primum. in 3. col.

53 Secunda ratio eſt, quia unum indicium tollit alterum ſecundũ Alex. in conſ. 77. incip. in cã accuſationis. in ult. col. in 1. li. & vna prçſumptio tollit alteram l. diuus. ff. de in integ. reſt. c. accedens de cri. fal. & latè hr̃ per Marſ in ſua prac. cri. § diligenter. nu. 90 Quamobrem videamus, num alia cõcurrant, ꝓ parte fiſci cõtra inqſitũ.

FISCVS. Vltra ea, quæ ſuprà ad intentionem meam fundandam adducta ſunt, alia concurrunt coadiuuãtia opinionem meam, & ideo attendas.

ITEM inquirẽdum eſt, qualiter dicta Lucretia die præcedenti ſe bene habebat, & nulla infirmitas erat in ea: & qũo per multum tp̃is ſpatium ante ſe bene, & incolumen habuit: imò die præcedenti fuit viſa plurima domeſtica ſeruitia facere, vt antea ſolebat: de mane fuit reperta mortua, quod inquirendũ eſt, &c. qđ fiunt &c.

54 Eſt autem maximum indicium contra maritum, ſi die præcedenti vxor fuerit viſa abſque infirmitate, & incolumis, & de mane reperiatur mortua: nã mori ex triplici ratione poteſt euenire: vel propter infirmitatem, vel propter nimiam ſenectutẽ, vel propter inſidias violenter, neu tro ergo iſtorũ interueniente, ſcilicet infirmitate, uel ſenectute, præſumitur mortua ex tertia ratione, ſcilicet violenter.

INQ. Si bene perpendiſti, quæ ſupra latè dixi, huic indicio ſatisfactum videbitur quia dixi, quòd alio modo põt mors contingere, videlicet, caſu inopinato ex improuiſo, quod accidit pluribus modis, & ideò non aliter in hoc inſiſto.

55 FIS. Licet aduerſus ea, quæ contra Inquiſitũ adduxi, aliqua ſint pro ipſius parte probata, quib. prima facie videri poſſet ea in totũ ſublata, nihilominus tñ indubitanter dico, ſaltem eſſe locum torturæ ex tot indicijs coniecturis, & præſumptionibus, licet aliqualiter eliſis, maximè, quia delictum iſtud homicidij in vxorem cõmiſſi, eſt grauiſſimũ delictũ. hinc dicit Io. Fab. in § alia. inſti. dè pu. iu. quòd plus punitur occidens ſuam vxorẽ, quam ſi occideret matrem, uel patrẽ. ſecundum glo. in cap. decrcuerr. 89. diſt. & in cap. admonere vbi bonus text. cum gl 33. quæſt. 2. & ibi in c placuit per glo. ponitur pęna verberantis vxorem, & inquit quòd occidere vxorem, eſt crimẽ parricidij eſt tex. in l. 1. ff ad l. Pomp. de par. imò dicit Io. Neuiz. in ſylua, nu 43 quòd occidere vxorem, eſt deteſtabilius homicidio, & etiã parricidio, & firmat Ang. in l. in auditũ. § legis Corneliæ. ff. de ſic. & probatur. in l. 1. ff. de par. & ib. Bart. & in l. vnica. C. eo. tit. & declarat. gl. ibi. & Bart. in d. l. 1. licet contrarium teneat Veronen. in conſ. 5. in 4. col. quem refert Gul. Bene. in repet. cã. Raynutius. in uerbo cuidam Petro tradiderunt. nu. 77. cum ſeq. & ibi dicit, quòd verior eſt opinio Veronen. quia plus punitur occidens patrem, vel matrem, attẽta grauitate parricidij, cui pœna ſtatuta fuit ſeuerior, & grauior. ff. ad l. Pomp. de parri. per totum. & facit tex. in § cauſas. in authẽ. vt cum de app. cogno ubi filius pias manus inijciens contra patrem, vel matrem citra mortem, priuari poteſt eius ſucceſſione, quod non reperitur ſtatutum in coniugibus, quòd propter hoc perdat dotis, uel donationis propter nuptias lucrum ſecundum glo. in c. placuit. 23. q. 2. niſi unus occideret alium. ut l. ab hoſtib. § ſi ff. ſol. mat. ſubdit tamen poſteà idem Guli. quòd cõiter tenetur, ꝙ plus peccat maritus, cui permittitur occidere filiam in adulterio deprehenſam, ſed non uxorẽ. l. nec ei permittitur. §. ſi. ff. de adult.

56 Vnde, cum ſit delictum atrociſſimum, põt & dẽt iudex iura tranſgredi, & regulas iuris cõis, & ſtatutorũ, vt per multa ſit mat Hipp. de Marſ. in ſua praxi. cri. § diligenter. nu. 158. nec debet attendi ordo iuris, imò eſt ordo, ordinem non ſeruare.

57 IN. Licet poſſit iudex iura tranſgredi in enormibus, non tamen procedit, quando imputatur enorme delictum alicui, quia licet inquiratur de enormi delicto, non tamen adhuc conſtat, eum commiſiſſe enorme crimen, & donec conſtet, & conuincatur, ſeruandę ſunt ſolennitates iuris, vt proſequitur idem Marſ. per tex. allegatum in eodem loco. nu. 170. cum ſe-

58 quentibus. Præterea nullibi reperitur, quòd in enormi crimine procedatur ad torturam non ſubſiſtentibus legitimis indicijs, cum etiã in crimine læſæ maieſta-

tus

tis requiratur, quod præcedant legitima indicia. ſecundum tex. no. & ibi gl. Cyn. & Bal. & Sal. in l. ſi quis alicui. C. ad leg. Iul. maie. imò etiam ſi iudex haberet liberum arbitrium, requireretur, tñ, vt præcederēt indicia. ſecundum Paul. de Leaz. in c. grauis. extra, de depo. & dom. Alex. in l. filius fam. in 5. apoſtill. ff. de don. cum ſimilib: indicia uerò eliſa non dicuntur indicia legitima & ſufficientia, ergo, &c.

59 FIS. Hucuſque non uideo, quomodo ſit ſatisfactū illi indicio, quod ſuprà adduxi de ſignis ſuffocationis repertis in gutture vxoris, & p expertos recognitis, quod eſt maximū indiciū, ergo adhuc debemus in euidentibus concludere, quod ſaltē ſit locus torturæ. INQVI. multa aduerſus hoc in facto cōſiſtentia poſſunt probari. & primo poteſt probari per expertos, & medicos, quod mors ſubitanea ut plurimum ſolet cauſare talia, & peiora ſigna in gutture, & alijs partib. perſonæ; cum ſit quædam mors uiolenta, & indies hoc videmus. item poteſt probari, quod antea in uita ipſius talia ſigna habebat in gutture, probando, ꝙ habuit aliquam infirmitatem, ob quā cauſata extiterint; itē probando per peritiores expertos, qui forte viderint ſigna prædicta, quòd nō apparebant verè eſſe ſigna ſuffocationis: item probando alia, per quæ excludatur coniectura pręſumendi, virum uoluiſſe interficere & ſuffocare ſuam vxorem.

I V D. Satis per vtrunque multa dicta ſunt in hoc delicto ſuffocationis. ſuntq; optimè fundatæ vtrinq; intētiones, adeo uerò id quidē, vt non opus ſit alia cōcluſione, ſed ex prædictis ſequat. trāſeamus ergo ad alia delicta, ſed anteq̃ ad illa deueniamus aliqua generalia, in hoc delicto audiatis. Et primo ſciendū eſt, ꝙ maritus occidens eius uxorē, perdit ius ſuc-
70 cedendi, quod hēt in defectū parentum. ſecundū Bald. in l. 1. C. unde vir. & uxor. de quo plenius per Gul. Bened. in ca. Raynutius. in uerbo mortuo, itaque teſtatore, & pri. nu. 17. fol. 56. fallit, ſi occidet ſtatuto permittente, vt per Io. Cāp. in trac. de do. in 5. q. & per Boer. deciſ. 25. in pri. par.

71 Imò plus tibi dico, quod maritus non adhibens medicos vxori infirmæ, nec eā curari faciens, ac eam deſpiciens, non lucratur dotem. etiamſi ex forma ſtatuti lucrari deberet ex morte uxoris, nec etiam facit fructus ſuos de rebus dotalibus, ut ad plenū cōſuluit Bal. in conſi 53. in 5. li. & per Marſ. in conſ. 93. nu. 7. & conſi. 125. nu 3. de quo per Alex. in conſ. 91. nu 5. in 7. uolum. & conſ. 123. per totum eo. lib. & Bertr. conſ. 125. in 2. parte. nu. 5. & Corne. in conſ. 316 nu. 35. primo lib.

62 Item eſt ſciendum, quòd maritus dans calcem uxori taliter, quòd moriatur, non tenetur pœna mortis. ſecundum Marſ. in conſ. 136. num. 27. 2. l. per totum.

63 Itē eſt ſciendū, ꝙ marito non licet interficere vxorē deprehēſam in adulterio. l. nec. in ea, § fi. ff. de adult. tamē ſi in ipſo actu maritus occidat, licet puniatur, non tñ pęna ultimi ſupplicij, ſed minori pœna, vt conſuluit Alex. conſi. 283. alias 40.
64 in 2. li. nu. 12. ſecus eſt de iure regni, ut hē in conſti. ſi maritus. & ibi plene per Affli. & de iure communi, uide Marſil. in l. 1. §. item diuus ff. de ſica. & in l. 1. ff. de parri.

Item maritus, nō uindicās morte uxoris occiſæ, perdit dotē. l. cum mortem. ff. de iure fi. Itē perdit lucrū dotis ſibi a ſtatuto cōceſſum. ſecūdum Bart. & Ang. in l. ſi ſequēs § fi. ff. ad Syll. & in l. ei qui. ff. de
65 his, qui. ut indig. Item maritus non pōt niſi modice, & ex cauſa corrigere, & uerberare uxorem, ut not. in l. ex conſenſu. & in auth. ibi poſita. C. de repu. & in auth. matri & auiæ. §. ſi quis autem. & gl. 7. q. 1. ſicut ulterius. & in gl. c. quemadmodum: de iureiur. & 33. q. 2. c. placuit, & Bal. in l. ſi filius. C de pa. po. l. ſi cum patronus. de op. lib. & Bart. Cæpo. in l Marcellus. ff. de uerb. ſig. & Alex. in conſ. 96. in 4 parte, & per Fel. in c. cū contingat. de foro comp. circa fi. in 3. col. & in c. illum. de præſump. uide Marſil. in ſua praxi. in §. aggredior. nu. 81. & in l. 1. §. ad quęſtionē, 1. col ff. de quæſtio. uerſ. actum doctrinam nu 4.

66 Item ſi maritus male tractat vxorem, & acriter eam, uerberat, licite uxor recedit ab eo, & tenetur eam ille alere extra domum. ut per Din. & Cyn. in l. quod in vxorem. C de neg. geſt. & per Guido. Pap. in deciſ. 439. an uir & Capell. Toloſa. in
67 deciſio. 89. ibi. in additio. Item maritus uxorem non tractans cum maritali affectu eſt excommunicandus. ſecundum gl.

& Docto. in l. cum dotem. §. ſi maritus. ff. ſol. matr. & ſi fornicetur cum alia muliere poteſt moneri, ut deſiſtat, & non deſiſtente excommunicari. Phil. Franc. in cap. 1. de ſent. excom. in 6.

68 Item maritus tenetur præſtare cautionẽ de non offendendo ſuam uxorem, quæ receſſit ab eo, aliàs ei nõ reſtituitur, & ſi culpa ſua diſceſſerit: ut habetur per Abb. in c. ex tranſmiſſa. in 1. no. de reſt. ſpol. verùm põt eã leuiter corrigere, nõ obſtante cautione pręſtita. de quo vide Ia. de Belu. in ſua pract. crim. in tit. de leno. nu. 18. Verùm dicit ibi Abb. quòd ſi timor ſæuitiæ uiri eſſet talis, quòd nõ obſtante cautione uerißimiliter fieret offenſio, etiam cũ cautione non debet reſtitui.

69 Itẽ maritus, qui interfecit uxorem, vt aliam duceret, non poteſt contrahere matrimonium cum ea, quæ conſenſit morti uxoris, ut ipſa in vxorem caperetur. vt habetur per Spec. in tit. de diuort. in prin. & idem eſt in caſu contrario.

70 Itẽ, ſi maritus malè & peſſime tractat eius uxorẽ, fit ſeparatio habitationis, & thori. ut tex. in c. literas. ext. de reſti. ſpol. vt hr̃ per Caſſan. in conſuetu. Burg. in tit. de maintenir §. 6. fol. 256. nu. 15.

71 Item marito iniuſte uerberante uxorẽ, poteſt uxor contra eũ agere actione in factum: licet aliqui dicebant actione iniuriarũ: vt per Io. And. in addi. Spec. in rub. de iniur. verſ. eſt quæſtio de vxore. quem refert & ſequit̃ Alex. in l. diuortio. §. ſi fundũ col. 4. uer. itẽ in quantũ ff. ſolu. matr. & plene Tiraq. in l. coniu. in 1. l. nu. 24 nullo enim modo ſunt uxores uerberandæ. licet enim dicatur poſſe corrigi, non intelligit̃ id, quaſi poſſint uerberari, ſecundũ Alex. conſ. 15. viſo themate. poſt prin. lib. 4. & plura incõmoda, & mala ſolent oriri ex uerberibus uxorum. de quibus ad ſaturitatem per Tiraq. de leg. coniu. in 8. l. nu. 8. cum pluribus ſeq. fol. 62. & 63. & & habetur in ſyl. nupt. per Io. Neuiz. nu. 26 vide Iacob. de Belui. in praxi. crimi. in tit. de leno, in 5. col. uerſ. 2. antequam vir. vbi ponit, quam pęnam patiatur maritus atrociter verberans uxorem.

72 Item ſi maritus uxori inſidiatur gladio non tenetur ad eum redire, ſi deceſſit ab eo, vt habetur per Iacob. de Bel. in pract. crim. in tit. de pęnis, capi. num. 7. ¶Item ſi maritus verberauit uxorẽ baculo taliter, ꝙ ſanguis exiuit, non põt procedi ex officio, quia non præſumit̃ doloſa percuſſio; ſecundũ Gui. Pa. in tra. de p̄ſum. n. 91.

74 Item maritus male tractans vxorem, perdit lucra dotis: ſecundũ Boer. in deciſ. 244. nu. 12. in 2. parte, & ibi habes, quãdo dicatur male tractare. & uide in deciſ. 25. nu 4 prima parte, & vide Io. Camp. in tractа. de dote, ibi: de ſtatu, loquẽti de dote.

75 in 3. quæſtio. ¶Item eſt ſciendum, quòd uxor vulnerata a viro gladio non poteſt cum accuſare. ſecundum Alber. de Roſat. in l. diuortij. nu. 2. C. re. amo.

ITEM QVOD FVIT LENO eiuſdem. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Lenocinium eſt deteſtabile crimen. nu. 33. & eſt maius adulterio nu. 2. & 24. & punitur etiam effectu non ſequuto. nu. 3. & 31.*

3 *Leno dicitur viliſſima perſona.*

5 *Lenocinium quomodo probetur.*

6 *Adulterium præſumitur commiſſum de uoluntate uiri.*

7 *Maritus punitur propter adulterium uxoris, & quæ pœna. nu. 8. & 10.*

9 *Maritus eſt ſicut cuſtos in grege.*

10 *Maritus committens lenocinium in ſuam uxorem, qualiter puniatur.*

11 *Maritus reperiens uxorem in actu adulterij, & tacens, præſumitur leno. nu. 12. 13.*

14 *Defenſiones quas poterit facere maritus aduerſus lenocinium. nu. 19 20. 21.*

15 *Amici & propinqui pariſicantur.*

16 *Amicitia facit ceſſare actionem, quæ alias competeret.*

17 *Amicus poteſt accuſare de iniuria facta amici ſuo.*

18 *Amicus pro amico admittitur ſine mandato cum cautione de rato.*

21 *Metus mortis terret etiam conſtantiſſimos uiros & qualiter probetur nu. 22.*

23 *Paupertas excuſat maritum à lenocinio.*

25 *Lenocinium qualiter in regno puniatur, & qualiter committatur. nu. 26. & 27.*

28 *Mater lene filiæ qualiter puniatur, nu. 29.*

30 *Lenocinium qualiter puniatur in fœmina ex-*

trancas

tranoes.

32 *Lenocinium qualiter puniatur in maſculis & num 37.*

34 *Lenones, & meretrices debent expelli de ciuitate.*

35 *Caſtitas eſt amica Deo.*

36 *Blanditiæ æquiparantur minis.*

38 *Receptantes lenones qualiter puniantur numero 39.*

39 *Tabernarij receptantes lenones, an puniantur.*

40 *Lenones poſſunt capi per alios iudices, ſed dēnt remitti ad magnam curiam uicariam.*

41 *Leno eſt peior, quàm diabolus*

42 *Lenonem interficiens an puniatur.*

43 *Lenones repelluntur à teſtimonio. nu. 45.*

44 *Lenocinium utlis perſonæ, eſt crimen extraordinarium.*

FISCVS.

LIcet multò plura potuiſſem dicere in præcedenti delicto ultra ea, quæ dixi, tamen quia alia ſunt delicta capitulata, ideo contenti de his deueniamus ad alia, & primò offert ſe crimen lenocinij, quòd eſt adeò horrendum, deteſtabile, & peſtiferum, & odibile, ut potius homines male deberent peſſundari, & in ignem ſe uiuos proiicere uolūtariè, quàm in illud incidere, qd enim deteſtabilius, & horrēdius dici poteſt, quàm miſerandas puellas ſimplices ad luxurioſam uitam deducere, attrahere, & impellere?

1 Hinc dicit gl. in l. athletas, qui lenociniū. ff. de ijs, q notan. infa. qđ lenociniū eſt maius delictū, q̄ adulterium, de quo p Bar. Ang. & Imol. in l. is, qui reus. ff. de pu. iu. & per Bar. in l. palam. ff de ritu nup.

2 Hinc eſt, ꝙ punitur ipſum lenociniū, etiam ſi effectum nō habuerit: ut eſt caſus ſing. in l. 1. ff. de extraord. crim. in princip. etiam ſi peruentum fuerit ad actum uerbi tantum ſecundum Bar. ibi.

Hinc leno dicitur viliſſima perſona. ſecundū Bal. in l. humilē. C. de ince. nupt. idcirco hæc ſunt, quæ in hoc delicto prætenduntur in iure, & in facto uidelicet?

ITEM inquirendū eſt, qualiter de anno, &c. de menſe, &c. regnantib. &c. domināte, &c. ſub præſidatu, &c. in loco, &c. dictus Tit. ſuis iuribus nō contentus, & animoq; diabolico inſtigatus, & ſpiritu neq̄ ductus, non aduertens, quàm graue ſcelus ſit lenocinium cum ſua uxore cōmittere, eamq; proſtituere, & ex ea quæſtū facere paſſim pluribus, & diuerſis perſonis ꝓſtituit, ipſos ducendo ad ſuam domum, ac p mittendo, ut cū dicta ſua uxore adulteriū cōmitterent pluribus, & diuerſis uicibus, & in pluribus, & diuerſis temporibus, qđ infrà particulariter deſcribetur, quod inquirendum eſt, & c. quod fuit, &c.

ITEM inquirendū eſt, qualiter d Ti. pluries uiſus, & auditus ſit ſecum trahere in domū ſuam, ubi habitabat, & habitat dicta eius uxor, plures, & plures iuuenes, ipſosq; ſolos dimittere in camera cū dicta eius uxore ſola, tam de die, quàm de nocte p magnū temporis interuallum, quod inquirendum eſt, quod fuit, &c.

Hæc.n. ꝓbatio, qđ plures iuuenes uir duxit ad uxoris domū, eos relinquēdo cū ea ſola, eſt indiciū, & cōiectura indicans lenociniū. nā adulteriū probatur per cōiecturas c. præterea. extra de teſtib. l. cùm probatio. de prob. l. quæro. § ſi. ff. de ędil. edic. nec aliquis negare poterit, ꝙ uidere iuuenes ſolos cū puella maximè pulchra, non ſit indicium, ꝙ adulterium commiſerint, ut dicit Bal. in l. neque natales. C. de probat. & Bar. in l. 2. ff. de fur. & per ea; quæ habētur in l. capite quinto. ff. de adulter. & per Panorm. in d. c. præterea, & in c. literis, de præſumptio.

Et præſumitur adulterium cōmitti in uxorē de uolūtate mariti, maximè cōcurrēte eo, qđ in capitulo dr̄, qa ſicut incendiū, ſic ēt adulteriū uix ſine culpa, & negligētia in domo habitantiū committit. l. 2. ff de of. pręfe. uig. iuxta illud Ioelis 3. & poſuerunt puerū in proſtibulo, & puellā vendiderunt pro uino, ut biberent. facit. l. marit. § qui quæſt. ff. de adulter. ff. habetur per Gul. Bene. in c. Raynutius extra de teſti. ī uerbo, cuidā Petro tradiderūt. n. 62.

Vbi infert, quòd non ſine cauſa in in tota Cathalonia, & alijs multis partibus uir per uxorē cucurbitatus, quadraginta ſolidos ſoluit domino tēporali, & Pariſiis ducitur ſuper aſinum facie uerſa ad caudam, & ſic per totam uillam uxore aſinū trahēte, & præconem ante eos clamāte, qui ſic faciet, ſic capiet, uituperoſe dicitur, ut referunt Gul. de Mon. lau. & Zab. in clem.

cum ex eo de ſentent. excommunicat.

8 Maximè, quià præſumitur, quod ſi non factis, ſaltē exemplis uiri, vxor cōmittat adulterium cum vir debeat eſſe author colendi bonos mores vxori: iuxta text. in l. ſi uxor. §. ſi iudex. ff. de adul. iux illud Socratis dicētes: uiros ciuitatis legibus coerceri debere: fœminas uero uirorū cohabitantiū diſciplina, ob quod Heſiodus ſuadebat uirginē ducendam, quam moribus inſtituere poſſet maritus. ita atqui multi & ſi vxor caſta ſit eam negligenter cuſtodiunt, & (quod deterius eſt) interdū eā incitant, uel occaſionē dant, ad libidinē cū alijs explendā de quibus ſic dicit Bart. in quadā lectura antiqua hodie non impreſſa in l. ſi lenonem. C. de epi. audie. uidi ſemel quendā, qui ſuarū vxoris, & filiæ leno fuerat, qui cōbuſtus fuit & merito, debuit. n. uxori quoq; iraſci, q̄ matrimoniū eius uiolauit. dicit tex. in l. mariti § j. ff. de adu. tunc, puniendus eſt, cū excuſare ignorantiā ſuā non pōt, uel obumbrare patientiam ſuam prætextu incredulitatis: ut ibi poſtea ſequit' in §. qui quæſtum. nec mediocriter delinquit, qui lenociniū in vxorem committit: & ſic ſummè delinquit.

9 Eſt enim maritus ſicut cuſtos in grege, ut ait Plato circa initiū. li. 5. de rep. & Ariſto. poli. lib. 1. c. 8. vir quidē (inquit) vxori preēſt, & filijs: tanquàm liberis quidem ambobus, ſed nō eodē imperij modo: ſed vxori quidem ciuiliter, filijs āt regaliter maſculus enim quàm fœmina dominio natura eſt aptior. & idem li. 1. œconomicon in c. 1. exiſtimare autem, ait, dēt mulier uere compoſita, mores uiri eſſe legē uitæ ſuæ impoſitā ſibi à Deo. cui finitimū eſt illud diui Pauli ad Roma. 7. rurſumq; prioris ad Corin. 7. mulier quanto tēpore uiuit uir eius alligata eſt legi ipſius: caput enim (ut idē inquit) vxoris eſt uir. quod & Geneſ. 3. hr̄: ſub uiri poteſtate eris, & ipſe dominabitur tui & nō ſine ratione hoc eſſe dignoſcitur ait. n. Auguſtinus; primū decet naturaliter illud dominari & præeſſe, qui ſit corporis uiribus præſtantior. contra eū ſeruire, atq; modis oībus cedere, qui ſit infirmior: ſecundo, ut qui plus habet rōnis, ingenij. prudentiæ. conſilij, dominetur: qui uerò minus, ſeruiat nā ut Salomon in prouer. 11. c. qui ſtultus eſt ſeruiet ſapienti & 17. & ſeruus ſapiens dominibitur ſtultis filijs ſuis. & Ariſt. li. 1. poli. dicit, eos ſeruos eſſe in rep. qui inſcientes rerumq; ignorantes tenetur: qui uero ingenio præſtant, naturaliter dominos. legerat ille apud Platonem præceptorem in li. 3. de legibus. ſeptem eſſe rationes, quæ ad dignitatem imperandi facere videntur, q̄ ſunt paternitas, nobilitas, dominatio, potentia, ſenectus prudentia, rō: ſe prudentiam oībus anteponit. uir ergo corporis & animi uiribus propollet; fœmina uerò fragilis, infirma, & imbecillis eſt, ut ſcribitur in l. ſi mulier. C. ad uelle. & l. ſi pater. C. de ſpōſa. & l. 1. § penultimo. C. de rei vxo. actio. & in l. vltima. C. de donat. ante nup. & in l. ſicut C. de præſcrip. 30. uel 40. ann. & in l. aſſiduis. poſt princ C. qui po. in pi. habe. hinc eſt, quòd apud Græcos mulierib. dabatur tutor, & curator: ut refert Tiraquel. de legi. connub. in 1. l. nu. 67. & ſcribit ēt Quintilianus in declama. 3. matrimonia ab ipſa rerum natura eſſe inuenta, ſicq; mares fœminis iungi, ut imbecillior ſextus p̄ſidium ex mutua ſocietate ſumat.

10 Quid ergo dicemus de marito, qui non cuſtos ſuæ uxoris; ſed lupus & deuorator efficit' de eiuſmodi quū conqueretur, ſi ipſemet erit ueſtator caſtitatis ſuę uxoris, ac ſui honoris deſtructor, ipſi proponatur id quod dicit tex. in §. neceſſe eſt. 47. diſ. vxores ergo (ut tandem cōcludamus) nō uerberib. ſed potius exemplis corrigamus, & à uitijs, ſi quæ ſint, ad uirtutum ſtudia prouocemus. Audiat etiam quod dicit tex. in c. indignantur. in ſi. 32. quæſt. ſexta; pudiceq; uiuentes uxoribus bonos mores colendi authores ſimus; iuxta Iuriſcō. ſententiā in l. ſi. uxo. §. iudex ff. de adult. uirorū. n. dicta factaq; ſunt uxoribus ueluti ſpeculū ad cuius intuitum ſuos ipſæ mores forment atq; cōponant. nā cum ſemp alias exempla ſint magni mouenti ad corrigenda, uel deprauanda hominum ingenia, tū ea maximè, q̄ à domeſticis, proficiſcuntur ut probat tex in l. 1. C. de emen. pro. & illud Satyrograph. poe. ſa. 4 uelocius & citius nos corrumpūt uitiorum exempla domeſtica magnis cū ſubeāt animos authoribus. hinc ait Petrarcha de remed. aduer. for. dialo. 22. quòd ſæpe uxori dux atq; exēplū laſciuiæ uir fuit hinc Plutarchus

in

in præceptis connubialibus cap.17.inqt, uir corporis ſtudioſus vxorē reddit laſciuo cultui deditā voluptuoſus amatoriā & libidinoſam boni honeſtique amator modeſtam,& honeſtam,& rurſum fere in vmbilico eiuſdē opis,ne putes (ait) a ſupfluis profuſisq; ſumptib. vxorem tempe raturam; ſi te in his minime continentem conſpiciat,quin potius auratis poculis pictisq; cubiculis mulierum & equorū phaleris gaudentem videbis non.n.fieri poteſt, ut à mulieribus luxus remoueatur, quo uti circunfluunt. propterea & diuus Auguſtinus in c.ſi dicturi 32.quæſt.6. nos monet,ut quales uolumus vxores noſtras inuenire,tales & ipſæ nos inueniant, & ſi intam,intactiſſimus,ſi putam,puri.nō.n. illa poſſet,quod nos nō poſſumus, & idē alibi in lib.de decem chordis, ſi caput inquit,eſt uir,melius dēt uiuere,& præcedere in omnibus factis ſuis uxorem, ut illa imitetur eum quocirca bene dicebat Guliel.in loco ſupra citato, quem etiā refert & ſequitur Tiraquel. de legi.connu. in 9. l. num. 172.quòd vir debet puniri ob adulterum commiſſum per eius vxorem & ꝙ ita in multis partibus ſeruatur quaſi non poterit committi ſine eo, quòd uir ex ſuis malis moribus dederit cauſam vxori talia perpetrandi.hęc cōſuetudo ſancta eſt, & ubiq; deberet ſeruari . ex his ꝓpe modū habes,q̄ puniri debeat uir,qui factis & re uxorē inducit ad adulteriū cōmittēdū..

ITEM inquirendum eſt quòd, de anno, &c.de menſe,&c. regnantibus, &c. dominante, &c. ſub præſidatu, &c. d. T.'ad ſuam domum accedens reperijt dictam eius vxorem in actu adulterij cū tali,&c.in camera exiſtente in dicta eius domo, & propri.& quòd id non ægre tulit, ſed eos dimiſit ibidē, ut cōmodius explerent adulteriū dando eiſdē cō moditatem & locū taliter, ut fuerit cōmiſſum adulterium,qđ inquirēdum eſt,&c.qđ fuit, &c.

12 Vltra hæc,quæ ſupra dixi,alia concurrunt, uidelicet, quòd uir reperijt vxorem in actu adulterij, & quòd id non ægre tulit, ſed tacuit, & retinuit vxorem taliter. atque hoc quidem ſolum conuincit ipſum de lenocinio.quia dicit tex.in l.mariti. circa prin. & l.2.§.lenocinij. in fid.ſecundum unam lecturā.ff.de adulte.quòd maritus habens ſuſpectam uxorē de adulterio,& eam retinens ,lenocinium cōmittit.quod eſt uerum, quando ſuam ſcientiā obumbrare non poteſt, dicens,quòd non credebat, ſed ſi uiderit ſcholare m ei pluries loquentem & manus in ſinu tenentē, uel eam oſculantē, & ſic ſuſpicari debuit vehementer, tunc non excuſatur a crimine lenocinij. ut d. l. mari.ut declarat Sali. in l.crimen.C.de adulter. quanto fortius in caſu iſto, in quo præſupponitur in ueniſſe vxorem in actu adulterij,ut eſt texi. in l.crimen.C.de adulte.

11 Et licet Sali.in d.l.crimen dixerit,ꝙ ēt ſi maritus ſciens vxorem eſſe adulterā,nihil dicat,& eam retineat, non tñ incidāt ī crimē lenocinij, niſi apparuerit eā ad id induxiſſe.& quæſtum ex ea feciſſe,per d.l. mariti.§ qui q̄ſtum tñ de iure regni iſtud dictum Sal.non procedit, quia per conſti tu.inc.maritum.cauetur,ꝙ maritus velut leno punitur ſi uxorē in adulterio deprehendit,& eam retinuit, nec occidit adulterum,ſed dimiſit.cum capere & occidere potuerit, ſecus,ſi ſine ſua culpa aufugerit,ut ibi habetur.

13 Et tunc dr̄ maritus deprehendiſſe vxorē in adulterio cum eā reperijt in actibus venereis puta,tenētē manus ad pect°, vel alios actus ī honeſtos faciētē, nō.n.reqrit ut reperiat adulterū cū virga in vulua,ut, declarat Affl.ī cōſti.regni,in ci.ſi maritus. ī vlti.col.ibi,& pōdera.tex.ibi ī ipſo actu.

IVD. Quænam aduerſus hæc, quæ tibi obijciuntur,affers Inquiſitæ?

INQ. Audias quæſo patienter, uidebis proculdubio omnia euacuari adeo, ut nihil obſtare videantur.

14 Et primò quatenus dicat, ꝙ uir duxit plures iuuenes in domum,eos ſolos relinquendo cum uxore in domo, probabitur intrinſeca & inueterata amicitia eorum, quos apparebit in domum induxiſſe, itē probabit bona fama uitæ legalitas & conſcientia ipſorum,ut merito,confidere potuerit eius maritus. nam hæc excuſant,ut in proprijs terminis habetur per Ang.in l. mariti. §. qui quæſtum. ff. de adulter.pro quo faciunt, quæ plenè ſcripſit Marſi. in practi.cri.ī §.principiū ubi multa de hoc

15 Amici enim & propinqui paſſificantur ſecundum Abb. in capitul. requiſiſti.

de teſti.& Alexand.in l.non ſolum.§.qui alieno.ff.de procu.& faciunt ea, quæ ſcribit glo in l.1.C.de ſica.

16 Amicitia aût facit ceſſare actionē, quæ alias competeret.ſecundum Specul.in tit. de fur.ucſic.quid ſi amicus.

17 Hinc eſt, ꝙ amicus intimus pôt accuſare de iniuria illata amico ſuo, quia iniuria ipſius dicitur.& ideo poteſt eam proſequi ſine mandato, ſcdm Bal. in l.1.C.qui accuſar.non poſſ.& Alex.in d §.qui alieno.

18 Hinc eſt ēt, ꝙ amicus admittit̃ ꝑ amico ſine mandato, cū cautione rati, ſicut cōiunctus pro coniuncto, ſcdm Guliem.de Cu.in l.ſed &, de pro.Licet ibi Rapha. Fulgo. intelligat de amico coniuncto maxima amicitia, de quo p Ludo.de Roma.in ſign.in uerbo amicus.& p Bar.in l.nō ſolū.§ qui alieno.ff.de pro.prima col.uerſi. fallit in coniuncta perſona.& ibi omnino per Alexan.ubi etiam dicit, quòd amicus agit interdicto recuperandæ po.l.1.C. ſi p uim, vel alio modo, & per eum in l.cum alienam.C.de lega.& in l.exigen.de prob. & per Feli.in c.eoram.de offi.deleg.

19 Item probet̃ bona fama, & uita uxoris tunc tēporis, & intimus amor, qui erat inter eos. nā ſemper qn̄ maritus poteſt mō aliquo adumbrare probationē lenocinij per aliquam excuſationem, non punit̃ de lenocinio, ut habetur in l.mariti.§ qui q̄ſtum.ff.de adulr.& ibi per doc.

20 Quo uero ad id quod dr̄, reperijſſe adulterum in ſua domo cum vxore, & ipſum dimiſiſſe, poterit probari, ꝙ ipſe maritus erat debilis, & adulter ille fortis, robuſtus, & nimis ualens de perſona ſua, taliter, ꝙ non poterat modo aliquo, ſine magno pꝛiculo ſuę pſonę occidere uel capere ipſum uel ſuam uxorem.itē, ꝙ ille erat armatus ipſe uero inermis.item, quòd adulter erat potens in ciuitate. item, ꝙ ſi in ipſo actu uel poſt occidiſſe ſuam uxorem, abſq; dubio adulter ille etiam interemiſſet ipſum item, qđ ille erat potens & ualens ad hoc faciendum. item, quòd pluries minatus fuit ſeipſum occiſurum ſi in iudicio, extra iudicium de hoc conquereret̃, uel male tractaret ſuam vxorem. Hæc autem ꝓbando ſe excuſat, ut habes per Affl.in conſtitu.incip.qui corā ſe ſpectante.in princ. ubi pulchre.

21 Metus.n.mortis terret ēt conſtantiſſimos uiros.ſcdm Bal.in trac.ſchiſma in 2. col. dr̄ ēt iuſtiſſimus metus mortis etiā ſi mors nō ſit ſequuta. l.ſi quis fumo.§.pen. ff.ad leg Aqui.& ibi dr̄ iuſtus metus, ubi ē iuſta ſuſpicio.l ſi.j.col.in ſi.C.de iure de li.per l. nouiſſimè.ff. quod fa. turo.ant. & metus iuſtus excuſat à culpa occidendi, ſecundum gl.in l.ſed & ſi.ff. ad l.Aquil.& inſtitu.de interdi. §. recuperandæ per gl. & l.3.§.armis.ff de ui, & ui arma.

22 Et metus iuſtus probatur probando potentiā & malā conſuetudinem alicuius, ſcdm Bar.in l.1.ff.quod ui, aut clam.& in l.de pupillo §.ſi quis ipſi, de no.ope.nun. & Abbas in ca.ſi.de appella. item probat̃ ex minis, ſcdm Bar.in l.famoſi.§.1. ff.ad leg.Iulia.maieſt.& l.3.§.quolibet.ff.quod met.cau de quo plene per Spe.in ti.quod met.cau. Item poterit probari & de bona fama, uita, & conditione ipſius, & ꝙ nō eſt uериſimile, quòd ipſe uoluerit cōmittere lenocinium in ſuam uxorem, cum mire fuerit zelotypus.item, quod non eſt uериſimile, quòd ſciuerit dictum adulterum fornicari cum ſua uxore ante deprehenſionē in actu adulterij, attento quia ſp tenuerit, & tractauerit eā vti caſtiſſimā, nec dictus adulter uideri potuerit habere conuerſationem cum ea. Item, & ꝙ dū eſſet in actu accuſandi ipſam vxorem, fuerit ei a pluribus dictum, ut non faceret. nā alio qui certo futurū eſſet, ut ab adultero occidatur. Itē quòd ſemper ex poſt facto fuit uiſus odio perſequi dictum adulterū, taliter, quòd uериſimiliter occidiſſe, ſi potuiſſet, & alia plura poſſunt probari, quæ curioſus aduocatus ſtudeat inuenire.

23 Et ſi fortaſſe probetur feciſſe quæſtum de uxore, probent̃ pdicta, & ultra ꝓbetur paupertas mariti, per conſt.inci.matres, q̄ ubi in terminis deciditur.

24 IVD. Optime quidē inquiſite ꝑcogitaſti defenſiones, q̄ fieri poſſunt aduerſus ea q̄ ꝑpoſita & obiecta fuere per fiſcū, adeo certe, ut merito abſolutoria ſperari ipſis probatis poſſit, & ne ſicco calle ptranſeā materiā iſtam, in qua tractatur de crimine, quod eſt maius delictum, quàm adulterium, quia adulter peccat in ſe, & unā fœminā, ſed leno peccat in ſe, & duos alios peccare facit imò eſt maius delictū, quā homi-

homicidium,ut per Angel.de Aret.in lib. malefi.in uerbo, che mi hai adulterata la mia donna.in ſi.aliqua dicam.

Et primò eſt ſciendũ, ꝙ in regno ſunt tria iura municipalia ſuper hoc crimine lenocinij mariti ultra regiam pragmaticam, q̃ loquitur de lenocinio in genere, & primũ eſt conſtit.maritum. qua cauet, quòd maritus deprehendẽs vxorẽ in adulterio,& eã detinens, & liberè dimittens adulterũ,ut leno puniať.ſecundum eſt cõſti.qui corã ſe ſpectante.qua cauet, quòd permittens uxorem adulterari,& mœchari,non põt eam accuſare de adulterio, q̃a vř conſentire adulterio. & per illã conſt. dicit Affl. ꝙ nec maritus ipſe poteſt puniri de lenocinio.tertium eſt.cõſt. quamuis vxorem.qua cauetur,quòd ſi maritus habẽs ſuſpectam uxorem de adulterio eam retinet, non eſt hoc poteſt de lenocinio cõdemnari, ſed tunc puniť de lenocinio qñ patenter & euidenter cõſtiterit tenere vxorẽ ad turpe lucrum,tunc enim condẽnatur de lenocinio.& efficitur infamis:& ſic,ut uides, in duobus caſib.maritus in regno conuincitur de lenocinio, primo qñ deprehendit uxorẽ in adulterio, & eã retinet,& liberè dimittit adulterum: ſecundo,qñ patenter conſtat maritum detinere vxorem ad turpe lucrum.remanet portò, quòd ſi maritus permittat uxorem luxuriari cum alijs,non tñ puniatur de lenocinio,niſi appareat eam tenere ad turpe lucrum. ut in d conſtitu. qui coram ſe ſpectante.& ibi per Affl. ſed eſt aduertendũ, quòd omnes iſtæ tres conſtitutiones ſunt informes cum iuri communi, uidelicet, cum l.mariti.ff.de adulte. nam ibi ẽt ſolũ punitur maritus in dictis duob. caſibus, quando quæſtum de uxore facit, uel qñ deprehendit vxorem in adulterio. ſed ſi alias patiatur uxorem delinquere, dicit ibi tex.in d.l.mariti.§ qui quęſtum.quòd hic caſus extra legem poſitus eſt, & eſt ratio,ſecundum Angel.ibi. quia licet ſit in culpa, non tamen eſt in dolo, & ad puniẽdum lenocinium requiritur dolus, & ſic inferri poteſt ex dictis.Ang.& Alb.de Roſa.ibi.quòd ſi aliter apparebit, quòd doloſè maritus patiebatur delinquere uxorem,& quòd ad hoc ipſam inducebat,licet quæſtũ de ea non fecerit, quòd puniť de lenocinio. quia plus eſt inducere uxorẽ ad adulteriũ, & pati ipſam adulterari, ac permittente, quàm deprehendere uxorem in adulterio,& eam retinere.

27 Secundò eſt ſciẽdũ,quòd ſi maritus accuſauerit uxorẽ de adulterio, eaq; fuerit de adulterio condẽnata, ſi deinde eã ſibi reconciliauerit,& in ſuã domũ receperit, licet tex.in d.l.mariti.dicat, quòd cenſendus & iudicandus ſit vt leno, tñ ibi Ang. dicit, quòd hodie hoc eſt correctũ p text. auth.ſed hodie.C.de adult. & idẽ dicit Salyc.in l.ſiue metu.C.eod.tit.& ibi hoc firmat gl.ſed iſtud intelligitur, qñ illa uxor fuerit emendata & correcta, & fuerit ad melioris vitæ frugem conuerſa, vt dicit Iac.de Belu.in prac.crim.in tit.de leno 4. col. uerſ. & committitur lenocinium.

28 Tertiò eſt ſciendũ quòd maritus leno ſuæ uxoris puniť pœna mortis naturalis, ſecundum Affl.in cõſti.mariti lenociniũ.

29 Quartò eſt ſciendũ quòd mater, quæ fuit læna ſuæ filiæ punitur pœna trũcationis naris:& hoc eſt uerũ qñ quæſtũ facit ex ea,& pretium recipit, vt hř per conſti. matres. ſed ſi quæſtũ non facit, ſed ſolum cõſentit filiã luxuriari,& mœchari,extra ordinem punitur, vt dictat regni conſtit. incip.matres. Excuſabitur aũt mater,ſi fecerit id propter extremam paupertatem, & non habebat vnde viueret niſi quæſtũ de filia feciſſet,probando etiam, quòd filia conſenſit dicto lenocinio, vt habetur in alia conſtit.incip.matres,quæ.

30 Quintò eſt ſciendum, quòd fœmina, quæ fuerit lena alterius fęminæ extraneę, & ſibi nõ coniunctæ, prima uice fuſtigabitur,& ſignabitur in fronte, pro ſecunda uice truncabitur ei naſus, ut habetur in conſti.lenas. ſed ſi fuerit mater lena filiæ vel ſororis, pro prima uice eſt pęna truncationis naris,ut ſuprà dixi.

31 Sextò eſt ſciendum, quòd ſi non fuerit ſequutus effectus (quia fortè mulier, cũ qua lenociniũ cõmiſerat) noluit conſentire, punitur leno pœna arbitratoria ſecũdum Affli.in d.conſt.& lenas.

32 Septimò eſt ſciendũ,quòd maſculus ob lenociniũ cõmiſſum in quancunq; fęminã, puniť pęna mortis naturalis. ſecundũ Affli.in d.conſt.lenas. ut erat de iure cõi, ut hř in authen. de leno.in princip.& ita

cautum eſt per regiam nouel.prag. incip. Ferdinandus dei gratia, &c. deſiderantes itaq; hac ciuitate, circa quam pragmaticam,ut aliqua dicamus eſt.

33 Primo notandum in tex. ibi eſſe peſtiferũ genus, nephandumq; nomen lenonum, ꝙ genus lenonum eſt peſſimum ſceleratum,nephandũ,crudele,odioſum, peſtiferũ & cõis naſtatio caſtitatis, & quod iõ lenones ipſi ſint expellẽdi de ciuitate, vt in auth.de leno.§. ſi quis aũt conſcriptionem.imò tanquam leproſi ſunt fugiendi, & expellendi,ne inficiant, decipiant, & ſubuertant bonas mulieres ſuis peſſimis, peſtiferis artibus,& doloſis ſubuerſionib. ac odioſis fallacijs, & ne de bonis faciant prauas,& innitas faciant uolentes, ut C. de rap.uir.l.unica.circa uerſ.ſi enim ipſa, & §.fi.& pulchre hr̃ p Iac.de Belu.in pra. cri. in ſecundo de leno. ubi multa habes.

34 Et ob idem manauit conſt.incip.quę paſſim uenalem.quæ vult, quòd meretrices, & lenones debent expelli, ut non habitẽt in uicinia honeſtarum mulierum,ne aliq bonę corrumpantur, ut bene in hoc concordat tex.noſter in d.regia pragma.

35 In tex.ibi, qui miſerandas puellas a caſtitate,& c. notãtur, quòd caſtitas eſt amica Deo,& quòd ſola põt animas hominũ præſentare coram eo, vt concordat tex. in auth.de leno.in § ſancimus igitur.

36 In tex.ibi modo blandicijs.notaẽ,quod à pari procedunt deducere,attrahere,& impellere mulieres ad luxurioſam uitã blandicijs,uel minis.hinc eſt, quòd cõmittẽs ſtuprum uel uiolentiã,punitur pęna mortis.& ſtuprum uiolentum nedum dicitur, qñ interuenit uis & uiolenta uera, ſed ẽt, ſi interueniſſent blanda uerba. & allectamẽta,ac doloſæ permiſſiones. & iſto caſu paruficantur hæc, ut habeat locum pœna mortis.ſecundũ Affl.in conſt.ſi quis rape-

37 re.in 2.no:in 3.q. In tex.ibi,ultimo ſupplicio debere condemnari, dubitaẽ num leno ſit puniendus hac pœna, ſi unica tm̃ vice lenocinium cõmittit.& vĩ dicẽdum, quòd ille iudicandus eſt leno, & vt leno puniendus,qui ex cõſuetudine talia commiſit,& ſic ad minimũ per duas vices, ut habetur per Iac.de Belui.in ſua pract. cri. in tit. de lena.in ver.alius etiã modus confirmatus.& etiam ex tex. ipſius regiæ pra. ibi, lenones, qui mulieres quæſtuarias ꝓſtituunt.non dẽ quis leno,ut poſſit puniri illa pęna, ſi plures mulieres proſtituit, nã numeris pluralis uerificaẽ ſaltẽ in duob. l. ubi nu. ff. de teſtib. nec poteſt uerificari in uno tantum,ſecundum Pau.de Caſt. in conſ.14 quem ẽt uide in conſi.102.& cõſ. 234. & tenet Io. And.in addi. Spec.tit.de teſt.§ t.uer 4 quæſtio.cogitandum tñ eſt in facti contingentia & pronunc decido.

38 In text.ibi, receptatores eorum.notaẽ, quod receptantes huiuſmodi lenones, puniuntur ſecundum qualitatem perſonarũ, videlicet baro & vniuerſitas in uncijs ducentis,nobilis Burgenſis in uncijs centum,plebeius,uel uillanus in uncijs quinquaginta de iure uerò cõi indifferenter puniuntur talium receptatores in decem libris auri, & in amiſſione domus . ut in auth.de leno.§.ſi quis autem patiatur.

39 Hic autem occurrit dubiũ an tabernarij receptantes dictos lenones puniantur hac pęna.& videtur dicendum,quòd non quia(vt dixi ſupra in uerbo bannũ) tales tabernarij non tenentur de receptatione contumaciũ.per doct. Bar.in l.omnes.C. de agri. & cenſi.ergo idẽ dicendũ eſt in caſu noſtro.tu uero dicas,quòd aut per trañſitum ignoranter receptaſſent,& tunc ꝓcedant prædicta,etiã in hoc caſu, aut cõtinuo.vel p plures dies receptaſſent ſcienter,ut quia ibi tenebãt meretrices, & iſto caſu tenentur ad pœnam prædictam.

40 In tex.ibi, mandantes. duo notanẽ, primum quòd in hoc crimine ex officio procedit, & tenentur officiales ſub pęna unciarum centũ inquirere,ſecundũ quod officiales inferiores a magna curia uicaria poſſunt inquirere,& capere lenones,non tñ poſſunt contra eos procedere ad punitionem ipſorũ,ſed debent ſic captos bene cuſtoditos remittere ad magnã curiã vicariã,per eandẽ plectendos: non obſtantib. priuilegijs primarũ cauſarũ, ac alijs quibuſcunq; vt ibi late hr̃, qđ eſt mirabile.

41 Eſt ẽt ſciendũ, ꝙ leno eſt peior, quã diabolus,vt hr̃ p Io.Neuiz.in ſyl.nupt.n.42.

42 An interficiens lenonem puniatur, & poſſit criminaliter accuſari, uide Iacob. de Beluiſ.in pra.num.74.

43 Item eſt ſciendum, quod lenones à teſtimonio repelluntur . ſecundum Bald.

in

In tract.de teſtib.allegat.l.athletas §.1.ff. de infa.& habetur per Steph.Aufre.in tra. de repro.teſt.num 63.

44 Item eſt notandum, quòd lenocinium vilis perſonæ, eſt crimen extraordinariũ; vt habetur per Bar.in l. leuia. ff. de accuſ.

45 Admittuntur tũ lenones ad teſtimoniũ de his, quę fiunt in poſtibulo, ut per Mar. in conſil.102.nu.2. in 2.lib.item quando aliter ueritas haberi non poſſet, ut per eũdem in conſ.113.nu.29.in 2.lib. & conſil. 127.nu.8.in eo.lib.& de his hactenus.

ITEM QVOD COMMISIT falſitatem. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Falſum committitur per eum, qui aliquem ſupponit loco abſentis dicentem, ſe eſſe illum. num.9.*

2 *Notarius non habet neceſſe cognoſcere contrahentes per nomen & cognomen.*

3 *Indemnitas probatur per ſigna nu.4.*

5 *Inſtrumentum nunquam reprobatur per teſtes Inſtrumentarios, niſi probetur eſſe illos ipſos, qui deſcripti ſunt in ipſo inſtrumento.*

6 *Inſtrumentum probatur falſum eo ipſo, quòd probetur cõtrahentium aliquem fuiſſe abſentem tempore celebrati contractus.*

7 *Vtens falſo inſtrumento punitur de falſo, & præſumitur fabricaſſe.nu.8.11.21.*

10 *Identitas nominis arguit identitatem corporis.*

11 *Clauſula: ſi, & inquantum, operatur, ut utens falſo, non puniatur de falſo.*

12 *Delinquere nemo præſumitur.*

13 *Falſitas ne committatur nimia ſubtilitas adhibenda eſt.*

14 *Falſum ut excludatur, ſemper interpretandus eſt actus.*

15 *Falſitas ut excludatur, lex præſumit uarietatem loci, & temporis.*

16 *Vtens falſo inſtrumento poſtquàm certioratus eſt de falſo, non euitat pœnam falſi, & iam ſi produxiſſet cum clauſula, ſi, & quatenus nu. 23.24.*

17 *Exceptionem habens in principio cauſæ, & nõ opponens, non poteſt eam poſteà opponere.*

18 *Accuſatio redditur ſuſpecta, ſi nimis tarde ſuit propoſita.*

19 *Notarius ſi nimis tardauit in regiſtrando inſtrumentum in protocollo, præſumi[illegible] ſuſpectus.*

20 *Dolus præſumitur in eo, qui poteſt obuiare delicto, & non obuiat.*

22 *Falſo utens, & ipſum fabricans, etiam ſi dixerit, nolle uti, punitur.*

25 *Teſtes ſingulares non probant.*

26 *Teſtium ſingularitas arguit dolum.*

27 *Teſtes diſcordes inter ſe ipſos, non probant.*

28 *Teſtes quando ſint ſingulares.*

29 *Teſtes contrarij ſibijpſis, nunquam ſunt ad concordiam reducendi.*

30 *Teſtes deponentes de abſentia contrahentium, debent dicere, quòd tota die contractus fuerunt abſentes.*

31 *Suſpitio falſi habetur pro ueritate.nu.32.*

33 *Dolum excuſat quælibet cauſa.*

34 *Bono viro credendum eſt.*

35 *Falſum non poteſt dici, quod adiuuatur primordio ueritatis.*

36 *Falſitas non eſt, ubi non eſt dolus.*

37 *Falſitas non committitur, ubi quis longo tempore ſtetit in poſſeſſione, uigore inſtrumẽti quod dicitur falſum.*

38 *Falſitas ubi nocet, punitur.*

39 *Vtens inſtrumento continente plura capitula in capitulo uero, ſi aliquod capitulum eſt [illegible] ſum, punitur de falſo.*

40 *Vtens falſo teſte, qui aduerſario non nocet, & producenti non prodeſt, punitur de falſo.*

41 *Vtens falſo articulo per falſum teſtem, etiam ſi renunciat, punitur.*

42 *Falſa ſcriptura priuata utens, ita punitur, ſicut ſi publica ueretur falſa.*

43 *Teſtes falſos producens compellitur eos iteratio in iudicio producere.*

44 *Teſtes falſos, uel ſcripturam falſam producens quando puniatur nu.45.46.47.48.49.50.51.52.53.*

54 *Inſtrumentum productum ſi cùm dicatur falſum, producens ſurripiat de manibus notarij, & in ignem proijciat, an puniatur.*

55 *Teſtes falſos ſubducens, an, & quando puniatur.*

56 *Falſum crimen eſt de ſtabilius ueneficio.*

57 *Falſum eſt crimen exceptuatum ab indultibus.*

58 *Notarius an dicatur falſarius, ſi aliter ſit dictum, quàm ſcriptum.*

59 *Error notarij per quos teſtes probetur, & an præſumatur, ſi admittit ſolennitates inſtrumentorum.nu.61.*

62 *Notarius an, & quando poteſt corrigere errorem ſuum.*

63 *Notarius an poſſit ſupplere clauſulas omiſſas ab alio*

ab alio notario.

64 *Inſtrumentum per quot teſtes probetur falſum, & quomodo.*

65 *Notarius an, & quando puniatur de falſo inſtrumento, ſi probetur aliter dictum, quàm ſcriptum.*

66 *Notarius, an puniatur de falſo, ſi ſcripſi, talis habuit, & recepit, & reuera non habuit. nu. 67.*

68 *Inſtrumentum falſum in vno capitulo, an ſit falſum in omnibus.*

69 *Notarius an dicatur falſarius, ſi atteſtetur omnes canonicos interfuiſſe, cum unus abſuerit.*

70 *Notarius falſum conficiens inſtrumentum, qua pœna puniatur.*

71 *Notarius poteſt per torturam cogi ad exhibendam primam imbreuiaturam.*

72 *Teſtis deponens contra fiſcũ qua pœna puniatᷣ.*

73 *Falſum non committit, qui falſum deponit, credens eſſe verum.*

74 *Teſtis uno modo extra iudicium, contrario in iudicio deponens, an falſarius dicatur, & de falſo poſſit puniri?*

75 *Dictum teſtis extra iudicium habet vim con[...]nis contra teſtem.*

76 *Delictorum omnium quærenda eſt cauſa.*

77 *Iudex animum cuiuſq; non euentum an maduertit.*

78 *Cauſæ non indicant niſi iunctæ cum vitio perſonæ.*

79 *Probatio bonæ famæ tollit delicti præſumptionem.*

80 *Falſitas ceſſat in magna multitudine. & in num. 94.*

81 *Coniectura non niſi duobus teſtibus probatur.*

82 *Cauſa aliquid faciendi, ex quot & quibus ſumi poteſt.*

83 *Non probat hoc eſſe, quod ab hoc contigit abeſſe.*

84 *Coniectura unam aliam tollit.*

85 *Contractus redditur nullus per defectum ſubſtantialium.*

86 *Nulla, & inualida in conſideratione non habentur.*

87 *Falſitas vt non committatur, nimia ſubtilitas adhibetur. & in nu. 91.*

88 *Suſpicio in crimine falſi quando, pro veritate habenda.*

89 *Caſſatura in contractu incorporata facta incontinenti præſumitur.*

90 *Delictum eſſe in genere commiſſum, verè non præſumptiue probandum?*

91 *Falſitatis diffinitio.*

92 *Falſitatis ſuſpicio ceſſat ex teſtium multitudine, & aliis.*

93 *Præſumptio delicti ceſſat ex probatione bonæ fam.*

94 *Præſumptiones fieri non poſſunt de non veriſimilibus.*

95 *Depoſitioni ex præſumptionibus coadiunata ſtandum potius, quam depoſitioni in tormentis factæ.*

96 *Crimina occultè commiſſa per inhabiles teſte probantur.*

97 *In cauſa falſi criminaliter intentata liquidiſſimæ probationes requiruntur.*

FISCVS.

AVdias quæſo domine Iudex, quæ cõtra Inquiſitum obijciuntur in crimine falſi, & tu Inquiſite arrige aures, quia vix vllas video poſſe parari defenſiones.

ITEM. Inquirendum eſt, quòd de anno, &c. de menſe, &c. regnantibus, &c. dominãte, &c ſub præſidatu, &c. Salerni, &c. d. Tit. tenere, doloſe, ſcienter, & appẽſatè obripiendo notario, animo, falſum cõmittendi, ipſum induxit ad fabricãdũ inſtr̃m remiſſionis, tanquam initæ per hęredes dicti quondam Tit. & tamen re vera ſuppoſuit, & induxit Tat. & Tat. quos aſſeuerabat ad hæredes dicti quondã Tit. cùm ipſos aliter non cognoſcebat notarius, inducendo etiam d. Tit. & T. ad mutandum ſibi ipſis nomina, & cognomina, taliter, quòd dictum inſtrumentum fuit confectum, & expletum. incidendo in pœnam, &c. quod inquirendũ eſt, &c. quod fuit &c.

1 Falſum verò committit ille, qui ſciẽter & doloſè per obreptionem inducit notarium ad faciendum aliquem contractum tanquam factũ ab aliquo, qui erat abſens, ſupponendo aliquem aſſeuerantẽ, & dicentem, eſſe ſe illũ & ſic ſe nominantem per nomẽ, & cognomen. p tex. in l. qui veluti. C. de fal. iuncta. l. ſi quis obrepſerit. ff. de fal.

2 Et ſi notarius hoc bonafide fecerit, non punitur, quia notarius nõ debet, nec habet neceſſe cognoſcere contrahentes, ſecundum Bart. in l. fi. §. 1. in 9. col. C. de iur. delib. & in rubr. de fide inſtru. in 4. col. debet tamen tempore rogatus videre

&

& audire partes loqui.ſecũdum Inn. in c. fraternitatis.extra,de teſt.nec habet neceſſe cognoſcere nomina teſtiũ: niſi quando habet neceſſe facere mentionẽ de qualitatibus eorũ puta;nũ ſint idonei,& poſſidẽtes in bonis ſecũdũ Bal.in d.rub de fide in ſtr.in quarta col. nec tenet̃ reddere rationem de identitate contrahentium.

ITEM inquirẽdum eſt, qualiter oẽs teſtes deſcripti in p̃dicto inſtrumẽto depo nũt examinati p̃ ſigna, & ueras cõiecturas ex qbus de facili perpendit̃ nõ fuiſſe hæredes dicti quõdã Tit. qui cõtraxerũt,ſed alios ſuppoſitos in uicẽ eorũ,ut ſupra dictum eſt,ꝙ inquirendu m eſt,&c.

3 Semper,qñ conſtare non poteſt de nomine,& cognomine alicuius,uel de identitate,ſufficit probare ſigna ipſius, ex quibus uerificatur identitas,uel diuerſitas hominis ſecũdũ Ang. Aret. in §. quadrupli. inſt.de act.& Bald.in l. ſi quando.C.de teſtib.& dixi ſupra in uerb.uel eos uerbaliter citari faciat.

ITEM inquirendũ eſt,ꝙ hæredes dicti quõdã Tit.fuerũt,& ſunt minores,impuberes, & abſq; barba parum perſonam habentes & qđ illi,qui contraxerunt,fuerunt,& ſunt maiores, barbam habentes,& longi,qđ inquirẽdum eſt, &c.qđ fuit,&c.

4 Diſſimilitudo autem ſignorum exiſtẽtium in perſona contrahẽtium in uicem abſentium, & ipſorum abſentium, nulli dubium eſt, quin inducat diuerſitatem p̃ſonarum Bar.in l.ſenatus ff. de accu. in fi. & in l.demonſtratio.in fi. prin. de condi. & demonſtra. & per conſequẽs uidet̃ con uinci inquiſitus de falſo.

ITEM inquirendum eſt,ꝙ teſtes examinati ſuper dictis ſignis, ſunt illi ipſi, q ſunt diſcripti in inſtrumento,& uocantur iiſdẽ nominibus, & cognominibus, qbus illi, & eędem perſonę ſunt quò ad omnia quod inquirendum eſt,&c.quod fuit, &c.

5 Semper enim,quãdo quis vult rep̃bare inſtrumentum tanquam falſum per teſtes deſcriptos in ipſo inſtumento,eſt neceſſe, quod probet eſſe illoſmet teſtes,qui in ipſo inſtrumento deſcripti ſunt,aliàs nõ reprobatur,ut dicam infra.

ITEM inquirẽdũ eſt, qualiter eo die, quo p̃tendit̃ dictos hæredes d.quõdã. Tit. feciſſe dictũ inſtrumẽtũ in ciuitate Saler ni.erãt & fuerunt in ciuitate Baroli,taliter,ꝙ impoſſibile ſit, fuiſſe ĩ dicta ciuitate Salerni,ꝙ inquirendũ eſt,&c.ꝙ fuit: &c.

6 Non eſt dubitandum, ſi probetur contrahentem fuiſſe abſentem tempore celebrati contractus, quin ex hoc inſtrumẽtũ reddatur falſum, per l.optimam.C.de contra. & commi. ſtipu. & inſtit. de inut. ſtipula.§.item uerborum & c. ex tenore, de de teſt.& habetur per Alex.in conſ.290.in 6.lib.& ibi habes, quomodo intelligit̃. & habetur per Boer.in deciſio.165. in prima parte. & ſic nõ eſt dubitandũ, quin debeat procedi ad cõdẽnationem ex prædictis

ITEM inquirendum eſt qualiter dicto inſtrumento falſo Tit. uſus fuit in iudicio,ipſumque produxit, & pręſentauit, & uſus fuit uſque ad finẽ cauſæ ſcienter. & doloſè, quę omnia conſtat ex actis cauſæ,quæ reproducuntur ſi. & in quantum. incidẽdo in pœnam.&c. quod inquirẽdũ eſt,&c.quod fuit,&c.

7 Ex hoc etiã conuincitur qs de falſo, ꝙ utitur inſtrumento falſo in iudicio, ut habetur per Ang.in auth.de nõ alie.§ qa uero.el 3.colla.2.& habetur per Bal.in conſ. 156.in 5.lib.& hodie eſt deciſum in regno per nouell.prac.incip.teſtem falſum.

8 Et intantum id eſt uerum ut utens re falſa, præſumatur eandẽ fabricaſſe, niſi doceat expreſſe de frabricante ſecũdũ Bal.in l.maiorẽ.C.de fal. & Alex. id l. ſi qs obrepſerit.ff.eo.tit.& ſic clara patet,debere p̃cedi ad cõdẽnationẽ inquiſiti ex p̃dictis.

IN.Audiſtis,quod dare ore vulgi eſt,audias alteram partem, ſi uis recte iudicare. quare conſiderẽtur quę aduerſus hęc obiecta p̃ponũtur, & uidebũtur omnia abſq; fundamento ſtare.

9 Et primo eſt aduertendum, quòd tria ſunt pro parte fiſci q adducũtur,primum, diuerſitas ſignorum ſuppoſitorum ad contrahẽdum cum his,quorum nomina & cognomina ſunt appoſita in inſtrumento.ſecundum eſt abſentia probata die celebrati cõtractus eorum,quorũ nomina fuerũt deſcripta in inſtrumeno. tertium eſt uſus inſtrumenti præienſi falſi. Ad primum, & ſecundum euacuandum poteſt probari, ꝙ ipſe inquiſitus nunquam cognouit hæredes dicti quõdam Tit.nec cum eis fuit uiſus & auditus habere & habuiſſe aliquam conuer-

conuerſationem, & cognitionē maximè, cum ſint de diuerſis locis, item quòd ſtāte dicto inquiſito in ciuitate Salerni, quodam die fuit, ei te clarum, iſthuc aduenisse duos iuuenes, qui dicerentur hæredes d. quōdam Tit. item ꝙ hoc audiens acceſſit ad eos interrogādo, quo noīe & cognomine vocarentur, qui dixerunt ſe uocari & cognominari nominibus & cognominibus, de quibus in inſtrumēto aſſerentes ſe eſſe hæredes d. quondam Tit. item qualiter ipſos rogauit de remiſſione ꝑdicta, qui libēter promiſerunt, prout poſtea effectualiter fecerūt, itē qualiter non doloſè, ſed bona fide dictus inquiſitus credēs prædictis induxit & rogauit notariū ad fabricandum dictū inſtrumētū. item qualiter pro remiſſione ꝑdicta ſoluit ducatos centum quos non ſoluiſſet, ſi ſciuiſſet illos nōn eſſe hæredes dicti quondam Tit. Itē, ad hoc demōſtrandū probet, qđ de facili poterat habere remiſſionē a ueris hæredibus dicti quondam Tit. cum dicta pecuniarū quantitate, & ſic nō eſſe uериſimile, quòd uoluiſſet ipſam habere à falſis, & nō ueris hæredibus. Item, quòd uel hęredes dicti quōd. Tit. uocant̃ & cognominant̃ illiſmet nominibus & cognominibus, quibus illi deſcripti in inſtrumento.

10 Et ſic identitas nominis arguit identitatem corporis, niſi contrarium probetur. l. qui habebat. ff. de ma. teſt. & p Alex. in d. l. diuus. de cuſto. reo. & una cōiectura tollitur per aliā. ut plenius q̃ alibi, per Boer. in deci. 165. pri. parte. ubi docet, quomodo tollantur indicia.

11 Quòd uerò ad id, quod dicit̃, quòd vſus fuit in iudicio dicto inſtrumento, reſpondetur, quod uſus fuit cum clauſula, ſi & in quantum, quæ eſt clauſula conditionalis, (Hęc enim clauſula quòd faciat euitare falſitatem, tenuit Rebuf. in commentar. conſti. in 3. tomo. tra. de contu. & defect. nume. 25 fol. mihi 104.) taliter. quòd id quod ponitur ſeu ꝓducitur cū illa clauſula, uidetur ſub conditione poni ſeu produci & reſoluta conditione, habetur pro non producto & præſentato. l. in tēpus. in princ. ff. de hære. inſt. l. hęc conditio. ff. de cōdi. & demon. l. cum ad pręſens. ff. ſi cer. peta. l. cōditiones in pręteritum. ff. de uerbo. oblig. & habetur per Bar. in l. ambitioſa. ff. de decre. ab ordi. facien. antepe. colu. Bal. in l. edita. C. de eden. ī 19. col. in repetitione. Philip. Corne. conſ. 80. primo lib. in deciſiuis conſultationibus. nu. 4 & cōſ. 183 nu. 2. in præſenti conſultatione. in 3. lib. hinc eſt, quod per illā clauſulam euitatur falſum per producentē, ut docet Cy. in l. ſi falſos. C. de fal. And. de Iſer. & Aflli. in cōſti. qui falſo inſtrumento. nec obſtat, quòd non fuit extenſa, ſi & in quātum in inſtrumentū apparebit uerū, quia ibi eſt poſita dictio, &c. quę extēditur, ut ſupra. nec obſtat quatenus poſſet dici. quod illa clauſula operatur, ut quatenus probet pro ꝓducente intelligatur productio facta, quatenus uero contra, non, quia reſpondetur, quòd uirtus clauſulę nō eſt arctāda cum habeat largas habenas: & utrumq; eſt apta ſignificare, & in iure clarum eſt, quòd eſt conditionalis, ut ſupra dixi: & nō eſt conditionalis in uno, & in alio nō, qa lex generaliter loquens generaliter eſt intelligēda, ut eſt notiſſimi iuris. ex quib. ad ultimū infertur, quod cū facta fuerit ꝓductio cū dicta clauſula apparet ipſum uoluiſſe libere illo uti, ſed ſub conditione, ſi pro ſe faceret, & ſi ueritatem cōtineret, nō enim dicitur facere pro eo id, quod falſum eſt, ſed contra eum, cū ex eo poſſet puniri criminaliter, & in perditione cauſæ.

12 Et nō eſt præſumendum, ipſum uoluiſſe delinquere l. merito. ff. pro ſocio Bal. in l. moueor C. ſi ſer. expor. uel ſemper enim capienda eſt cōiectura, ut excludatur delictum, ut conſuluit Cor. in conſil. 101. in 2. lib. nu. 25. etiā, ubi concurreret coniectura, & præſumptio includens delictum. nā debet attendi excluſiuè, ut potius iudicetur non delictum, ut per Gramma in deci. 8. nu. 5. & cōſuluit Lud. Ro. in conſ. 68. uiſis in propoſitis. habetur per Bar. in l. non ſolum §. ſed ut probari. ff. de no. oper. nūci. ſemper enim quando quid producitur cū clauſula, ſi, & quatenus, uidetur excludi falſum, quia falſum pro eo nō facit: qa eſt delictum punibile, & non cauſat victoriā cauſæ ſe perditionem, & ipſius punitionē.

13 Et de iure, ne cōmittat̃ falſitas, nimia ſubtilitas adhibenda eſt. l. ſi. & ibi Bal. C.

14 de fideiuſ. ¶ Intātum, ut ſi ſit aliquod uerbum aptum importare falſitatē, fiat interpretatio. ut non importet. ſecundum Bal.

in l.j.C.de ſa.ſan.eccl.& ī l.errore.C.de te ſta & Bar.in l.gerit ī 5.col.ff.de acq.hær.

15 Hinc etiam uidemus,quòd ut excludatur falſitas, lex præſumit uarietatem loci uel temporis ſecundum Bal.in l. imperator.2.col. ff.de ſtatu.hom. Alex. in l. iuris gentium,§.quòd fere,ff.de pact. & Sal.in l. de tutela C. de reſt.in integ.& Alexa.in conſ.70.in prima parte.

FIS.Ne ultra pgrediamur,ad hoc vltimū fundamentū de uſu inſtri rñdeo,φ ēt ſi prædicta poſſent procedere, tñ non p-

16 cedant, qñ procedens certioratus, quòd ſit falſum inſtrumentum productū cū dicta claſula, ſtatim nunc renunciat uſui ipſius, ſed uſque ad finem cauſæ perſeuerat utens ipſo,quia licet poſtea renunciet,nō euitat pęnam falſi,ut hr̃ per Sali.in l.ſi falſos. C. de fal. & Gandi.in tit. de fal.2.col. uerſi.ſed pone,ratio eſt,quia licet a principio potuiſſet dicit, φ erat ignorans & habuiſſet ex hoc excuſationem, certioratus tamē de falſitate dicitur in loco,ut,ff. de lib.homi.exhib.l.2.§.ff.ſi is qui.& arg. ff.de pact.l.iuris gentiū.§.fine,& l.2.§.circa.de do. exceptio. & ſequit̃ Ang.de Are. in li. male. in uerbo. falſario. in 7 col.in fi.uer.ſed pone;Titius.

17 Quod quidē corroborat̃, quia licet qs ſit tutus aliqua exceptione, ſi potuit opponere ante litē conteſtatā, & non oppoſuit, non poteſt ea amplius ſe tueri. ſcd̃m Sal. in l.ita demum. ff.de pro.& exceptio non oppoſita in prima cā per malitiā, nō poteſt opponi in.cauſa appellationis.ſecundum Abba in capi.primo de excepr.

18 Item confirmatur,quia ſi accuſator diu ſtetit ad accuſandum,eius accuſatio,reddi tur poſtea ſuſpecta, & præſumitur eſſe in dolo,ut conſuluit Bal.in cōſ. 37.primo libro.incip. quidam tabellio in fi.& ſequit̃ Marſi.in ſua praxi.§ diligenter.nu.201.& ibi.allegat conſ. Bald. in corruptè, ſed voluit eum allegare.ut ſupra.

19 Tertio cōfirmat̃,qa ſi notarius tardauit ī regiſtrādo inſtrumēū in ,ptocollo,orit̃ ſuſpicio de falſo contra eum ex illa tradi te;ſecundum Paulum de Caſtro, in conſi. 281.in cauſa iſta quinq;.col.prima lib.primo & pari modo ſi pars diſtulit producere inſtrumentum,oritur ſuſpitio de falſo contra eum,ut probatur in l.ſi quis forte, §.1.ff.de pęn. ibi nec n.debant tā magnā rem tandiu reticere. & per Oldra.cōſ.115. factum tale eſt uacante eccleſia. & ſequit̃ illum Aymo Craue.in conſ. 28.aſſertū teſtamentū nu.6 in pri.li.

20 Quartò confirmat̃ quia dolus p̄ſumitur in non obuiante delicto,cum poteſt,ſecū dum Ab.Sicu.in cap.quantitate.de ſen.ex cōm.facit.13.q 3.c.qui pōt.cum ergo hic uſus fuit uſque finem cauſæ,& orta q.falſi non renunciauit . non poteſt euitari quin de falſo puniatur.

21 Item hoc confirmatur, quia licet alias quis in falſum nō incidat,utens inſtro falſo niſi facta inſtantia,ut declaret, an uelit uti, & ei aſſignato termino ad declarandum iuxta doctri.Bar. in l.diuus.ff.de fal. la 2.quam approbat Ang.de Are.in li.male.in uerbo falſario in 7.col.uerſi.ſed cautela eſt tñ qñ falſitas eſt notoria , in actis abſque partis inſtantia debet declarare, ſe nolle uti alias in falſum incidit ſcd̃m Sal. in l.ſi falſos.C.de fal.& eſt rō, quia præſumitur eſſe in dolo, qui non facit id,ad φ ſcit & ſcire debet ſe teneri ſecūdum Bar. in l.tutor qui repertorium, in 2.col.2.in fi.ff.de adminiſtratur.& l dolus & ibi Bar. ff.man.& l.procuratorem, § dolo.eodem titulo & Alex.in l.ubi.ff.de edendo.ſed data notorietate falſitaris tenetur renunciare,ergo ſi non renuntiat, videtur in dolo. item non eſt dubium,quòd falſitas eſt de genere prohibitorum. quare quandocunque eſt notoria, qui ei non renunciat, uidetur eſſe in dolo ſecūdum Bal. in l. dolū C.de dolo.& ibi Doct.& no.in l.ſi non cō uitij.C.de iniu. & l.1.C.de falſ. cum ergo, quando notoriè conſtaret ex dictis de falſitate prædicta,non renuntiauerit uſui dicti inſtrumenti, non poteſt euitari, ut de falſo non condemnetur.

22 Immo plus dico,qđ licet renūciaſſet a principio orta quæſtione falſitatis,uel antea,adhuc nō euitaret falſū.n,qa p̄ſupponitur ipſum fabricaſſe falſum quo caſu licet renuntiet adhuc tñ punit̃ de falſo, qa non eſt ſimplex uſus,ſed concurrit fabricatio falſitatis,ut hr̃ per Ang.de Are.in li. malefi.in uerbo , falſario. INQ. Subriliter inſurrexiſti dñe Fiſce aduerſus excuſationes & defenſiones p me poſitas;ſed parum,aut nihil ueritati efficere poſſunt.

23 Quare

23 Quare ſciendum eſt, quòd prędicta omnia procedunt, & habent locum, quando uere falſitas apparet in actis probata ſecus ſi præſumpta tantum ut in terminis decidit noſtrorũ interpretũ uerus antiſtes Albe. de Roſa. in l. diuus. ff. de fal. la 2. ſequitur pater practicæ crimina. Ang. de Are. in li. maleſi. in uerbo falſario in 7. columna.

24 Item procederent dictæ doctrinæ, quñ producens eſſet certioratus de falſitate, & eſſet inſtatum, ut declararet, an intenderet uti. per doctrinam Bald. in l. fin. C. ſi ex fal. inſtru. in fin. quia non debet ex ſeipſo vltro renunciare, quam doctrinam corroboro per deciſionem Capi. 67. in fin. cum ergo in caſu noſtro non conſtet de dicta falſitate notorie, nec ſit certioratus, prædictæ doctrin. non procedunt, nec obſtant, & ꝙ non probetur ex actis falſitas inſtri uere patet, quia teſtes deponentes ſuper ſignis contrahentium, & diuerſitate ſignorum eorum qui reuera erant hęredes dicti quondam talis, omnes ſunt ſingulares.

25 Et elatum eſt, ꝙ teſtes ſingulares non probant, ut habetur in leg. ob carmen. §. fi. C. de teſtibus.

26 Imo teſtiũ ſingularitas arguit dolum ſecundum Bal. in l. iuriſiurandi. C. de teſti. in 2. col. uerſi. deinde no.

27 Item dicti teſtes ſunt diſcordes inter ſe ut uider poterit, & ſic nõ probãt ſm Bar. & Alex. & doct. in lege. 2 §. creditum. ff. ſi certũ petat. & Bar. in l. inſulã §. fructus. & ibi Imo. in pri. oppoſ. uerſ. & hoc inducit. & ib. Alex. ff. ſolu. matri. & Ioan. And. in addi. Spe. in ti. de teſti. §. iã de interrogatorijs & Baldo. in l. infinita. §. ſi ante hoc decretum. ff. de damno infect. Ang. in l. qui ſententiam. C. de pœnis.

28 Et ꝙ teſtes examinati ſint ſingulares, ꝓbatur, nã tũc dicunt teſtes ſingulares, qñ eorũ dicta recipiunt ſeparationem ex diuerſitate factorũ ſm Baldum in l. 1. C. ſi unus ex plu. appe. ad fi. añ uerſ. q̃ro utrum & Bar. in l. 2. § ſi dubitetur. quẽadmo. teſt. aperi. & Pal. ĩ l. apud antiquos prima col. uerſi. item not. illam uulgatã. C. de fur. & in l. pri. 8 q. de teſta. & in l. 2. in 2. col. C. de bon poſſ. ſm tabu. cum ergo dicti teſtes partim dicant, quòd d. T. induxit ad faciendum contractum, & quòd ei dixit, quòd d. tales eſſent hæredes quondam T. & quòd uocaretur nominibus & cognominibus, ut inſtrumento: partim uero, ꝙ ipſe nihil dixit: ſed quòd dicti tales aſſerebant ſe eſſe hęredes, & uocari & cognominari, ut inſtrõ cauetur: ſequitur, ꝙ ſunt ſingulares, & contrarij: item diſcordes in ſignis cõtrahentiũ, ut patet ex actis ergo ſequitur, quòd eis non eſt adhibenda fides.

29 Item duo teſtes primi examinati ſunt contrarij ſibijpſis: quo caſu nunquã ſunt reducendi ad concordiam, ſic quidem ut probẽt, ſecundum gl But & Abbat. in cap. in noſtra. de teſti. Barth. in l. eos. de fal. Iacob. But. in l. cum de ætate. de probatio. But. in c. cum tu, de teſti. uerb. de primo & Alexan. in l. inter ſtipu. § 1. de uer. obli. Alex. in conſ. 132. in prima parte. & conſ. 41. in 4 parte. & in l. j. de no. oper. nuntia.

30 Præterea teſtes deponentes de abſentia hæredum d. quondam talis, non deponũt ꝙ per totam illam diem contractus fuerunt in ciuitate Baroli, & quòd non potuerunt alibi eſſe, ut requiritur. ſecundũ Alexan. in conſ. 190. in 6. lib. & ſic ex his habetur non eſſe probatum falſitatem.

FIS. Vtiq; ſi cuncta rimares, & perfunctorie nõ pertranſires, agnoſceres ueritatẽ.

31 Scis. n. quòd ſuſpitio ſolet pro ueritate hr̃. niſi ille ſuſpectus probet ueritatem: ſecundum do. Archid. in cap. memoriam: 19 diſt. allegat. l. iubemus. C. de probat. & plene hr̃ per Marſ. in rubric ad leg. Corne. de fal. & ſic licet plena probatio forte non adeſſet, non poſſet tamen negari, multas ſuſpiciones, & indicia, ac præſumptiones de falſitate adeſſe, ex quibus merito debeat procedi ad condemnationem.

INQ. Si bene inſpicerentur doctores loquentes de hoc, non utiq; ita dixiſſes.

32 Nam prędicta procedunt, ut poſſit ad capturam procedi, non aũt quo ad condẽnationem, ſecundum Affl. in conſtitutio. qui literas de fal. & dicit hoc velle tex. in l. iubemus. & Dec. in conſil. 175. incip. in cauſa falſitatis. immo Giam. in conſil. 30. nume. 5. tenet, quòd prædicta procedunt in actione falſi ciuiliter intentata, non autem, quando criminaliter Item eſt aduertẽdum quòd dictum Archid. & Ge. habet locum quando ſuſpitio falſi oritur ex uitio uiſibilis ſcripturæ, puta ex abraſione uel cancellatione, aut uituperatione in

loco

loco ſuſpecti, non autem, ſi extrinſecus ꝑ ueniant ſuſpitiones. ut diſtinguit Inn. in ca. 1. col. pen. uerſi. item nota. utile eſſe ꝙ tabellio. ex. de fide inſtrum. & Spec. in tit. de inſtru. edi. §. breuiter cõmemorauimus colu. 4. num. 13. uerſ. & nor. quòd tabellio & Paul. de Caſtr. in l. iubemus. C. de probatio. plenè & pulchrè per Iacob. Man-
34 deli. de alba. conſ. 99 per totum. Præterea nonnè habemus, ꝙ quælibet cauſa etiam iniuſta, excuſat a dolo, ut eſt gloſ. in l. plagij. in uerbo, iuſta C de pla. & l. 1. in fin. de abi. l. igitur. § illud. ff. de lib. cau. & Alex. in § duo fratres. in 9. colum. ff de uerbor. obliga. Iaſon. in l. ſiquis maior. 9. colum. C. de tra. Ang. in l. fin. in princ. ff. de eo, per quem fa. erit. ubi etiam dicit, quòd eã temeraria excuſat è dolo. Bartho. So. in cõſ. 1:6. incip. uiſis narratis. unde circa tertiã dubitationem prima parte ubi dicit, quòd quælibet cauſa beſtialis excuſat à dolo: Sed ad hæc uide quæ dicã inferius nu. 46. in fi. cùm ergo ex probatis in proceſſu ſatis conſtet, quòd inquiſitus hábuit iuſtam cauſam credẽdi, illos nominatos in ꝓceſſu fuiſſe, & eſſet hæredes ueros dicti quondam talis (quia ipſi hoc aſſerebant, & ab alijs erat ei relatum) ſequitur, ꝙ excuſatur à falſitate, maximè, quia erãt, & uidebantˀ boni uiri. Et habemus etiam, ꝙ credendũ eſt bono uiro, ut eſt gl. not. in l. Titio fundus. ff. de condit. & demõſtratio. quã dixi ſingu. Bal. in c. ſanctorum. de præſcrip. & in c. cùm contingat. de reſcrip. & Pet. de Anc. in c. ſi. extr. de. appel. & Ang. in l. prima. ff. de eo, per quẽ fuerit. & Io. de Imo. in conſtitutio. 104. & plenè per Marſi. in practi. crimi. in §. principium. nu. 8.

35 Præterea illi deſcripti in inſtrumento uocantur, & cognominantur ſicut illi hęredes dicti quõdam T. & ſic dictum inſtrumentũ adiuuatˀ primordio ueritatis, & ſic non põt dici falſum. nam in iure eſt concluſio communiter approbata, quòd non poteſt dici falſum id, quod adiuuatur primordio ueritatis l. cũ filius. §. hæres meus & ibi Barto. Io. de Imo. & Alber. de Roſa. de leg. 2. & l. cum, qui §. final. ff. de ſolut. pro quo cõſuluit Aymon Crauc. in conſi. 46. nu. 8. primo lib. Philip. Cor. in conſ. 26. hæc conſulatio. nu. 15. 1 1. lib.

36 Imò ſtantibus prædictis, inuitis dentibus eſt dicendum, quòd non adeſt dolus in eo, & ubi non eſt dolus, & certa ſciẽtia, non datur falſitas ſecundum Ho. in ca. in ſumma. extrà de cri. fal. ꝑ leg. nec exẽplũ. C. de fal. & l. quid ſit falſum. & l. diuus. ff. eo. ti. ſequitur Marſ. in rubrica. ff. de fal. Veronen. conſ. 21. & cõſ. 24. Bertrand. cõſ. 175. 3. lib. nume. 8. Marſil. in conſ. 111. nu. 42. lib. & conſ. 70. num. 7. pri. lib. & conſi. 77. num. prim. 11. lib. & conſ. 89. num. 12. lib. Bal. conſi. 33. 3. lib. num. 2. & Alber. de Roſa. in d l. nec exemplum in l. ſi ex l. nu. 4. ff. ad l. Iuliam. & de adulter. & in l. ex quibuſdã § diuus. ff. de iure ſi. Aug. de Ar. ĩ li. male. in uerbo falſario. in prin. & nouiſſimè eſt ſtatutũ in regno ꝑ regiã nouellã pragmaticam incip. teſtem falſum.

37 Præterea diu eſt, quòd dictum inſtrumẽtum confectum fuit, & productum in iudicio, & ibi admiſſum idque ſuo uigore. diu eſt etiam quòd d. T. inquiſitus nõ fuit moleſtatus, quo caſu uidetur dici poſſe, ꝙ falſitas non committatur, per ea, quę ſcribit Aymo Cra. in conſ. 65. nu. 11. primo li. ubi ſiquis utitur inſtrumento, licet falſo, quum longo tempore ſteterit in poſſeſſione, non committitur falſitas: quia ex quo longo tempore illud inſtrumentum fuit obſeruatum cenſetur approbatum, & per conſequẽs ceſſat falſitas. allegat pro hoc Bal. in cõſ. 37. quidã tabellio. li. pri. ꝑ quo etiam dicit facere id, quod ſcribit Cy. inter cõſilia Bal. in allegationibus ſuis, quæ ſunt poſt conſi. Bal. 400. ſuper primo puncto, col. prima. lib. 4. allegat etiam Bal. in conſ. 403. quæritur, an per ſolam diffamationem in fi. lib 6.

38 Præterea tunc falſitas punitur, ubi aduerſario nocet, & adfert damnũ ut late domine Iudex dixiſti in 4. parte tertiæ partis principalis huius praxis. hic autẽ nullũ damnum adfert, ergo non punitur.

IVDEX. Datis pro ueris his, quæ per inquiſitum adducta fuerunt, cùm pro maiori parte in facto conſiſtant, non eſt dubitandum quin excuſetur à falſo, & ita cenſeo iuris eſſe ſed ne uideat ſurda aure pertranſire, ĩ hac materia falſitatis aliqua ſummatim dicere decreui, ut ſic ualeatis materiam criminis falſitatis ſcire. & pri. ad materiam regię pragma teſtem falſum
39 eſt ſciendum, quod adeò eſt uerum, quòd

uteus

utens ſcriptura, inſtrumento, uel teſtibus falſis puniatur de falſo, ut ſi aliquis produxerit inſtrumentum plura capita continēs & eo utatur in capite uero, ſi tamen id ipſum etiam cōtineat capitulum falſum, licet eo non utatur, quòd de eo non ſit uis quæſtionis teneatur tamen pœna falſi ſecundū Io. And. in addi. Spec. in tit. de inſtr. edi. § poſtremò aliàs eſt in §. ſequen. in addi. quæ incip. huic dicto. quem refert & ſequitur Alex in l ſi unus, in fin. C. de teſta & eſt ſatis notabile dictum & habetur per Gandi. in ti. de falſa 2. col. uerſ. ſed qd ſi inſtrumētum, & in § ſubijciamus. eo. ti.

40 Ita intantùm eſt uerū, qd utēs falſo puniatur de falſo, ut ſi quis utatur teſte q aduerſario nō nocet, & pducenti nō pdeſt, nihilominus teneatur de falſo. p doctri. Bal. ī l. ſi C. ſi ex fal. quā ad hoc allegat Berta. in ſuo reportorio. in uerbo falsū. uer. 105. ubi ad hoc alle. Pa. de Caſt. conſ. 148. & habetur per Gandi. in tit. de fal. uerſ. ſubijciamus.

41 Itē non procedit præcedens concluſio, ut ſi aliquis produxerit falſum teſtem ad probādū falſum articulum, licet poſteà renunciet, puniatur tamen pœna falſi. & eſt ratio, quia non eſt ſimplex uſus: ſed concurrit fabricatio falſitatis, niſi teſtis deponeret extra articulum. ſecundum Bar. in l. ſi falſus. C. de fal. Bar. & Bal. in l 3. in fine, C. de fi. inſtru. p quo uide Capitiū in deciſio. 67. incipi. ī cauſa magnifici Annibalis.

42 Item adeò procedit, ut etiam puniatur de falſo producens ſcripturam priuatā falſam, & ea utens, ſicut puniretur, ſi produceret publicam ſcripturam falſam ſecundum Bal in leg. fin. prima col in fine C de fid. inſtrumen. & Barto. in. l. penul. C. de proba. & habetur in leg. Lucius. ff. ad municip. & per Alex. in l. diuus. ff. de fal.

43 Item eſt adeò uera dicta concluſio, ut ſi quis produxerit falſos teſtes compellatur ad ipſos iterum præſentādum in iudicio, orta quæſtione falſitatis. per doctri. Bald. in l. fi. C. de inſtrumen. colum. fin. uerſiculo quæro. nūquid. & ita fuit deciſum in ſacro regio conſ. ut teſtatur Capitius in deciſio. 60. Limitantur tamen prædicta.

44 Pluribus modis pri. ut procedant, quæ dicta ſunt ſupra ſi ſcienter, & doloſè fuerit facta product.o falſitatū, ut dixi in quarta parte tertię partis principalis huius praxis. & habet in indiuiduo in d. pragmati. teſtem falsū. quin ſi fortè appar. b t p ignorantiā id fuiſſe factū, etiā ſi teſtes dēpo ſuerint ſup falſo articulo (quo caſu dixi ſupra teneri de falſo producētē licet renūtiauerit uſui) probata, ut dixi, ignorantia excuſat. ut latè p Capit. in deciſi. 67. incip. in cā magnifici Annibalis, & per ea, quæ habentur in dicta deciſio. reprobetur id, qd dixit Moder. Cauen. in dicta pragma. teſtē falſum nu. 3. dum dicitur, quòd ille ſciēter dicitur producere teſtem falſum, q eum produxit ſuper articulo falſo.

45 Secundo limitatur prædicta, ut procedant, niſi producēs renuntiauerit uſui ſcripturarum uel teſtium productorum intra octo dies poſt publicationem in cauſa, ut in dicta pragmati. habetur, quam ego intelligerem procedere, ſi præceſſiſſet proteſtatio, & inſtātia partis aduerſæ, ut declararet, an intendas uel teſtibus & ſcripturis uti: nam ſi non præcedit inſtantia partis, non tenetur vltro renuntiare, imò ſi ſponte renuntiaret, non euitaret pœnam falſi. quia uideretur declarare dolum adhibitum in falſitate, & in productione, ſecūdum Are. in cap. præſentium. quinta columna. extra, de teſti. & ſequitur Capi. in dicta deciſio. & qui nō renuntiat eo, quia per partem non eſt inſtatum non punitur, licet poſtea requiratur falſum id quod fuit productum. quia illud non eſſet uti, ſed uſum eſſe, & tunc aderat bona fides. ſecundum Baldum in indiuiduo, in l. fin. C. ſi ex fal. inſtrumento, in fi. colum. uerſic. pono ergo ſed contrarium poteſt attentari retentis terminis regiæ pragmaticæ. quoniam ex actis facta publicatione in cauſa reſultat notorium, ut habetur per Inno. in ca. ea inſinuatione, extra de appellati. & per Angelum in l. ſi pars. ff. de inoffi. teſta. ſi ergo notoriū reſultat clariſſimè, erit producens informatus de falſitate. quo caſu dēt ex ſe renuntiare uſui, aliàs incidit in falſum. quòd ita intelligit doctri. Bar. in l. diuus. ff. de fal la 2. & Ange. in lib. maleſi. in uerbo, falſario Salice in l. ſi falſus. C. de fal. dum ibi dicit. quòd ita demū eſt uerum, quòd utens nō incipit in falſum, niſi fuerit ipſi ſtatutus terminus ad declarandum utrū intendat uti, necne, quando nō fuerit inſtructus d falſitate, uel inſtrui nō

potue-

potuerit & eſt tario, quia præſumitur eſſe in dolo ille, qui nō facit id, ad quod ſcit. & ſcire debet ſe teneri: ſecundum Bartolū l. tutor. in ſecunda columna. in fin. ff. de adminiſtratione tutorum & l. dolus, & ibi Bar. ff. mā. & l. procuratorē. § dolo. eodē titu. & Alex. in l. ubi. ff. de eden. ergo data notorietate tenetur ex ſe renuntiare: & ſi non renuntiat, uidetur in dolo. ſed tenen do primam partem, vnico fundamento deſtruuntur omnia allegata in contrariū, nam non eſt uerum, quòd facta publicati one in cauſa reſultat notorium de falſitate, & qd vtens eſt informatus & certiora tus de falſitate ipſa bene tamen uerum eſt qd reſultat notoriū de probatis, ſed verū ea ſint falſa, nequaq̄ cum adhuc id à partibus non ſit dictum, nec de eo ſit vis quæſtionis, & licet contrarium fortè ſit probatum per aduerſam partem, non tamen ex hoc poteſt dici conſtare de falſitate. ſed bē ne eſt eſtictus probatoriū, & ſtat pro poſſibili ut ita ſit uerum id, q̄ probat & pdu ctū ab vna parte, ſicut id q̄ pbat ex aduerſo pro alia parte, taliter, q̄ non datur, niſi materia iudici inquirendi de falſitate in alterā partiū, ut infra dicam & bona fides quæ in princ. pio fuit circa productionē in producente, pari modo poterit eſſe facta publicatione in cā, cum à principio pducens cogitauit, omnia poſita p ſe poſſe probari. dicta itaque aūt allegata procedunt orta quæſtione falſitatis, & facta publicatione in cā ipſius falſitatis, uel quando in proceſſu eiuſdē clare appatet de falſitate. non autem intelliguntur qñ eſt facta publicatio in cā principali, in qua fuit facta productio quia eo caſu requiritur inſtantia partis, ut dixi, & ita pract. caſ. & quotidie ſeruat in iudicijs, ut & refert Mod. Ca

46 uen. in d. prag. † Tertio limitantur prædicta non procedere, quando falſitas reſpectu uſus eſſet cauſata per errorem. quia eo caſu non eſt punibilis. quia id, quod per errorem factum eſt, dicitur ſine conſenſu factum. l. ſi per errorem. ff. de iuriſ. om. iud. & ideo dicebat Alex. conſ. 55 4 lib. incip. perſpectis 5. col. quòd falſitas cauſata per errorem operatur, q̄ actus non ſortitur effectum. allegat Bar. in l. demonſtratio falſa. § 1. in 6 q. ff. de cond. & de mon. & p Af flict. in conſti. qui falſo inſtru. ibi, itē no. ex tex. ibi, neſcius. Sed aduertendū aliud puto, q̄ eſt diſtinguendum, nam aut qs ex iuſta cauſa errauit, & tunc uerum eſt q̄ nullo mō punitur. Aut ex iniuſta & temeraria cauſa errauit, & hoc in caſu excuſat a pęna doli, & ſic pęna ordinaria; non autē ab extraordinaria, & crimine ſtellionatus: ita declarat Ang. in l. plagij. ad l. fa. de pla. C. & ſequit Dec. in l. 2. quod quis iur. nu. 11. & ibi Alex. & Paul. à Caſtr. qui dicit quòd ſi teſtis temerarie aſſerat aliquem nihil habere in bonis, ſi deprehendatur in mendacio uidetur doloſe aſſeruiſſe. & talis teſtis (ſcdm Roma. conſil. 8. uiſo facto uerſ. tertium quidem iudiciū) vt refert ibi Dec. pōt poni ad torturam. Et uoluit Crauet. conſ. 46. nu. 10. tunc enim eſt quis temerarius, quando ex in iuſta cauſa mouetur, ut ibi exemplificat Angel.

47 Quartò limitātur, ut nō procedant, qñ id, qd productū eſt, adiuuat primordio veritatis, p eā, quæ ſupra dixiſti tu inquiſite.

48 Quinto limitantur, ut non procedant, quando productio fuerit facta p procuratorem cum generali mādato: ut latè habetur in deciſ. Cap. 67 per totam. de qua ſupra ſæpius eſt facta mentio.

49 Sexto limitantur, ut non procedāt, quā falſitas non eſt aduerſatio nocitura, uel damnum inferre non poteſt, per ea, quæ dixi in quarta parte tertiæ partis.

50 Septimo limitant pdicta, ut non procedant, qñ producens proballet de ueritate contentorū in inſtrō. nā licet inſtrm ſit forte falſum circa indictionē, uel alia ſubſtantialia, non tñ punitur pœna falſi, ut habetur per Gandi. in ſuo opere maleſi. in ti. de falſari. in uer. quæſtio talis eſt.

51 Octauo limitant pdicta, ut non procedant, qñ pducens eſſet illiteratus, & pducerēt inſtrm quo dixit uelle uti, & in eo, ſint defectus, quia ibi nō ſint anni Dñi, & ſit dña ſigni ad ſigna eiuſdem notarij in alijs chartis, quia ex quo hic præſumitur potius error, quàm dolus & malitia, nō tenetur pœna falſi, ut habetur per Gandi. in tit. de falſat uerſ. ſequit uidere aliā q̄ſtio.

52 Nono limitantur prædicta, ut in oībus caſibus, quando quis excuſatur a fabricatione falſi, fortius excuſatur ab uſu. & ſic in illis caſib. prædicta non procedunt.

53 Decimo limitant prædicta, vt nō procedant

O

cedant in producente falſam narrationē, ſm Bal.in l.quicunq;. in vlt.colum. C.de ſer.fugi.ſiquidem tantummodo procedūt in producente falſos probationis.

54 Cæterum ſiquis a ſe productum inſtr̄m quum ab aduerſarijs falſum dicat de manibus, tunc magiſtri actorum ereptum in ignem proijciat,an pœna falſi afficiendus ſit?vr̄ dicendum,quòd nō,quia ſi licet ad euitandum pœnam falſi abſtinere ab uſu per declarationem uerbo factam:φ nō in tendit uti ut l.ſi falſos C.de fal.fortius poteſt declarare facto, capiendo illud inſtru.& lacerando uel cōburēdo.ſed in cōtrarium conſuluit Pet.de Ancha.in conſ. 173.incip.circa primum.

55 Quid ſi aliqs ſubornauit teſtes, ut falsū dicerent,an ſi poſtea deſiſtit ab uſu, euitet pœnam falſi, iuxta formā regiæ pragma. dicas quòd non.ſed punitur per l.ſi falſos ibi Cy.& Saly.in fin.C.de fal.

56 Secundo principaliter eſt ſciendum,φ crimē falſi eſt deteſtabilius ueneficio, & homicidio,ſm Ang.in auth.de nup.§.mīnorē.in tīn, ut hō deueniat ad nihilū inter hoīes;qa dr̄ eo caſu ſine fide, & cōfidētia;ut dicit Cy.in l tranſigere.C.de trāſact. & firmat Gram.in conſ. 109. nu. 11.in ciuilibus.& ſi eſt nobilis,qui cōmittit falſitatē,pdit nobilitatē,ſm Luc. de Pen.in l. milites.3.col.C.de dignita.li.12.& firmat Affl.in conſtitu.qui literas in 5.q.in fin.

57 Hinc eſt,quòd eſt crimen exceptatum & non includitur in generali indultu facto de rebus criminalib. ut in l.Lucius.ff. ad Turpi.ſedm Alb.de Roſ.in rubr. de cri. fa.& Gram.ubi ſupra quod non procedit, ſi indultus eſſet factus de carceratis,& nō eſſent carcerati,niſi pro crimine falſi;ut p Hippo. de Marſ.in rubr.de fal.nu.31.

58 An ſemper notarius dicatur committere falſum, ſi aliter reperiatur ſcriptum q̄ ſit dictum?& dicas, quòd ſic,ſi ab inſtr. cō fecto per eum remouentur uerba, & mēs contrahentium. Bart. in l. quoties.§.1.ff. de hære.inſti.uerſ.3.lex ponit dicit,quòd non præſumitur, falſum feciſſe doloſe; ſed potius preſumitur id cauſatum ex errore,ſi tamen ex alijs coniecturis,& circūſtantijs, uel indicijs aliud non ſuadet,qd quidem dicit ibi Alex.eſſe uerum,& cōfirmat per l.ſi finita,in prin. cū ibi no.& ibi per Imol.ff de dam.infe.ibi;dicit,dixiſſe. & in l. ita ſtipulatus.4.col. ff.de ver. obli. & in l.item § ſi.ff.de pac. & per gl. & Bar. in l.cum proponeretur. de leg. 3.ſequitur Fran.Aret.in conſ.47.col.2.& Marſ.conſ. 7.nu.24.cōſ.51.nu.31.& conſ.104.nu.27. & conſ. 132.nu.10.Alex.conſ.53.in fin.7. vol. & conſ.87.nu.7.eod.lib. & conſ.179. nu.3.in fi eo.lib & conſ.64.incip.uiſo teſtamento,primo vol.nu 4.

59 Et p quod teſtes probetur error notarij. in conſ. 147. incipien. reuerende.2.volū. numero ſexto cū ſequen.Cępola conſ 27. nu. 4. notarius.u.hēt præſumptionem iuris pro ſe adeo; ut liquidiſſimè conſtare debeat de falſitate cōtra eum per Aymo. Crauet.conſ.75.nu.8.primo lib. Berttan. conſ.61.nu. 16.primo li.plene Boer.in deciſ. 116. prima parte.nu.2. cum ſequen & Gramma. deciſ. 60.num.6.& conſ 66 nu. 26.in ciuilib. Alciatus in trac. de præſumptio.13.preſum.nu.10.cum ſeq.& Fel.in c. ex literis.in 3.conclu.de fi.inſtr.Pet.de Ancha.cōſ.287.qui principaliter. col.1. Dec. in conſ.175.Marſ.in l.1.nu.71.C.ad l.Cor. de ſica.& in rubrica de fideiuſ. colum.9.nume.56.Notarius.n.nunquam punitur,niſi conſtet de eius dolo, ut dicit Alcia. ubi ſupra. & per Alex. cōſ.882.col.in 4.libro.

60 Sed ibi dicitur, Alciat. non procedere id,quod ſupra dictum eſt;quādo notarius omitteret ſolemnitates inſtrumētorum, quia in eo caſu præſumitur potius dolus, quā error, & punitur de falſo,& cōſuluit Aymo.Crauet. in conſi. 75.nu 6.in primo libro. licet dicat Soc. in conſ. 98.in tertio lib.nu.19.id procedere in teſtamentis, nō in alijs inſtrumentis. ſed ad id reſpondet Alciat.ubi ſupra, & ſequit Bal.in l.ſi poſt diuiſionem. C.de iur.& fa.igno.& Guliel. Bene.in repe.c.Raynutius,in uerbo,in eodem teſtamēto relinquēs.el primo.nu.51.

61 Vnum tamen ſciendū eſt, φ ſi notarius ſit excellēs pſona,& omitteret iſta ſolemnia,non tenebitur de falſo.ſecundum Barb.in repetitionem rubricæ.de fideiuſ. 35.col.quem refert & ſequit Gulie.Bene. in loco ſupra allegato.numero eodem.

62 Sed qd ſi notarius omiſerit ponere ſubſtātialia in inſtrumēto,an poſſit illud corrigere,& emendare illum ſuum errorem. Bal.in rubric. C. de fi.inſtru. in 7.colu. in

ſi.uer.

ſi. verſ. ſed pone, quòd tabellio, dicit, ꝙ ſi errauerit notarius in non apponendo diē vel conſulem in inſtrō, vel alia ſubſtantialia, poterit illa poſtēa emendare, & corrigere: ſed ſi ſit quæſtio in facto errore, & iā ſit orta quæſtio erroris inter partes. tūc non poterit notarius aliquid corrigere, niſi iudice mādante, aut nulla quæſtio erroris ſit orta inter partes, & tūc ſi reaſſumpſerit inſtrm, & tradiderit parti, non poterit, ſi uerò nō reaſſumpſerit, nec parti tradiderit tunc poterit corrigere, & emendare errorem ſuum, de quo pleniſſimè per d. Vi. de Camba. in trac. clau. in cla. de erro. uo. in verbo, reſtat uidēdū, an notarius errorē ſuum poſſit corrigere, vide etiam plenè per Dec. & Gul Maine. & Ba. in l. ſi librarius. ff. de reg. iur. ubi pleniſſimè.

63 Et an alius notarius poſſit ſupplere clauſulas ex errore omiſſas per notariū mortuum, & dicas, ꝙ ſic, mediāte decreto curiæ. & ita practicaui, & vidi practicari. ꝓ quo vide Iaſ. in l. argentarius in princ. ff. de eden. & in l. Gallus § idē credendū. vl. & pe. col. ff. de lib & poſth. & habeo vnam addi. in lib. meo. Bald. in rubr. de fi. inſtr. ꝙ ita practicauit do. Ioancola de Vic. Salerni ſub die 17. Iunij anno 1529. quod eſt. notandum.

64 Sed quæro per quot teſtes probꝫ falsū inſtrm, & q̄uo. hanc q̄ōnem pleniſſimè tangit Fel. in c. cū Ioannes. ext. de fi. inſtr. nu. 35. qui ex dictis oīum doct. facit duas concluſiones. prima concluſio ſecundum eum eſt, quòd duo teſtes in inſtrō deſcripti, poſſunt ipſum reprobare, & probare falſum: & hēt locum iſta concluſio, ēt ſi illi duo teſtes deponant per probationes diuerſi gn̄is adductas ad concludendū unū totum, vt ibi per Fel. & per Pet. de Ancha. ſecūdum eum in conſ. 73. incip. uiſa limitata concluſione limitatur iſta prima concluſio, ut nō procedat, qn̄ eſt caſus in quo ex diſpoſitione legis inſtrm non admittit probationem in contrarium, ſed hæc prima limitatio reſtringitur quatuor modis, ut ibi per eū ſecundo limitatur, ut ꝓcedat, qn̄ ex parte actoris eſſe inſtrm, ex parte uerò rei producuntur duo teſtes cōtradicentes illi inſtrumento: ſed ſi ecōtra ex parte actoris producerentur, teſtes, ex parte uerò rei produceretur inſtrumentū, ſtandū ē in inſtrō, niſi plures teſtes quàm duo contra ipſum producantur. ſed dicit ibi Fel. ſibi non placere hanc limitationē tertiò limitatur præcedens concluſio, qn̄ teſtes deponentes contra inſtrumentum aſſignat rationem dicti ſui ultro, & non interrogati, alias enim non reprobarent inſtrumentum. quartò intelligitur, & declaratur, qn̄ pro inſtrumento non eſt probatio coadiuuans aliàs ſi aliquis deſcriptus, uel non deſcriptus coadiuuaret inſtrumentum, requirentur plures ad reprobandum inſtrm ſecundum qualitatem, & numerum coadiuuantium. quintò declaratur, ut teſtes deponentes contra inſtrm ſint undiq; idonei, & oī exceptione maiores, non enim ſufficeret quòd eſſent aliàs ſimpliciter idonei. ita ꝙ modicus defectus uitiat, in quo uerſatur multum arbitrium iudicis. & de hoc vide ad longum per Aymo. Crau. conſ. 56. nu. 9. primo lib. vbi dicit ſine dubio procedere hoc qn̄ uolo reprobare inſtrm per teſtes non deſcriptos in inſtrumento, ut procedit pręcedēs concluſio, ſecus ſi uellem reprobare per teſtes inſtrumentarios, quia non requiritur, ꝙ ſint teſtes omni exceptione maiores. Sextò declaratur, ut procedat ꝙ duo teſtes ſufficiunt ad reprobandum inſtrm, vt non probet: non autem, ut notarius poſſit de falſo condēnari, ſed bene ſufficiunt, vt acerima fiat indago de falſo, & operaꝫ ad torturam, ſecundum Sal. in l. in exercēdis. C. de fi. inſt. licet dicat idem Sal. quòd ſi eſſent plures, quàm duo teſtes, omni exceptione maiores deponentes contra inſtrumentum, aliàs nō coadiuuatum, bene ſufficerent ad puniendum notarium: quod non videtur omnino placere Fel. in d. loco, de cuius ueritate infra uidebimus. ſecunda concluſio eſt, quòd non pōt ēē reprobari, & probari falſum inſtrumentum per teſtes deſcriptos in ipſo inſtrumento: & procedit hæc concluſio, ſiue teſtes deſcripti in ipſo inſtrō, & reprobantes ipsū, ſint de teſtib. neceſſarij inſtrumenti, ſiue de non neceſſarijs, quia fortè ultra cōpetentem numerum. item procedit, vt non ſolum reprobent inſtrumentum narrādo aliter fuiſſe dictum quam ſcriptū, ſed ēt ſimpliciter dn̄t, ſe nō interfuiſſe: quod quidem non procedit, ſi ex aduerſo probare-

tur per alios teſtes deſcriptos uel non deſcriptos, illos fuiſſe pſentes. ſecũdo intelligit ita demũ id procedere, ſi teſtes dicẽtes, ſe nõ interfuiſſe, probẽt hoc per alios teſtes, quia ſi ipſi ſoli hoc dicerent, non probarẽt, ut qui ſint ſingulares, ſed in hoc dicit contrarium idẽ Fel. ubi ſupra, quod per dictos teſtes licet ſingulares reprobatur inſtrm, quod conſulendo approbat Aymo Craue. conſ. 56 nu. 17. prima parte dicens non eſſe ſingulares, & dicit hoc tenere Soc. conſ. 28 2. col. uerſ. ſed ad hoc clarè reſpondetur. lib 3. ubi dicit hãc eſſe cõem opinionem: item procedit ſecunda concluſio, etiam ſi eſſet unus teſtis deſcriptus in inſtrumento cõtra dicens ei: quia ſi per alios probat, ſe non interfuiſſe, ſiue ſit de neceſſarijs, ſiue non uitiatur inſtrumentum. quod procedit, ut dixi, ſi p alios probetur, ipſum non interfuiſſe. alias ſi eſſet ſolus, licet faciat uacillare inſtrumentum, ſi eſt de neceſſarijs teſtib. deſcriptis in inſtrumento, & niſi alio ipſum adiuuet non tñ probatur falſum inſtrumentũ eſſe falſum, vel ſuſpectum de falſo, in quo differant de Gan. in trac. male. ſub tit. de fal. col. 2 nu. 5: verſ. item nota ꝙ raſura. Vbi dicit, ꝙ inſtrm dicitur falſum, qñ concludenter probatur falſum id eſt probatur rẽ aliter ſe habere; ſuſpectum verè dicitur qñ nulla ſit concludens probatio falſitatis, & ſolum deducitur falſitas ex ſuſpitionibus ueriſimilib. uelut eſt abraſio, & cancellatio, aut interlineatura. aut aliud ſimile: & vide Iac. Mand. conſ. 99. limitatur dicta ſecunda concluſio, ſi teſtes deſcripti producti ad impugnandũ, non dicerent aliud niſi quòd nõ recordantur interfuiſſe, uel de his, quæ dicuntur inſtrõ fuiſſe geſta: & hoc non eſt uerum in ſcriptura publica, ſecus eſt in ſcriptura priuata. quia ſi teſtes ita deponerent vacillaret illa priuata ſcriptura. limitatur ſecundo, ſi pro inſtrumento ſint duo teſtes quia eis ſtabitur, & probabitur ſaltem eius tenor, et ſi illi non ſint deſcripti: ſed hæc limitatio intelligitur, dummodo impugnantes non excedant numerũ teſtium coadiuuãtium inſtrm, nam ſi coadiuuãtes ſint plures, vel numerus hinc inde ſit æqualis, ſtabitur inſtrumento pp authoritatem notarij, ſed ſi teſtes impugnantes narrãt ſeriẽ facti. & dicant rem aliter fuiſſe, vel nõ interfuiſſe, tunc procedant prædicta, ſed ſi deponerent uerbis merè negatiuis, præferuntur illi duo teſtes pro inſtrumento, qa affirmãt: & ſtatur potius duob. teſtib. affirmantibus, quàm mille negantibus. ſecũdò intelligitur hæc limitatio, dummõ teſtes coadiuuantes deponant directè cõtra impugnãtes, vt ſi hi dicant, ſe nõ interfuiſſe, iſti dicãt, ſe interfuiſſe, ſi dixerint rem aliter ſe habuiſſe: iſti dicant, ſic ſe habuiſſe tpe ſcripturæ, alias. n. ſi adiuuantes ſimpliciter att. ſtatuntur, rem ita uiſſe, & non dicerent tp confecti inſtrumẽti, non probarent pro inſtrõ, quia ſtant iſta ſimul, factũ à principio ſic ſe habuiſſe, & tpe confecti inſtrumenti non ſic fuiſſe dictum à partibus, uel non ſic a notario lectum tertiò intelligitur, dummodo teſtes coadiuuantes deponant in nu. ſufficiẽter. nam ſi eſſet inſtrm, in quo requirerentur, quinq; teſtes, vt codicillus non ſufficeret ad ipſum coadiuuandum producere duos teſtes, ſed deberent eſſe quinque, quod intelligitur, ut ibi per Fel. intelligitur etiã, procedit, dummodò probetur illos teſtes reprobatorios eſſe illoſmet, qui ſunt in inſtrumento deſcripti, vt latè in dicto loco per do. Fel. quẽ refert & ſequitur Alex. in conſ. 190. in 6. lib nu. 31. & per totum illud conſilium latè defendit teſtm. quod allegabatur falſum, eò, quia teſtes aliqui deſcripti dicebant, ſe non interfuiſſe, & eſt pulchrum conſilium, & in conſi. 53 in 7. lib. latè conſuluit, qualiter debeant deponere teſtes, reprobare uolentes inſtrm; & quòd debeãt eſſe omni exceptione maiores, & quòd etiam non interrogati debeant reddere cauſam ſcient.æ, & quod in notario præſumatur potius error. quam dolus in conſ. 146. alias. 27. in 2. lib. in cã & lite dominæ Barthol. ubi quòd ſemper præſumitur error in notario, & non dolus. & ibi, quomodo per teſte reprobetur inſtrumentum: & ſequitur do. Fel. & Doc. per eum allegatorum. & in conſi 17 ponderatis his in 3. libro ubi habetur, quòd duo teſtes inſtrumentarij contradicentes inſtrumento, quamuis non ſint de numero neceſſario reprobant inſtrumentum. & in conſilio 42. in quarto libro. viſis & ponderatis ibi, quomodo debeant deponere

nere teſtes contradicentes inſtrumento. maxime, quãdo dicunt, nõ fuiſſe aliquid dictum quia debent dicere, ꝙ illo tempore non potuit dici, quin audiuiſſent. & ibi an teſtes ſint ſingulares, ſi deponant, non interfuiſſe, vnoquoq; deponente de ſeipſo. & alia multa & per Soci. in conſ. 46 colum. fi. in fi. ubi dicit, quòd nõ probat inſtrumentum, ſi vnus ex teſtibus ibi deſcriptis contradicat inſtrumento, uel ſe non interfuiſſe dicat. & in conſ. 143. colu. 2. in fi. & in conſ. 171. colum. 2. in prin. & quòd inſtr̃m reprobetur per duos teſtes etiam in ipſo inſtrumento non deſcriptos & in conſ. 274 col 9 uerſi. poſtremo dico. & ꝑ Corn. in conſil. 261. in quarto libro. numero 10. ubi concludit communem eſſe opinionem, ꝙ per duos teſtes inſtrumentarios fides inſtrumenti uacillat. & ibi pulchre habes quomodo debeant deponere teſtes, & diſputatur plene, quomodo defendatur inſtrumẽtum a falſitate obiecta. & in conſ. 260. lib 4 nu. 2. habes, an inſtrumentum carens debitis ſolennitatibus prę ſumatur errore, an dolo confectum. & in conſ. 2̇6 in 4 libro habetur, per quot teſtes reprobetur inſtrumentum & ibi dicitur, quòd per duos, vel tres. & per Aret. in in conſ 88. vbi habetur, ꝙ per duos teſtes reprobatur inſtrumentum, ſi ſunt deſcriptis in eo: & per Cor. in conſ. 232. numero quinto, primo libro, & per Bertrand. conſil. 265. 2. li. etiam cum his & an teſtes mortui deſcripti ĩ inſtrumẽto iudicentur pro inſtrumento, plene per Aymo. Craue. conſil. 56. primo libro & per eundem in conſ. 75. nu. 56. primo libro, & ibi etiã, habes, quòd ad hoc ut inſtrumentum reprobetur per teſtes, debeant ipſi deponere de toto eius tenore: ut nu. 18. & ibidem: an reprobetur inſtr̃m per teſtes, quorum quilibet deponit de ſenſu ſuo, ſe non audiuiſſe proferri tale quid per diſponentem: ut nu. 29. & per Marſil. conſ. 27. nu. 14. ibi añ reprobetur inſtrumentum ſi duo ex tribus teſtibus inſtrumentarijs contra inſtrumẽtum deponant, & illorum tertius deponat pro inſtr̃o, uide plene ꝑ Guliel. Mainer. in l. ubi repugnantia. ff. de reg. iur.

65 Sed redeundo ad quæſtionem ſupra poſitam: an prædicta procedant, ut taliter arguatur inſtrumentum de falſo, ut notariùs valeat. & poſſit puniri: ego puto diſtinguendum: aut dicitur inſtrumentum falſum, quia ſit ſcriptum aliter, q̃ a partib. ſit dictũ & tunc aut ex alijs coniecturis & indicijs probatur de dolo notarij, & agitur directè contra notarium de falſo, & tunc ex prædictis dico notarium puniri de falſo; aut ex alijs coniecturis & indicijs non cõſtat de dolo notarij, & tunc ex his, quæ ſupra dixi (quod videlicet potius ꝑſumatur error notarij, quã dolus) non poteſt puniri. & hoc modo non procederet dictum Sali. ſupra relatum aut dicitur inſtrumetum falſum, quod teſtes deponant non interfuiſſe: & tunc non coadiuuatur inſtrumentum, & agitur directe cõtra notarium de falſo, procedat dictum Sali. iunctis aliquib. alijs coniecturis, quia ceſſant tunc oppoſitiones Sali. ubi ſupra; aut nõ agitur contra notarium de directo, ſed inter partes dicitur inſtrumentũ ſalſum, & probantur prædicta, tunc non procedat dictũ Sali. ſed tunc iudex ꝑ dictas probationes poteſt ſubtiliter procedere contra dictũ notarium ad indagandam dictã falſitatẽ ſed ad vnum eſt aduertendum, quòd Sali. in d. l in exercendis, nõ dixit id, ad quod allegatur per Feli. nempe. quod ſi ꝑ quatuor teſtes ꝓbetur inſtr̃m falſum ſufficiat ad condemnandum notarium. ſed bene dicit, quod ſi duo teſtes contradicunt inſtrumento nõ dicatur inſtrumentum falſum, ſed ſuſpectum de falſo. ſed ſi ſint plures teſtes, ut quatuor, probetur uere falſum inſtrumentum. ſed certe poteſt dici, quod dictis Sali. reſultat, id quod dicit Feli. uidelicet, quod ſufficiat ad condemnandũ notarium de falſo, quia ſi uere inſtrumentũ probetur falſum per quatuor teſtes cõtradicentes inſtrumento, ſecundum dictum Sali. ſequitur qđ notarius eſt falſarius, & ſic de falſo puniri poſſet. & ita etiam illud dictum Sal. intelligit Bert. in ſuo reperto. in uerbo, notarius an & quando de falſo tenet. uerſ. 24. ſed vide Capi. in deciſio. 94. incipien. in cauſa Ioannis Pauli, ꝑ quam habes, quod non ſtatur nec inſtrumento, nec teſtibus contrariantibus inſtrumento ad condemnandum, ſed bene ad inquiren-

66 dum, uel ad torturam. † Quod ſi notarius ſcribat, talis conſtitutus coram nobis habuit, & recepit ducatos centum, re vera

autem probetur, pecuniam non fuiſſe nu metatam, an notarius teneatur de falſo? Bar. in l. ſingularia. ff. ſi certum peta. quē ſequit̃ ibi Alexan. dicit, quòd ſic. & ſequitur Bal. in. rub. C. de fide inſtru. in 4 col. & conſuluit Cor. in conſ. 61. in 3. li. & conſ. 216. nu. 6 4 lib. & Ang. de Are. in li. male. in uerbo, falſario. uerſ. q̃ro, tabellio. tenet contrarium per doc. Bar. in l. prædia. ff. de acqui. poſ. quę opinio communiter repro batur ut per Alex. ubi ſupra: pro quo uide Marſ. in conſ. 100. num. 15. Iaſon. in l. ſingularia. ff. ſi cert. petatur.

67 Excuſabitur autem notarius a pœna fal ſi, ſi forte probetur conſuetudin in eē regio ne illa eſſe ſic ſcribendi ſecundum Bal. in rub. C. de inſt. uel ſi ſcripſit id partibus mā dantibus: maxime ſi in inſtrumento appa ret, ipſum de aliquatenus retuliſſe ad cō feſſionem ſeu mandatum partium ſecundum Ba. ibi uel uerba notarij de neceſſitate non ſignificant realem numerationem, ſed poſſunt aptari ad fictam: & hoc modo procedat opi Bart. in d. l. prædia. ſecus ſi de neceſſitate ſignificant realem, & effectua lem numerationem. quia tunc procedit opinio contra Bart. & hoc modo concordantur opiniones ſecundū Vero. conſ. 22. 4. col. & ideo dico. quòd iſta uerba, habuit, & recepit, ſi aliud non dicatur de ne ceſſitate, non inferunt realem ſatisfactionē, ſed aptari poſſunt ad fictam per cōfeſ ſionem partium, uidelicet, habuit & recepit ut ipſæ partes cōfeſſę fuerūt. ſed ſi dicatur habuit & recepit in p̃ſentia mei nota rij, uel ſi dicatur dedit & numerauit & no ſtra p̃ſentia, tunc hæc uerba male poſſent aptari ad fictam ſolutionem ſignificatā p cōfeſſionem partium, & ſic notarius incidit in falſum, & ita intelligo q̃ dicta ſunt ſupra. uide Bal. in l. uni. C. de conſe. in 9. & 10. col & in l. ſi ex cautione. C. de non nu. pe. poteſt etiam probari ad excuſationem notarij quòd fuerit demonſtratum marſupium, in quo eſſe uerſimiliter uiderentur dicti ducati centū, & quòd pro tanto pars aduerſa receperit. itē pōt ꝓbari lega litas, bona uita, & fama ipſius notarij poteſt probari bona exiſtimatio ipſorū con trahentium, ita, quòd non poterat uideri uerisimile, ipſos ſe inuicem decepturos taliter uero etiā quòd quilibet credidiſſet ejs cōtrahentibus, tunc enim excuſaretur notarius ei credendo. att. eorum: quæ no. Mar. in ſua praxi. cri. § principiū nu. 8. cū ſeque. & tunc ſubdatur alius articulus, ꝙ partes ipſę unanimiter mandarunt ipſi no tario, quòd ſcribere, ita, quia ita ſe habere ueritas, illis ꝓbatis puto excuſari notariū a falſo, quia qualibet iuſta cauſa excuſatur, pro hoc facit, quia notarius credens ſchedulæ excuſatur ſecundum Alex. in l. ſi quis obrepſerit. ff. de fal.

68 Quòd ſi inſtrm̃ ſit falſum in uno capitulo an ſit idcirco falſum in oībus reperio in hac quæſtione tres opiniones. prima fuit gl. leg. ſi ex falſis. C. de tranſact. diſtinguentis, quòd aut capitula ſunt ſeparata, aut connexa primo caſu non redditur fal ſum in alijs capitulis ſeparatis. 2. caſu ſic ſecunda fuit opi. Bar. Brixien. in quæſtionib. ſuis 138. incip. aliquod inſtrumētum & gloſ. in 9. diſt. c. ſi ad ſcripturas ſacras. ut ibi per Archi. & gloſ. 23. q. 5. ca. quid ergo quòd totum inſtrumētum reddatur ſuſpe ctum per falſitatem vnius capituli. & hāc opinionem tenet Marſ. de Fano. Iacob. de Are. & Galeno & Spec. in ti. de inſt. edi. §. reſtat. uerſ. quid ſi aliquod inſtrumentum & hanc ſequitur Inno. extra de offic. dele ga. cap. cum in iure peritus. & extra. de hæ re. cap. & ęternitatis, ut refert Alb. de Ro ſa. in d. l ſi ex falſis. ubi dicit dictā opinionem deſcriptο iuris rigore eſſe veriorem modo notarius iurauerit, ſe ſuum officiū fideliter exerciturum, cap. ad audientiam extra de præſcrip. ex quo ergo peierauit falſum committendo in vno capitulo, ſuſpectus ēt eſt in alijs capitulis. l. ſi cui. §. iiſdem. ff. de accuſ. c. ſemel. malus. extra. de reg. iuri. tertia fuit opinio. Battho. in d. l. ſi ex falſis. & ante eū Martinus Syl. & Cy. ibidem, ut refert Alberi. de Roſa. ꝙ inſtrumē tum eſt ſuſpectum, & falſum propter uitium notarij, & ratione falſitatis, aut propter alium defectum primo caſu in totū eſt falſum. ſcdo uero caſu aut defectus eſt circa ſubſtantialia, ut circa diem & cōſulem, & vitiatur totum, aut circa ſubſtātiā inſtrī, & tunc proſequere, ut per Bart. ibi & in hac opinione videntur concurrere Alb. Salice. & Anto. & magis communiter ſcribentes, vt refert Iaſ. ibi. & ſequitur. conſulendo Cor. in conſil. 61. in 3. lib. nu. 23. &

23.& Alex.conſil.41.in 4.lib. ſanè tamen eorum dicta intelligenda ſic ſunt, ut procedant, ſi pars non fatetur aliud capitulũ ſed ſimpliciter dicit totũ falſum, ad cuius probationẽ adducit falſitatem unius capituli, nec ex aduerſo probat̃ veritas aliorũ capitulorum; vt uoluit Bald.conſulendo in conſi.228.in 2.lib. incip. in quodã inſtro.& ita intelligitur gl. in l.2. C.de fal. quam ſimpliciter ſequutus fuit Bal.in d.l. ſi ex falſis, prout etiam tenet ibi Iac.in 2. limitatione item procedunt prædicta, qñ falſitas eſt in capitulo ſubſtantiali; ſecus, ſi in alijs.item procedunt prædicta, qñ ſumus in uerè falſo: ſecus, ſi in præſumpto, vel quaſi falſo: puta, in raſura inſtrumẽti, & ita vr̃ tenere Alber, vbi ſupra, & cæteri Doc ſi rectè inſpiciantur. refert & ſequit̃ Iaſ. ubi ſupra vide etiam Corne. in conſ. 149 3.lib.& conſi.163.nu.7.in 4 lib.

69 Quòd ſi notarius dicat oẽs Canonicos interfuiſſe, vel oẽs de collegio, quum eorum vnus abfuerit, an dicatur falſarius? Bal.in l.fi.C.ſi cen. vel teſt. dicit, quòd ſic arg. l. ſi is, qui ducenta. §. utrum de reb. dub.ſed Bald.in l.1. C. cõia de leg. dicit, quòd ſi inſtrum.dicatur, quòd omnes cõſiliarij interfuerunt, & appareat, quòd aliqui non interfuerunt, ſaluabitur inſtrumentum.dicit tamen Bar. quem ſequitur Alex.in l.inter omnes.ff.qui ſatiſda. cog. quòd ſi inſtru.dicatur, quòd talis reformatio proceſſit de uoluntate omnium de collegio, intelligitur omnium ſcilicet p̃ſentium, plura alia exempla & plures ẽt caſus, quibus notarius poteſt falſitate inſtrumenta uide per doct.

70 Videamus modò, quæ nam pęna ſit ſtatuta in regno contra notarium falſum fabricantẽ inſtrum. in quo breuiter, quicqd ſit de iure cõi, in iſto regno eſt pœna vltimi ſupplicij per tex.conſ. Iudices.ſub titulo.de apparitoribus. & ita fuit deciſum in ſacro regio conſ. Neap. ut teſtatur Capi.in deciſ.153.incip. notarius Petrus. & Gram.in deciſ.47.licet Affli.in dicta. con ſti.iudices.intelligat illam conſti. procedere in falſificante acta iudicialia, & non contractus extraiudiciales; & male, vt ex

71 prædictis patet. Quòd ſi orta ſuſpitione falſi contra notariũ appareant teſtes contradicentes inſtru. & fiat inſtantia ut notarius exhibet matricem ſcripturarum, & primã inbreuiaturã; ipſe uerò non velit producere, uel differat, an poſſit torqueri? dicas, quòd ſic ſecundũ Bal. in rubr. C.de fi.inſtr.verſ. quæro dixi ſuperius.& Fran. Dur.in conſ.56.num.38.& Lud. Roma.in conſ.174 in ult.col. ubi dicit, quòd neminem habet contradicentem.

72 FISC. Qua pœna plectatur teſtis deponens falſum contra fiſcum?

IVD. Dicas, ꝙ eſt pœna arbitraria ſecũdum Marſ. in l.1.§ pręterea.nu.6.ff.de ſica.& Alex.in conſ.55.in 7.uel hodie uerò in regno ſimpliciter eſt in pęna mortis vt cauetur in nouella prag. quam edidit Dux de Alba, tunc prorex regni. Item eſt

73 aduertendum, ꝙ qui qui, quum credit ei dicere ueritatẽ, dicit falſum, non eſt periurus, & falſarius, ſecundum Bal. in l.2.§. quod obſeruari.in 3.no.C.de iura calu.& ſequit̃ Pet.de Anch.in c.2.de iur. cal.in 6. quos refert & ſequitur Fel. in c.1. circa fi. de lit.cont.in 6. & Marſ. in conſ.77.& in d.l.1.§ præterea.nu.13.& Fel.in c. ſi autẽ. de reſcr.2.col.& procedunt prædicta etiã in teſte dicente falſum, quũ credat eſſe verum, ut plenè per Marſ.in rub.ff ad l.Cor. de fal.nu.3. FIS. Vtrũ teſtis qui unũ depoſuit extra iudiciũ, & contrariũ in iudicio, dicatur falſarius & puniatur de falſo?

74 IVD. Dicas, quòd ſic, ut dicit Tinda. in tract.de teſti.uarianti.c.11. ubi dicit id ab alijs non fuiſſe tractatum. INQ. pro certo, hæc deciſio dura admodum mihi uidetur, nam habemus, quòd ſtãdum eſt teſtimonio ſolenni & non inſolenni. & ſic facto in iudicio, & teſtimonium extra iudicium nõ attendit̃, ut latè cumulat Crau. in conſ.6.nu.6.45.& 46. Itẽ idem Tind. allega.in eo.tract. in 8.c. firmat non puniri teſtem de falſo, qui primò dixit ſe neſcire, & demũ dicat ſe ſcire. ergò ex illo dicto clara redditur dubitatio. & in particulari contrariũ multis auctoritatibus & iurib. firmauit. idẽ Tindar. in d.trac.in ſecũ do lib.in c.1.de geneta diuiſio.re.uar.

IVD. profectò hæc videtur veritas; & ſapientis eſt mutare conſilium de bono in melius, & voluit idem Boer.in deciſio. 108.prima parte & Imol. in c. cũ cauſam de reſtit.& Anto.de Butr.ibi & hoc etiam procedit ſi primum dictum extra iudiciũ

fuerit ſimiliter cum iuramento. ſecundũ Bal.in l. data opera.C.qui accuſ.non poſſ. & eundem Tinda.in eo.tract.2.lib.c.4.

75 Eſt tamen bene uetum quòd dictum teſtis extrà iudicium habet vim confeſſionis contra teſtem, quòd ſciat, vel ignoret veritatem, de qua poſtea in iudicio deponit, & ex illa confeſſione pôt contra eùm procedi. vt dixi in uerbo capiat informationem, & tenet Tindar.in trac de teſtib. uariau.in ſecundo lib c.7. vide eũ.& tunc attendendæ ſunt veriſimilitudines. vide eundem Tinda.in d.lib.c.13.

IN Q. Magna equidem fuit, in materia falſitatis, controuerſia, nuper in regia audientia principatus citra, circa querelã falſi, quam expoſuit magnificus nobilis Matheus Raſcica, contra magnif. Iulianũ Barbaritum uirũ undiq; morigeratũ & approbatũ, cùm rei uendicationẽ intẽtaſſet idem Iulianus contra dictũ Mattheum pro quibuſdam terris, dixiſſetque de ſimulatione contractus, & ipſe Mattheus prætẽdiſſet, quòd in ſcheda notarij, Ioannis Caroli Bordæ, in contractu uenditionis dictarum terrarũ ineſſent quędã caſſaturæ, & prætẽdiſſet illas factas fuiſſe ab d. Iuliano, ut in eã facilius obtineret in qua eã ſcio te multum fatigaſſe, & tandem obtinuiſſe uictoriam cauſæ. & liberationem d.Iuliani. Placeat igitur tibi domine Iudex enarrare nobis quid in eã allegaſti? IVDEX. Pulchra equidem fuit diſcrepatio illa, & ideò per ordinem deſcribam uobis allegationes quas in dicta cauſa feci, ne ſuperfluo labore grauer, ſuntq; hæ videlicet.

Spiritus ſancti gratia, adſit.

In cauſa nobilis Iuliani Barbariti, cum ſimus in materia falſitatis, ni eſſet coram peritiſſimis viris, & ipſe undiq; rectæ opinionis, & famæ non ita libenter ſcribẽdi onus ſuſcepiſſem. Agitur enim de eã, in qua cõiecturæ ſufficiũt, ſed his enim optimè fretus, paucis, quid in ea ſentiam, abſoluam: contractũ uenditionis inter quõdam nobilem Michaelem de Maſſa, & ipſum Iulianum eeſſum poſtea, (vt aiunt) magnifico Mattheo Raſcicæ ſimulatũ Iulianus dixit, & lata pro ſe ſententia in prima inſtantia dictum contractum in ſecũda, in pleriſq; partibus uitiatum in matrice, & protocollo Matthæus ipſe dixit idq́ue nõ ab alio, quàm ipſo Iuliano, factũ, eo principali coniectu (qui ut rhetores aiũt collatio dr̃) non ſub dubio, ſed ꝑ cert to prætendit. Vitiũ enim in ea parte contractus, præcipuè prætenditur, ubi de receptione pretij agebatur, ut receptio ipſa nõ appareret. Id enim alijs nemini, q̃ ipſi Iuliano bono fuiſſe demonſtrare contendit, aut alium neminem potuiſſe perficere niſi ipſum. Duo enim in hac conſultatione ſunt uidenda, primũ num collatio rectè procedat; ſecundũ an alio coniectu debilitet, uel tollatur potius, & quid ꝑſus ſentiẽdũ. Circa primũ, occulatim demonſtratur vitiũ, & caſſatur a contractus, id quod non obiter, ſed temerè, teſtibus cõiectatur. Rurſus protocollũ cõtractus pœnes Iulianum fuiſſe aliàs affirmatur, ſicq; cõmmoditatem habuiſſe uitiandi. Item ante vitiũ, non ſimulationẽ contractus, ſed læſionẽ, arguere conabat Iulianus ſed facto uitio, illicò ad ſimulationẽ cõuolauit. Sed ſubſtinẽdo defenſoris partes, dico quòd etſi uitium in protocollo appareat. negat nemini alij bono fuiſſe, imò, cum accuſatoris partes ſubſtinentis intererat id probare, ab eo probãdũ erat; & nedum nõ probatum apparet, ſed ex facie contractus, alijſq; quoq; bono fuiſſe, conſtat. Nõ enim ſolus Iulianus vẽdidit, ſed alij fratres ſecum. ſicq; ceſſat collatio ſecundum Cic.1.2. ad Herennium, & ad propoſitum, ꝙ potius præſumendum ſit alium feciſſe, quam quòd inquiſitum; tenuit Crau.in cõſ.315. in fi. id enim eſt de ſubſtãtia huius cõiecturæ, quæ collatio dr̃, & ſic meritò eo ceſſante, uel nõ ue rè & plenè probato, ut ceſſat, neceſſe eſt. Cicero in loco allegato, & lib.2. de Inuent. c.2.& ponit poſt eum Franc.Caſon in ſua criminali praxi, tract.2.c.3.& c.4.num.5. Hac enim defenſione vſus eſt Cicer. pro Murena in familiam Ancharianam, & ꝓ Scauro, circa mortem Beſtaris in matrem

76 auertens crimen & cum omnium delictorum quærenda ſit cauſa, cur ad ea quis impulſione, vel ratiocinatione deuenerit. l.qui cum vno. in fi. ff. de re milit.& ꝑ Cicer.lib.2. de Inuent. tit.2. de conſtitutione

tione coniecturali Huius bonitatis cauſā quęramus,& ut uidere licet. Accuſator uanā demōſtiare cōtendit, uidelicet,ut intētando ſimulationē contractus, facilius uictoriā reportaret. quod eo demonſtrat, nam ante uitiū, & caſſaturam contractus, læſionem poſt uitium,ſimulationē,arguere conatus eſt. Sed pro Deo, dicat mihi quid nam utilitatis aut fomenti apportat, non receptio pretij ad ſubſtantiā ſimulationis? Nam aliàs intentari nequeat,ſi prętiū ſit receptum? Certè nullibi ſenſi nec uidi: Rurſus inſpiciatur tota ſeries, & tela actionis intentatæ per Iulianum,& uideamus ſi an nō receptiōe pretij,fiat aliquod fundamentum. Quod ſi ad ſubſtātiā ſimulationis non confeiat cauſa caſſaturę, nec in aliqua unquam facta ſit uis;ſequitur figuratam hanc cauſam,inanem,uagam, & nullius pretij eſſe. Et ſi dicit. nihil tamen refert,non fuiſſe, aut non eſſe aliquid cōmodi,aut incōmodi,dūmodo oſtēdi poſ-
77 ſit ei uiſum eſſe,q arguitur. † iudex enim animaduertit quo animo quid quiſque faciat,non quo euentu utatur, l. 1. §. ſi quis inſtrumēta.C.de lati. liberta. tollēda. Dico minus oſtendi, ei uiſum eſſe. Quod ſi
78 oſtēdatur.† quia cauſæ nō indicāt,niſi eū initio perſonę iungantur, nec in omnibus perſonis ualeant, ſecundum Cicero. 2. de Inuent.o.2.& per Fran.Caſon.in praxi crimin. tractatu.1.c.6.& ſentit Bar ī l.dominus horteorū.ff.de locat.& Brun.in tract. de indi.& tortur.in 3 q. ptine. Sitque ipſe Iulianus undique uir bonæ opinionis,approbatæ uitæ,conditionis,& famæ, de eo nil mali coniectandum erit.ita propriè in terminis falſitatis arguit Bald.in l.2.C.de fal.in l.quoties §. ſed ſi non in corpore.ff.
79 de hęred inſtit.† ex probatione enim bonæ famæ tollitur præſumptio delicti, pro quo plura citat Cra in conſ.65. numc. 12. Et cum collatio rectè non procedat. niſi oſtendatur facultas, & cōmoditas faciēdi ut in ſupra citatis locis per Cicero. illam accuſator monſtrare quærit, probādo protocollū alias fuiſſe ad manus Iuliani. Dico defenſoris parte ſubſtinens; quod ex probatis clare patet.nullam adfuiſſe facultatem & cōmoditatem, imò pœnitus defuiſſe. Nā licet protocollum aliàs ad manus dicti Iuliani fuerit, non tamē fuit tēpore, aut loco aptis ad alia perpetranda. Fuit enim in loco publico,& ubi quotidie gentes conuerſantur, & tempore; quo ibi erat cōuerſator protocolli,& ad quem cōmodū, & incōmodum ſpectabat, & alter ſcriptor ſecum. Nō eſt præſumendum, in loco tā publico,& coram eo, qui fideliter protocollum cōſeruare tenebatur,uoluiſſe eam,quæ arguit falſitatē, committere.
80 † Cogitare enim debebat, quod in tanta multitudine, occulta falſitas eſſe non potuiſſet,l.haec conſultiſſi ma.C. qui teſta. fa. poſſ. in fin locus enim ſatis in conſidaratione habetur,e.cum ad ſedē de reſti. ſpolia.ex opportunitate,qua reus habuiſſe uidetur. nam opportunitas,quæritur ex magnitudine,interuallo,longinquitate,propinquitate, ſolitudine, celebritate, & demum natura ipſius loci opportuni,ſiue aduerſi. hiſce quæ arguūtur ut pulchrè enarrat Franc.Caſon.in ſua praxi, tracta. 4.de indi. pręme. Itē temporis ſpatium itá cōſideratur, ſatiſne longum fuerit ad eā rē trāſigendā, & potuerint nè reus ſcire ſatis ad id perficiēdum ſpatij futurum. ſæpe.n. oportet cōmittere cum tempore negotiū & uidere, potuerit nè aut magnitudo negotij,aut multitudo rerū,in eo tēpore trāſigi. Nam parui refert ſatis ſpatij fuiſſe ad id,ante ſciri,& ratione præuideri nequiuerit ſecundum Cicero, l.2.ad Herēnium, & colligitur ex ijs, quæ notantur per gl. & Doctor.in l.ſi ut allegas C.de ſicar. notatque Fran. Caſon. in loco ſæpius citato Tracta. 4.de indi.præm.c.3 Cum ergo ea, quæ arguitur falſitas, non niſi longo intericcto tēpore committi poterat, magna vc eommod tate,adſtipulante,ut iam probatum apparet.& patet ad ſenſum, ſequitur de fuiſſe facultatē, inſtat accuſator, quòd facultas nō defecit, poſtquam conſtat circunſtantes nō ſemper ad ea,quæ Iulianus ipſe faciebat,attētos fuiſſe,ſed modò huc modo illuc, & ad plura negotia intendebant, ſaltem enim eo ſpatio quo alibi uacabant,poterat uitium falſitatis perficere. Huic enim obiectioni ex prædictis ineſt reſponſio, nam licet aliquod ſpatium adfuiſſet non tamen Iulianus poterat certè ſcire,& rectè præuidere ſpatium illud ſufficere, ad rem illam perficiendam. quem circunſtantes ne uidiſſent. imò qualibet ſagax,

gax, & recti iudicij (ut probatum conſtat) conſideraſſet eam rem nō poſſe perficere ſine eo quod illi non uidiſſent. Sicque de fuiſſe facultatem probe dicemus. Tum maximè quòd non modica intercapedine res expediri poterat, ut teſtes aſtruūt. Iterum accuſator inſtat, dicēs quod ſi non ea uice, facultas adfuit, nō tamen alijs uicibus defuit, poſtquam ad manus Iulianus plur es protocollum habuit, ut unico teſte conſtat. ſed huic dupliciter reſpondeo.
81 † primo quòd non niſi duobus teſtibus ꝓbatur cōiectura. no. in l. fi. C. fam. herciſ. & expreſſe Bal. & Saly in l. quamuis. C. de impu. & al. ſubſt. inſuper teſtis, q obiectū indicat infamis iuris, & facti probat, rurſus uidetur, aſtruete Mattheus Ange. Bordæ, cui magis ſtādum, cum ipſe rationem reddere teneretur, de illa ceſſatura, & maximum damnum potuiſſet ei afferre. Alio præterea coniectu, collectio, ſeu (ut legiſtarum more loquar) cōiectura abſumpta, ceſſat. Nam nedum non conſtat alijs defuiſſe facultatem, cā caſſaturam faciendi. immo conſtat optimè adfuiſſe. poſtquam protocollum ad plures manus peruenerit & ſi dicerent adfuiſſe facultatem, nō ta-
82 men utilitatem; reſpondeo non tantum ex utilitate cauſa ſumitur faciendi aliquid, imò ſecundum Ariſtotel. li. 1. de art. Rhet. c. 27. ex ſeptem ſumitur, ſed ſecundum alios poſt eum, ex quinque, ex ira, uidelicet, odio, metu, ſpe, & cupiditate. ſtat pro poſſibili, q aliqui ex odio, magnifici Matthei Raſciæ, uel ex ira id feciſſet, uel ſaltem potuerint facere, uel alij creditores Iuliani, ex cupiditate. Quùm ergo poſſibile eſt, id euenire potuiſſe, ſequi-
83 tur mancam eſſe coniecturam. † Non. n. probat hoc eſſe, quod ab hoc cōtingit abeſſe; l. nō hoc. unde cogna & in c. præſentia de probat. ex ijs enim à primo abſoluti, ad ſecundū tranſeamus. & præſupponēdo
84 † quòd una coniectura aliam tollat, ſecūdum Bar. in fi. C fam. herciſ. in primis adduco optimam famam & uitam ipſius Iuliani, quā ſuſpectus ponderaui ex qua ceſſat oīs mala præſūptio, ut dixi ſuprà. Item ex depoſitiōe. notarij Antonij, ad cuius manus pluries, & quaſi ſēper erat ꝓtocol. apparet qd ſēper in eo inerāt illæ caſſaturæ, & quod nūquā uidit illud abſq; eis. Sicq; ceſſat cōiectura, q illas feciſſet Iulianus tertio liqdè cōſtat. eūdē magnificū Iulianū tempore quo prætenditur feciſſe illas caſſaturas, in pſentia Matthei Angeli Bordæ conſeruatoris, repperiſſe dictas caſſaturas, & dixiſſe, qūo illæ ibi ineſsēt, ex hoc enim duplex cōiectura ſumitur; prima q cū eo tēpore ibi fuerint repertæ caſſaturæ ceſſat coniectus, quod ipſe fecerit. ſecūda ſumitur coniectura, quòd ipſe uerè nō fecerit, nam ſi ipſe feciſſet, utiq; non demōſtraſſet, ſed occultaſſet potius. Quia quū eſſet caſſatura de recēti, ſatis, qui nō clauſis oculis eſſet, animaduertere potuiſſet illā cū feciſſe. Et ſi diceretur, id ex quadā occaſione feciſſe, ut ſic ipſe nō eſſet in ſuſpitione, & infuturū potuiſſe probare, quòd ipſe Iulianus animaduertiſſet dictam caſſaturā; dico qd ſi. hac de cauſa motus fuiſſet Iulianus, non eo tempore, & inſtanti, quo facinus potuiſſet, de facili apparere, ſed aliam occaſionem cæpiſſet, ad eius intentū explicandum, quæ melior, & cōmodior fuiſſet. ut puta ſimulare altera die, uelle videre ꝓtocollū, & quoties occaſio quæritur idonea, ne ſatis fuerit ad rem adoriēdā, an alia melior, quæ aut præterita ſit, aut expectata. quæri debet. ſecundum Cic. lib. 11. ad Heren. c. 1. in uerbo occaſio. Quarto ſi uerū eſſet, quòd eo tēpore, quo Iulianus habuit protocollum ad manus, in præſentia Matthei Angeli Bordæ, & Franciſci Pironti, feciſſet illā caſſaturā, adeo intinctam, præſumēdum eſſet, quòd ea facta, ne circunſtantes inimaduerterēt clauſiſſet librum. & cum non ſupereſſet tēpus, quo illa tinctura deſiccaſſet, ex altera facie quaterni apparerēt ſigna illius tincturæ. & ſic argueretur, quod furtiuè illa facta eſſet. Nam in cōſequenti tempore, ſpectatur num re tranſacta, quid relicti ſit. quo indicet aut factum eſſe maleficium, aut, à quo factum, ſecundum Cicero. lib. 11. ad Herē. c. 1. & ſequuntur noſtrates, ut Blan. in l. fi. de q. nu. 417. & alij plures. Quum ergo, hæc ſigna, nō appareant, imò cōſtat nedum non clauſiſſe librum, ſed ultra perquirēdo. repperiens caſſaturam, demōſtraſſe circunſtantib. ſequitur, quod omni mala coniectura eſſet. Quinto prætenditur, (ut dixi) caſſaturam eſſe in ea parte cōtractus, ubi de receptione pretij agebatur

pręndens accuſator ibidē contineri totā receptionem pretij, ſed qđ id eſſe nequeat oſtenditur, nā produc ť per accuſatorem quoddā mandatum, factum ipſi magnifico Iuliano, & fratri, ꝙ deberent recipere complementum pretij terrarum venditarū, & ipſi accuſatori fierent bonę infraſcriptæ partitæ, ut in articulis eius cōtinetur, uidelicet ducatorum centū triginta ſolutorum ꝑ ipſum, nobili quondā Michael de Maſſa, prout conſtat per ceſſionem ducatorum ſeptuaginta duorum, pro vnciis duodecim pro reditu, ad rōnem tarenorū duodecim, quolibet anno. domini Ioānis Frācisci Dalmatij, ducatorum duodecim pro vntijs duab. pro reditu Sācti Ioannis tarenorū duorum quolibet anno, ducatorum decem pro tantundem ſibi competētium, pro ducatis centum ſolutis ꝑ dictū Michaelem ipſi Iuliano & fratribus, pro vltimis duobus annis, ad rōnem ducatorū quinq; pro anno, & ducatorū centū ſeſeptuaginta quinq; tarenorū duorum, & granorū decē de ſolutione furni, quę ſolutio fuit facta. de menſe Iunnij in anno. 1538. q partitæ capiunt, ſummā ducatorū trecentum nonagintanouem, tarenorum duorum, & granorum decem. Taliter ꝙ pro complemento ducatorum quadringētum non ſupereant, niſi Carleni quinque. demum apparet quædā apocha pñtata per eum facta per quondam Ioannē Laurentium in 24. menſis Iulij. 1538. ubi aſſeritur recepiſſe Carlenos uiginti quinq, ad computum uenditionis terrarū, & ſic ſoluiſſe Carlenos viginti vltra ducatos quadricentum. Item in primis articulis aſſerit, ſe ſoluiſſe dictos ducatos quatricentū ipſi Iuliano, & fatri, in ſcđis articulis declarat, & articulat ſolutionē videlicet ſoluiſſe mag. Michaeli ducatos centū triginta pro pretio furni, ducatos centū ſeptuaginta quinq; tarenos duos, & grana decē, & incontantis per apochas ducatos nonaginta quatuor, terenos, duos & grana decē in ultimis uero articulis declarat ſoluiſſe ducatos centū triginta quōdā Michaeli ducatos ſeptuaginta duos, pro redditu D. Ioannis Fran. ducatos duodecim ꝑ redditu Sācti Ioānis, ducatos decē ꝑ vſufructu ducatorū centum, ducatos centū ſeptuaginta quinq; tarenos duos, & grana decē ꝑ furno, & ducatos duos tarenos duos, & grana decē pro apocha quondā Ioannis Laurentij, & ſic tam uarie, ꝙ in quo firmet pedes, ignorat. Ex ijs. n. omnibus ſatis arguitur, ſolutionem non factam, & eā partem caſſatam, ea non contineri. Prædictis ad ſtipulatur id qđ plene probať ꝑ ipſum Iulianum in 4t. articulo, per quinq; teſtes uidelicet, ꝙ ipſe Mattheus confeſſus extitit pluries, qualiter tenebatur eidē Iuliano in vna bona ſumma pecuniarum, & quòd ſatis mirabatur, cur illam non peteret; ſed audiuerat, ꝙ intendebat ei mouere litem, attamen ſi ei reſtitueret id, quod ſoluit, retrocederet dictas terras, ex quo oſtenditur ſolutionem non factam, & per conſequens, non poſſe illam partem caſſatam ſolutionem contineri Accedat his, ꝙ ſi uera eſſet ſolutio ī iſtis diuerſis partitis ut in articulis ſuis, illa pars ceſſata, nō eſſet apta ad eam compræhendēdū. & eſſet pręſumendum quòd ſicut tam uarie eſſet facta, ita ēt particulariter eſſet deſcripta, & annotata & maximè ī partita ducatorum cētum ſeptuaginta quinq;, tarenorum duorum, & granorum decē receptorū pro ſolutione furni, eodē die, quo fuit facta ceſſio, fuiſſet dictum eſſe illos hodie receptos ꝑ ſolutione furni. Prout ita videmus cōiter fieri hodie. Sexto illa caſſatura
85 eſt facta in eo contractu, qui eſt ſine die
† & ſic deficit ī ſubſtantialib. quo caſu cō
tractus eſt nullus gloſ. in l. generali. C. de
tab. lib. 10. & in auth. ut præpo. no. imper.
& p Bar. in proe. digeſtorum, & ibi Alexā.
86 † & nulla & inualida non habentur, in
cōſideratione. Bal. in l. fi. §. in compu. vlt.
colum. & de iur. deliber. Bar. in l. 1. §. & par
ui. 1. col. in ſi. uer. ſed quid. ff. quod vi, aut
clam. Et ſic nullum cōmodum, aut incō-
modū, poterat reportare illa pars caſſata
quo caſu ceſſat inquiſitio falſitatis & pę
na ita Oldra. conſ. 192. thema tale eſt. & de
hoc eſt tex. in l. cū hi. §. modus. ff. de tran-
87 ſa. † Septimo ut non cōmittať falſitas ni
mia ſubtilitas adhibeť. l. fi. & ibi Bal. C de
fid. & ſemper interpretatur, ut actus non
contineat falſitatem. ſecundum Bal. in l. j.
C. de ſac. ſan. eccle. & in l. errore. C. de te-
ſta. Vnde nō erit extraneum dicere illam
caſſaturam proceſſiſſe errore notari, po-
tius quàm dolo partis, nam quòd ſoleant

notarij

de in integ. reſti Secũdo reſpõdetur, quòd decla. atio illa pretij, de qua illa partita, non arguit concludenter ita ſcilicet ut eẽ fuiſſe taſſatum pretiũ, ſtat enim ꝑ poſſibili, quod unum fuiſſet uenditum, pro ducatis quatuor, pro qualibet uegere, & tamẽ inter Aquilãtem. & dominũ uini actũ eſſet ut ſibi ſoluerẽtur eatleni triginta ſex tantum, & illud plus cederet lucro ipſius Aquilantis ꝑ fatig. js, & laborib Præterea & tertio quia do concludent s & quod quis clare apparet p obitum plus fuiſſe pecuniam per dictum Aquilantem, adhuc non eſſet falſitas, ſed eſſemus in terminis pœnæ pluris petitionis, & ſic in termin s § tripli. & § ſiquis agens. de actio. licet ter ueritate, in caſu de quo agit, ex his, quæ hodie ex actis cõſtant, nec in falſitate, nec in ſtellionatu, nec ẽt in pluris petitiõe ſcimus adeo quòd cõcludendum puto dictũ Aquilantem non eſſe moleſtandũm maxime ſtante renunciatione uſus. Nec obſtat quòd fuerit renuntiatum, dicto teſtium in uno articulo, quia nõ ex hoc negatur poſſe uti dicto eorundem teſtium in alijs articulus. Ita Bal. in c. cum delictus de conſuetu maxime quia tractatur de ipſo producẽte. & nõ de teſtib. & ita ꝓcedit dictũ Oldr. in cõſ. 37. & ita iuris eſſe concludo. Ego. Pet. Folle. Salerni. die 2. Aprilis. 1562.

Petrus Follerius qui ſupra Rurſus in alia cauſa, conſului. ut infra.

Chriſtus adſit.

Præſuppoſito themate, ſatis ingenioſè, & docte, enarrato, atque propoſito, illud præcẽteris aduertẽdum duxi; quod teſtis, qui prætẽditur corruptus, habet inſtrumẽtum pro ſuo dicto; quod non negatur; rurſus plures alij teſtes, tum in cauſa ciuili, tũ etiam in cauſa querelç, coadiuuãt ueritatem contentorum in inſtrumento. ſicque non falſum, ſed potius uerum apparet dictum, & ex conſequenti ſuggeſtum. Non enim dicitur falſum, quod primordio ueritatis coaiuuatur, l. cum filijs § hæredes. ff. de lega. 2 ex quo text. Crauet. à Saulia. doctor clari defendit quendã a pœna falſi. in conſ. 46 Hinc dicebat. Afflict. in conſt. qui falſitatem quod inſtruens teſtes ad deponendum falſum teneatur pœna falſi;

Nihilominus ſi teſtis corruptus nõ falſũ ſed uerum d xerit, teſtimonio corrumpes non ordinaria, ſed extraordinaria pœna plectendus erit, per allegata per eum ibi. Hæc uolui præfari, ut uideatur nos non eſſe in rigoroſitate falſitatis Sed quòd nulla pœna inquiſiti plecti debeant, nulla corruptio prætendi contra eos ualeat, plura adduci poſſunt; & primo, ut dixi inquiſiti de uenditione terræ, clarum inſtrumẽtum habebãt, quod qu dem probatio probat [illegible] teſtes cõſdẽ deponentes, ſic ſuccedit d ſpoſitio text. in l. hac conſult ſi [illegible] ſi. C. qui teſta. facere po. & quę ib. ſcrib t Bal & Iaſ. in l. licet imperator, col. 3. ff. de leg. pri. & Cra. conſ. 6. num. 13. † quod ceſſat falſitatis

91 ſuſpicio, ex multitud ne teſt um deponentium prõ ueritate eius, quod prætenditur falſum. Secundo ceſſat p æſumptio falſitatis, ex qualitate, & bona fama inquiſitorum, quæ bona fama præſumi deb at pro eis, non contra eos. ita in terminis falſitatis, notat Bal. ĩ l. 2. C. de falsa l. quoties. § ſed ſi nõ in corpore ff. de hære. inſtit. & in l. ea quidem. C. qui accu. nõ po co. pe. & dicit idem Bal. in l. 1 C loca. quod præſumptio delicti, tollitur ex probatione bonæ famæ, pro quo plura citãt Crauet. in cõſ. 65. nu. 12. Tertio ceſſat præſumptio falſitatis quia longo tẽpore inquiſiti reſpectu eius quod deponit ille teſtis corruptus, & pro quo extat inſtrumentum, ſteterunt in poſſeſſione terrarum, quas deponit teſtis ille uenditas fuiſſe & ſic ceſſat falſitatis ſuſpitio. ut ſcribit Bal. in conſ. 57. quidam tabellio. l. b. primo, & in conſ. 401. in fi. quę ritur an per ſolam diffamationem li. 6. idẽ Crauet. d. conſ 65 nu. 11. Quarto ceſſat pręſumptio falſitatis, qu a poteſt aſſignari cauſa, qua potuiſſent moueri inquiſiti iſti ad corrumpendum illum teſtẽ, ad falſum deponẽdum: poſtquam ueritatem, &, probationem probatam habebant, ex inſtrumẽto, & alijs teſt bus. & ubi nulla aſſignari poterit cauſa, ceſſat pręſumptio delicti & falſitatis, ita Cor. cõſ. 217. col. fi. l. b. 4. & in conſi. 63. col. 3. circa fi uerſi. & ex quo actum fuit. lib. 3. & in particulari in crimine falſi. ſatis ad propoſitũ fundat Crauet. in cõſ. 65. nu. 13. ubi enim cauſa aſſignari non poterat, ceſſat dolus, ita Abba. in cõſ. 69.

69. column. 11. lib. 2. Soc. in conſilio 277. col. prima. uer. & ſuper hac ueritate. Non eſt uerisimile, quod habeutes intentionē eorum, ex inſtrumento; alijsve teſtibus, 94 uoluiſſent teſtem illum corrumpere. † & ſic ceſſant & fieri nō poſſunt præſumptiones de non uerisimilibus ſecundū Bal. in l. fi. in ult. no. C. de hære. inſtituen. & in ca. 1. § ſi qua de feu. guar. Idem Bal. in l. ſiue poſſidet s. ad fi. C. de proba. tradit Socyn. conſ. 61. col. 4 uer ſi & ſic magis eſt uerisimile, lib. 2. Cor. in conſil. 156 col. fi. circa me. li. 5 Quinto ceſſat præſumptio falſitatis, ſiue dicamus quòd nullum, ſiue quòd modicum cōmodum reportabat inquiſiti ex illo dicto teſtis prætenſi corrupti. Vt dicit Oldr. conſ. 162. thema tale eſt, & probat tex. in l. cum hi §. modus. ff. de tranſa. & eſt ratio quia pro modico nō ſubeſt cauſa uerisimilis, ut hi uoluerint falſum committere, quo caſu ceſſat præſumptio falſi, & in particulari firmat Marſi. in conſilio 77 & Alexander in conſilio decimoquinto. Sexto ceſſat præſumptio falſitatis, quia non eſt uerisimile, quod inquiſiti, quæſiuiſſent tam publice, & coram Franciſco teſte, producto, & corā filia Romani & coram alijs corrumpere teſtem illū: cogitare enim de facili poterant, quòd in tāta multitudine. occulta falſitas eſſe non poſſet. l. hæc cōſultiſſima. C. qui teſta. fac. po. in fi. coadiuuātur oēs iſtæ præſumptiones, ex confeſſione extraiudiciali teſtis corrupti cōfidentis de ueritate ſuæ depoſi95 tionis, & de nō corruptione. † Cui depoſitioni coadiuuatæ, ex dictis pſumptionib. potius ſtandum, q̄ depoſitioni factæ in tormentis, ita Soccyn. in conſi. 253. l. b. 11. Decius in conſ. 175. colum. pen. uerſ. & reſponderi poteſt, & in cōſ 189. col. 5 ad fi. uerſ. non obſtat ſecūdum dictum. Non obſtat quatenus romanus teſtis corruptus, in tortura, dicat, ſe corruptū ab illis inquiſitis. Nec obſtat dictum Bal. in c. 1. ſi de inueſt. lis oria. inter do. & uaſallos. quòd hoc caſu ſtatur eius dicto, & quo ad plenā probat omnino. Tum quia eius dictum intelligitur, quando non conſentijſſet, ſed tantummodo fuiſſet tentatus, ita Bal. in conſ. 439. in 3. lib. Tū etiam quia contra eum adeſt cōfeſſio extraiudicialis contraria dicto ſuo, in tormētis facto; quo caſu potius credendum eſt extraiuditiali depoſitioni (ut dixi ſupra) & in particulari Aret conſ. 23 col. 11. Tū etiā quia contra eius dictū plures præſumptiones, ſupra allegatæ cōcurrūt. Nō obſtat dictum Franciſci Cancari; tum quia non repetitus, cum ēt quia uarius a depoſitione Romani, nam deponit corruptionē, & ſuggeſtionem factā i domo Romani. Accedat utilitas perſonæ, de qua in themate, & cōſuetudo deierandi. Ex qbus omnibus proculdubio nulla fides eidē ad96 hibēda erit. † Nec in hoc obſtaret, quòd ſumus in criminib. quæ occulte cōmittūtur, & ſic etiam per teſtes inhabiles id probari poſſit l. conſenſu. C. de repu. c. uenies el. 2. in fi. de teſti. & c. tertio loco. de proba. quia dico, quod ſi ſola utilitas cōcurreret, non ei obſtaret, ſed cōcurrente cōſuetudine deierandi, ſingularitate, & nō repetitione facta, ex omnibus ſaltem ſimul iūctis, nulla fides ei adhibenda erit: licet enim diſpēſetur circa inhabilitatē perſonę, non & ſi diſpēſatur, circa inhabilitatē dictorū itē diſpēſatur, cū teſtib. in quibus ſit aliqua inhabilitas, non tamē cenſetur diſpēſatum quando cōcurrūt plures defectus; ut ad propoſitum arguit Crauæ. in conſil. 6. nu 58. in crimine læſæ maieſtatis. Minimè obſtat dictū Menechæ. tum quia contrarium eius quod ipſa dicit depoſuit Romanus. ut in themate, tum etiam quia extraiudicialiter confeſſa fuit ſe falſum depoſuiſſe, cōtra inquiſitos, & licet ſtādū ſit dicto ſolēni facto in iudicio, potius q̄ cōtrario facta extra iudicium, tamen ex tali dicto iuditiali, iudex non pōt, neq; debet ſeu fundare ad condempnādū, ſeu torquendum, quia multū diminuitur de eius fide, ſecundum Alex. in conſ. 124. col 2. lib. 6. & conſ. 127. col. 2. l. b. 7. imò talis teſtis, tanquā ſuſpectus torqueri poterit. Bal. i cōſ. 171. l. b. 5. & licet Bal. loquatur ſub dubio. hoc elate firmat Alex. conſil. 151. lib. 6. & conſ. 63. lib. 1. & conſ. 237. col. 2. lib. 6. concurrunt uilitas perſonæ, paupertas, & corruptibilitas. Ex teſtib. enim de fama publica, nullum indicium ſumi poterit, tū quia nō formiter, & concurrentibus requiſitis, tum etiā quia inimici capitales, a quibus nulla fama probatur. gl. in l. cum quidam. §. quod dicitur. ff. de acq. hære. & ibi Bar. & in l. de minore. §. tormēta. ff. de queſtio.

Nec obſtat, quòd in crimine falſi, ſuſpicio habetur pro ueritate, per ea, quæ habẽtur in gl. & doct. in c. memoriam. 19. diſt. nam illud procedit in cauſa falſi, ciuiliter in-
97 tentata non criminaliter, † imò in cauſa falſi criminaliter intentata, requiruntur liquidiſſimæ probationes, ita Fulg. conſi. 174. ſuper eo quod quæritur. & ſequitur Decius conſilio. 175 in cauſa falſitatis, vol. primo. & 179 & nouiſſime Gram. cõſil. 30. quod conſilium ad multa allegata ſuperius ſatis confert. Item Affl. in conſt. qui literas de fal. tenuit prædicta procedere, quo ad capturam tñ, non quoad alia. Ex his enim cõcludendum uidetur inquiſito eſſe in caſu abſolutionis, & ita cõcludo Plura alia dixiſſem, ſed importunitate nũntij non potui. Cætera ſuppleat Excellentiſſimus do. Marinus Freccia, ad quem uti oraculum uerum, legum, cauſa conſultanda tranſmittitur, cui ex corde me commendo. Salerni die 24 Ianuarij. 1560. Petrus Follerius. Marinus Freccia.

ITEM QVOD FVIT CAPTVS in flagranti crimine. Rubrica.

SVMMARIVM

1 *Captus in flagranti crimine debet damnari ex abruptio.*

2 *Defenſio non eſt danda capto in flaganti crimine.*

3 *Ordo iuris non eſt ſeruandus in capto in flagranti crimine.*

4 *Appellatio non admittitur in flagranti crimine.*

5 *Capi a quocunque poteſt repertus in flagranti crimine.*

6 *Clericus flagranti repertus poteſt per laicum capi, ut portetur ad eccleſiaſticum.*

7 *Teſtes idonei ſunt illi qui capiunt aliquem in flagranti contra eum.*

8 *Copia repertorum non datur capto in flagranti.*

9 *Captus in flagranti quis dicatur numero. 10. & 11.*

12 *Ordo procedendi contra captum in flagranti crimine.*

FISCVS.

1 VLTRA prædicta ꝑtenditur hunc. Inquiſitum in nonnullis criminibus & delictis fuiſſe captum in flagranti crimine, quo caſu debet procedi ad condemnationem abſque proceſſu, & ex abrupto. ſecundum Marſil. in l. vnius. §. cogniturum. ff. de quæſtio. in penul. colum. & Alex. in conſ. 275. viſo themate, prim. col. 2. l. b & Ang. in l. i. male. in uerbo, che me hai adulterata la mia donna: & Marſ. in l. vnica. 22. col. C. de rap. vir. & in indiuiduo decidit conſti. regni inci. iuſtitiarij non per Calendas. ut ibi per Afflict. in 4.
2 not. † Et intantum hoc procedit, ut nec ſit ipſi danda aliqua defenſio, ſecũdum Par. de Put. in trac. ſyn. in uerbo condẽnatio in tit. an poteſtas. fol. 82. in paruo volum. & firmat Bald. ſecundum eum in l. 1. C q. accuſ. non poſ. & in l ſi quis non dicam
3 rapere. C. de epiſ. & cleri. Nec debet ſeruari ordo iuris, imò ordo eſt ordinem non ſeruare, ut plene dicit Ang. in l. b malefi. in uerſ. etiam per modum notorij. & per Fel. in c. cum euidentia. de accu & in c. cũ non ab homine. de iudi. & nouiſſimè pulchre pe Do. Gramma. in deciſio. 36. nu. 78. cum pluribus ſequentibus.
4 Item in talibus nõ admittitur appellatio ad effectũ ut iudex à quo teneatur deferre appellationi, ſed bene, ut iudex appellationis cognoſcere poſſit de ipſa appellatione, an ſit admittẽda, uel reſpuẽda ꝑ not. in c. paſtoralis. de appel. & ꝑ gl. in uerbo oneramus in clem. 1. de iure patro. ut dicit ẽt Gramma. in ſupra allegat.
5 deciſio. nu. 78. † Itẽ adeo ſunt uera ꝓdicta ut de iure ꝑmittatur unicuiq;, ad quẽ ſpectat capere, repertũ in flagranti crimine, dũmodo portet eum ad iudicẽ, ut eſt tex. in l raptores. C. de epiſ. & cleri. & uoluit And. de Iſer. d. conſti. iuſtitiarij non ꝑ Calendas. in 4 not. imò etiam ut eſt ꝑmittatur alijs, ad quos non ſpectat. per l. 3. ff. de fur. & l. defenſores. C. de defenſo. ciuita.

Imò licet alias clericus nõ poſſit capi ẽt ꝑ iudicẽ laicum, niſi cũ licentia ſuperioris, tamen quum fuerit repertus in flagrãti crimine, etiam priuata perſona pôt eũ capere, dũmodo portetur ad iudicem ec-

eleſia-

cleſiaſticum. ſecūdum Ang. in lib. maleſi. in uerbo fama publica verſ. nono, nota. & dicit hanc fuiſſe doct. Inno. in c. ut famę, de ſen. excō. & tenet Bal. in c. primo de pa. iur. fir. & omnes doctor. quos uidi, mouentur per doctr. Inno. licet poſſit dici, quod ibi Inno. non firmat pedes, imò allegatur pro contraria opinione, ut fatetur Bal. in l. ſi qua per calumniam. C. de epiſ. & cleri. vt per Barb. in addi. Bald. in l. ſi qua per calumniam, tamen ibi Barbat. per alias authoritates firmat hanc opinionem, & pręciſè per doctr. Abba. in c. cum non ab homine de iudi. & ibi Felin col. 1. in gl. 1. & ita concludit Par de Put. in lib. ſyn. in uerbo clericus in fi. & Afflict. in d. conſtitu. iuſtitiarij non per Calendas. in 4. nota. & Marſ. in conſi. 726. in 2. lib. nu. 25. cū ſeq.

7 Et illi, qui capiūt aliquem in fragranti crimine, ſunt idonei teſtes contra eum, quando per alios probari non poteſt, & dictis teſtibus aliud non obſtat ſecundum And. de Iſer. in conſtit. humanitate, & ibi Afflic. licet in hoc multum uerſari debeat ſolicitudo iudicis, qui debet modis omnibus perquirere ueritatem.

8 Nec etiam capto in fragranti crimine datur copia repertorum, nec requiritur citatio ad ſententiam, ut per Grammat. ubi ſupra num. 71. cum ſequentibus.

9 INQVIS. Nunquā ex proceſſu appa ret captū fuiſſe in fragrāti crimine, & ſic uera ſunt pdicta, & benè pcedūt in capto in flagrāti crimine, ſed cū ex proceſſu minimè cōſtet hoc. taliter, ꝙ poſſint uerifica ri pdicta, ergo ſequit, ꝙ ex eis nō eſt fienda uis, & ut cognoſcatur hoc, pmittendū eſt, ꝙ captus in fragranti ille dici pōt, qui in ipſo actu deprehēſus erit, uel ille, qui deprehenditur, antequam veniret ad locū deſtinatū, uel quū latitaret, non ita longe poſt alio actu extraneo in medio non exiſtente, fuit repertus, ut bene declarat And. de Iſer. in d. cōſt. iuſtitiarij nō per Ca

10 lēdas poſt gl. † Et ea ſunt delicta fragrantia, & ſunt notoria adeò, ut ſine accuſatore poſſunt puniri, ut habet in leg. ea quē. C. de accu. & ideò eſt, quia nulla tergiuerſatione celari poſſunt, ut dicit tex. in d. cō

11 ſti. iuſtitiarij nō per Calendas. † Et quādo ſi captus eēt, fateor, ꝙ procederent prędicta, ſed in caſu noſtro, non ita fuit captus, ſed fuit captus cum rebus furto ſubtractis lōge poſt furtum commiſſum, & poſtquā potuerit ad locum ddſtinatum, & conſtat ad dictum locum deſtinatū repoſuiſſe dictas res & actus extraneus in medio interuenit, cū ſtatim, ibi ueniſſet ad locū deſtinatum, repoſuit res ibidē, demū exiuit foras, & emit res comeſtibiles & reuerſus comedit, & fuit captus, & ſic, ſi talis pōt dici captus in fragranti, iudicet dominus Iudex, qui habet cuncta rimari.

IVDEX Optimè fundat intentionē ſuā Inquiſitus, & procedunt de iure allegata p eū, ſed quia ex facto ius oritur. l. ſi ex plagiis. § in cliuo. ff. ad l. Aqui. ideo uariato facto, variatur ius. cōcludo igitur, ꝙ nō

12 pōt dici captus in fragranti. † Et ut ſciatis qualiter procedatur contra captum in fragranti crimine, eſt ſciendum, quòd aut qs deprehenditur in fragrāti crimine per officiales adhoc deputatos, aut per alios, ut puta, conſanguineos, & amicos primo caſu præſentato, & exhibito capto coram iudice, ſcribatur actus præſentationis hoc ordine Die, &c. coram, &c. comparuit T. barrigellus, & capitaneus, & maleficos capiendos cum ſuis ſatellitibus, & ſodalibus, & ipſi curiæ præſentauit T. reum pręſentem, audientem, & intelligentem, quē cum ſuis ſodalibus, & aliis deprehendit occidiſſe talem, & ipſum in ipſo actu homicidij, alio actu extraneo in medio non interueniente, cepit in tali loco hodie prędicto die de præſenti menſe, &c. regnantibus, &c. dominante, &c ſub præſidatu, &c. & captū in ueſtris fortiis, reduxit & aſportauit, ut ſic poſſit contra ipſum procedi, ut iuris erit, &c. quo facto ſtatim examinētur teſtes, barrigellus, & ſodales, & alij. ſi haberi poſſunt, præſentia illius capti audientis, uidentis, & intelligentis, qui teſtes dicant uidiſſe, & captum fuiſſe per familiā curię, in ipſo actu homicidij illico, & nullo temporis interuallo interueniente, ſic captum, & carceratum ſtatim in fortis curiæ fuiſſe redactum, & aſportatum, præſentibus T. & T. examinatiſque teſtibus examinetur ſtatim ipſe principalis, ſi videtur ſuper omnibus interrogatoriis, interrogando de nomine, & cognomine, & quate ſic captus reperiatur, ubi & p quos captus fuerit, & an commiſerit delictum,

de

de quo inculpabat: & aliàs, vt natura facti expoſcerit, immò non dubitatiuè interrogabitur principalis an fecerit delictũ. Sed affirmatiuè cur feciſti tale homicidiũ obiurgando eum; per doctr. Luc. de Pen. in l. quoties. C. de dignit. lib. 12. qui ſi cõfitetur delictum, ſcribatur eius confeſſio ſigillatim, & particulariter, qua cõfeſſione facta, iudex eum illico cõdemnet, & exequatur ſententiã, etiam nullo termino dato ad ſe defendendum quia ſecundũ Bal. in l. vt vim. ff. de iuſt. & iur. non datur terminus capto ad ſe defendendum ratione flagrantis delict, & hoc bene procedit retentis terminis quæſtionis, quando capit per officiales ad hoc deputatos, ſecũdum And. de Iſer. in conſti. humanitate & habetur per Affl. in d. conſti. iuſtitiarij non per calendas. in 4. not. non autem quãdo capitur per alios, unum tamen dicerem in hoc, quod dictum Bal fundatur in l. 3. § ſi ad diem. ff. de re mil. & tamen ſi rectè inſpiciatur ille tex. vf dicere oppoſitum, cum ibi dicatur, ꝙ non obſtante, quòd cõſter aliquem non ueniſſe die ſtatuta, non poteſt condemnari, niſi dato termino ad docendum, num iuſtè fuerit impeditus. ſed pro Bal. poteſt dici, ꝙ eius dictum procedat, quãdo per captum in flagranti nulla defenſio allegatur, & conſtat ei nullam defenſionem competere, & nõ petitur terminus ad ſe defendendum. alias aũt ego dubitarem ſeruare dictũ Bal. ſimpliciter. & mihi videtur, quòd Andr. de Iſer. in d. conſt. humanitate. in pen. col. uerſ. ſi autẽ voluerit ſe defendere, tenet oppoſitum, dicit, ꝙ ſi captus in flagranti uoluerit ſe defendere, ut quòd fecit ad ſui defenſionem, vel ꝙ teſtes ſunt ſibi inimici, uel aliter, tunc audietur, & allegat tex. in d. l. ea quidem. C. de accuſ. ibi, verum ſi falſis criminib. ſuper quo cogitandum eſt, cũ caſus euenerit. Nunc aũt abſq; alia ulteriori cogitatione dicas, ꝙ dabitur breuiſſimus terminus; ſed ſi videbitur defenſionem competere terminus debet eſſe cõdecens, & ſi non defendatur, defenſiones inquirat ipſe iudex, vt infra. Si autem neget delictum, tunc faciat affrontationem cum teſtib. lecta & diuulgarizata eiſdem earum depoſitione, ipſo capto vidète, audiente, & intelligente, & ipſo in negatione perſiſtente, dicat iudex ipſi capto, ꝙ teſtes omnes, vt audiuit & vidit, dicunt eũ commiſiſſe delictum, & fuiſſe captum in flagranti crimine, & iterum eo negante faciat publicationem in ipſo proceſſu, & demũ ipſum tormentis ſubijciat ad ſciendum qualitates delicti, complices, & fautores, citra præiudicium plene probatorum, & ſic abſq; aliquo ordine iudiciario: vt etiam ſtatuit c. regni incip. tormentis, & licet ſupra dixerim, dari defenſiones & terminum ad ſe defendẽdum, tamẽ quotidie practicatur dictũ Bald. in d l. ut vim intelligendo ſecundum Iſern. & Affli. vbi ſuprà verum, vt dicit Iſern. ꝗñ allegatur aliqua defenſio, vt quia dicat delictum feciſſe ad defenſionem, vel quòd teſtes ſint ſibi inimici; debet iudex ab eiſdem teſtibus ſe informare de allegatis, & in actis redigat, & ſi conſtiterit eſſe uera, ipſum audiat, ſi aũt conſtiterit non eſſe uera ꝓcedat, vt ſuprà, nulla dilatione data, vt dixi, & ſi in tortura confiteatur, die ſequenti ratificari faciat, & demum procedat ad condemnationem, & exequutionem iuſtitiæ, non obſtante appellatione fortè fienda, cum nòn debeat admitti: nec data aliqua dilatione: ſi uero adhuc induratus perſiſtit in negando, tunc, quia cõuictus, eſt captus in flagranti eſſe condemnet, ipſum prius data ei dilatione ad ſe defendẽdum ſecundum Afflic in d conſti. humanitate & nihil probante ad ſuam defenſionẽ in termino. ſecundo uerò caſu principali, quando captus eſt per conſanguineos & amicos & alios, quàm per officiales. tunc per omnia ſeruanda ſunt prædicto, ſed cum maiori moderãtia debet procedere iudex, dando dilationes, & non reſpuendo omnino defenſiones, quæ offeruntur ad excluſionem delicti. ſed iudex ex officio inquirat, num ea, quæ allegant ad defenſionem, vera ſint, & conſideret, quanta fides ſit teſtibus adhibenda, & nũ veriſimilia ſint, & ſit in hoc valde circunſpectus, ne damnet animam & corpo. regulariter enim ut dixi reperto in flagranti crimine, non datur terminus ad ſe defendendum, nec etiam datur copia repertorum, ut ſuprà dixit Fiſcus, & eſt verum, ut ego dixi.

ITEM QVOD EST NOTORIVS delinquens. Rub.

SVMMARIVM

1 *Notarius delinquens damnandus eſt abſq; aliquo ordine iudiciario & 6.*
2 *Tortura non habet locum in crimine notorio.*
3 *Notoriè crimino ſus poteſt ex officio condemnari.*
4 *Notorius criminoſus ſummatim interrogandus eſt ſuper facto.*
5 *Litis conteſtatio non requiritur in crimine notorio.*
7 *Dilatio non datur in crimine notorio.*
8 *Copia repertorum non datur notoriè delinquenti.*
9 *Exceptiones notoriè friuolas poteſt iudex reſpuere.*
10 *Probari an debeat factum principale in notorio.*
11 *Notorium quotuplex ſit.*
12 *Notorium actu tranſeuntis quomodo probetur.*
13 *Notorij qualitas debet ante omnia probari.*
14 *Decerni debet procedendum eſſe, ut in notorio, & eſſe notorium.*
15 *Ordo procedendi, & formandi proceſſum in notorio. 19 23. 26.*
16 *Notorium per quot teſtes probetur. 17. 18.*
20 *Sententia requiritur in notorio & qualiter.*
21 *Appellatio non admittitur in crimine notorio. 22.*
24 *Notorium quando negatur per partem, quid faciendum. 25.*
27 *Ordo procedendi in notorio iudicij, quādo quis deliquit iudice pro tribunali ſedente.*
28 *Notorij qualitas quādo probatur, an exigatur citatio partis.*
29 *Delinquens coram iudice, vbi nullus adeſt, niſi ipſe iudex, & notorius, qui de mandato iudicis ſcribit, illum deliquiſſe, nunquid poſſit puniri.*
30 *Blaſphemans Deum coram iudice an poſſit ad pœnam pecuniariam puniri.*

FISCVS.

SI rectè inſpiciatur proceſſus, conſtat
eundem inquiſitum eſſe notoriū de-
linquentem in nōnullis criminibus & de-
1 lictis. Quo caſu debet procedi ad cōdem-
nationem abſq; aliquo ordine iuris. ſecū
dum Spec. in tit. de expen. & § fi. in fin. &
Bal. in l. cum fratre. C. ad Syll. & Abb. in c.
quia clerici, de iure patr. & Alex. in l 2. §.
ſi publico. de adul. & Bal. l. in reg. poſtquā
C. de pact & in l. 1. C. de iudi. & Bar. in l. 1.
2 § . fi. de var. cognitio. Adeò, vt dicat Bald.
in l. milites. C. de quæſtio. quòd nec debet
procedi, nec habeat locum tortura
ſed ſola condemnatio, quia cùm tortura
detur ad inueſtigandum veritatem veritate
manifeſta & notoria non habet locū
3 tortura. Et notoriè criminoſus pōt abſq;
accuſatore, & denuntiatore condemnari
ex ſolo officio iudicis. l. ea quidem. C. de
accuſ. l. 2. § ſi publico ff. de adult. & l. congruit.
ff. de offic. præſid. & latè proſequit
Ant. de But. in tract. de notorio in 4. art. in
4 princ. Licet debeant fieri aliqua capitula
ſeu aliqua facti narratio, vt ſciat reus id,
ſuper quo inquiritur, & id exponi ſecundum
Innoc. in c. tua. in gl. magna. in uerbo,
item dicimus. & ſequitur Ant. de But.
5 in tract. ſuprà alleg. in 4. art. nu. 19. Nec
etiam requiritur litis conteſtatio ſecundum
communem ſententiam, in caſibus
maximè, in quibus ex officio proceditur,
& idem in caſibus, in quibus ex officio ꝓcedi
non poteſt. nec attingunt materiam
peccati; ſed agitur ad commodum priuatum,
ſiue agatur in abſentem, ſiue in præſentem;
& quæcunq; ſit ſpecies notorij facti,
ſiue interpellati, ſiue momentanei, ſiue
continui; & ita concludit relatis pluribus
opinionibus Ant. de But. in d. tract. de
noto in 4. art. num. 25. cum ſequentibus.
6 Sed iudex examinato reo ſuper crimine &
qualitate notorij, ipſum poteſt condemnare
ſtatim, ſi confitebitur; & ſi negauerit,
& allegauerit aliquas defenſiones ſeu
excuſationes, ipſas audiat & recipiat. ſententia
tñ non dicetur nulla ex ſola omiſſione
admiſſionis defenſionum, ſed bene
dicet̃ iniuſta; niſi aliter euidenter pateat,
cāæ cognitionē eſſe excluſam; & hoc, qa
multa poſſent iudicē mouere, quæ nō patent;
ūt in c. in præſentia. extra de prob. &
ita firmat Ant. de Butr. in c. eccleſia uerſi.
Mariæ. extr. de conſtit. & in trac. de noto-
7 rio in 4. art. nu. 28. & 29. Nec obſtat. ſi dicatur,
quòd non fuit datus terminus ad
faciendas defenſiones. quia licet regulariter

ter

ter debeat dari terminus ad ſe defendẽdũ tamen quando eiuſcemodi eſt factum, in quo non cadat defenſio. & excuſatio, tũc nulla datur dilatio. ſecũdum Gemi. in ca. ordinarij. §. 1. de offi ordi. in vi. & pulchre per Feli. in c. cum non ab homine, de iud. num. 11. & nu. 10. & per Gramma. in deciſio. 36. nu. 57. cum ergo ex proceſſu appareat eſſe tale factum, in quo nulla ca-
8 dit defenſio non debet dari dilatio. † Nec etiam notorio delinquenti debet copia repertorum, tradi. ſecundum Aug de Are. in lib. maleſi. in uerbo, etiam per modum notorij & ſequitur Gramma. in deciſion. 36.
9 nu. 56 Nec in aliquo obſtare poteſt, quòd plures fuerunt oppoſitæ exceptiones, & eas non admiſit iudex quia reſpondeo: qđ cũ ſint notorie friuolæ, debuit illas iudex repellere. l. 2. C. de fal. cap. poſt electionẽ extra de cõce. præben. c. bone, extra de poſtula. prælato. el primo: & plene p Ant. de Bur. iu loco ſupra allega. in 4. art. num. 48.
10 † Nec etiam obſtat, quod conſtat in actis probatam eſſe occiſionem; & ſic ipſum factum principale: quia dico quod notoriũ non eget probatione. l. emptiõe in prin. & § 1. & ibi Bart. ff. de actio. emp. l. ciues. & ibi. Bal. C. de accuſa. c. 4 de teſti. cogẽ. c. euidentia de accuſa. Bar. in l. 1. C. qui, & ad uer. quos. ſed ſat erit, ſi probetur notoriũ eſſe. ſecundum gloſ. no. in cap. ad noſtram extra. de emp. & uenditio. & in cap. conſuluit de appella. probato enim, quod notorium eſt, quod Titius occidit Seium, non eſt probanda occiſio, quæ eſt notoria. l. ſi vtero § 1. cum gl. ff. qui ſatiſ. cogan. & in l. ea quidem. C de accuſ.
11 I N Q Facilis eſt reſponſio ad obiecta tua dñe Fiſce. dico. n. ex pluribus ex pceſſu apparentibus, & in iure notis, non obſtare, & pri. dico non eſſe notorium; qđ quidẽ triplex eſt notoriũ, facti, iuris, & pſumptionis primum aũt notoriũ hẽt tres ſpecies. aliud enim dicitur notorium facti actu tranſeuntis, ſeu, continens actum momẽtaneum, id quod idem eſt. aliud eſt notoriũ facti interpellati: aliud eſt notoriũ facti permanẽtis, ut bene declarat Ant. de Bur. in trac. de not. per te alle. in pri. ar. nume 12. omiſſis autem alij ſpeciebus notorij, quia non faciunt ad rem noſtrã, hic ſi notorium dici poteſt, eſt notoriũ actu trã-
12 ſeuntis, cum ſit de homicidio. † Vt uero dicatur concludenter probatum eſſe notorium requirit, ut teſtes concludant notorium eſſe rõne loci, quippe, ꝙ fuit factũ in loco publico & patenti, ratione pſonarum. quod fuit in conſpectu totius populi uel maioris partis ipſius, ratione temporis quod fuit de die, & non de nocte, & ut cõcludant, quod eſt adeò publicum & notorium, ut totus populus ſeu maior pars ipſius poſſit eſſe teſtis, & debent etiam taliter teſtes deponere. ut concludãt facti certi ſcientiã populi, uel maioris partis. hoc aũt concludere non poſſunt, niſi uiderint populum uel maiorem partem populi facto præſentem: nec ſufficit, ſi dicant ſe audiuiſſe dici à populo. quia ſic deponerent de eo quod perciperent ſenſu alterius, & procedit, quando delictum eſt recens. qa ſi eſſe antiquum, ſufficeret, ſi dicant & cõcludant de auditu, ut no. extra de uerbo. ſigni ſi. cueniens. & per An. de Bur. in c. quid per nouale. eo. ti. cum ergo in caſu noſtro homicidium prætendatur factum, in domo & de nocte, non poteſt dici notoriũ.
13 Præterea ad hoc, ut iudex poſſit procedere ſuper notorio tanquam in notorio, debet ante omnia ſe informare de qualitate notorij omiſſis omnibus opinionib. docto. ſequendo communem ſententiã: ſi vero qualitas notorij exigatur ad fundandã poteſtatem iudicis, & eius iuriſdictionẽ (quia certi ſunt caſus, in quib. ex ui notorij iudex cognoſcere poteſt) tunc ad hoc, ut poſſit procedere, eſt neceſſe, quòd conſtet de qualitate notorij tanquam fundante eius iuriſdictionem: & hoc habet locũ etiamſi nõ negeretur notorium; ſed ſi negetur notorium, recurrẽdum eſt ad gl. c. 1. de electio. lib. vi. vt ſe informet ſuper hoc ſummariè. vt videat, an ſit iudex, & ſcđm quod inuenit, procedat, uel non procedat ut l. ſi quis ex aliena. ff. de iudi. c. ſuper literis. extra de reſcri. ſi uero allegetur aliqua defenſio vel excuſatio, adhuc ſufficit iudici factum principale fore notorium, non attẽta obumbratione accidentalium circũſtãtiarum, ut ipſe poſſit ſuper notorio pcedere: & quidem aliter hoc caſu pceſſus nõ valeret, niſi habita informatione ſuper notorio. quandoque qualitas notorij exigitur ſolum ratione proceſſu, ut iudex

poſſit uia extraordinaria, & iuris ordine nõ ſeruato, procedere. & tunc ſi iudex elegit procedere via ordinaria, & iuris ordine ſeruato, ac ſi non foret notoriũ, nõ eſt neceſſe capere informationẽ de qualitate notorij. ſed ſi elegit ꝓcedere via extraordinaria, ubi põt, tunc iura & leg. ſſe exigunt quod ſi notorium, & quod iudici conſtet. & ſic eſt neceſſe, quod capiatur informatio de qualitate ipſa: & ſic intelligit gl. in l. 1. C. qui & aduer. quos & in l. 4. § eiuſdẽ. ff. de teſti. & ſequitur Gratia in 2. quæſt. 1. § quando autem & tenet gio. in c. ad noſtram. extra de iureiuran. & ſic dicunt doct. practicari. l. ea quidem C. de accu. nam de notorio, uel delicto non ſtabitur dicto denunciantis, ſed ſe informabit iudex ſupor notorio, & poſtea procedat ad dictũ eius & ſi aliter fiat, proceſſus eſt nullus eo caſu: qñ qualitas notorij exigitur ad fundandam iuriſdictionem, & procedit in abſentem, vel in præſentem negantẽ. ſed ſi proceditur in præſentem nõ negantem notorium tunc valet proceſſus, quia ea, quę ponuntur in libello quæ admodum ꝓcedendi habentur pro veris, ex quo per partes non negantur, & quo ad fundandam poteſtatem iudicis: vt dicit Inno. in ca. cęterum ex. de iudi. & c. ſi clericus. & c. cõqueſtus. extra de foro competen. & l. cum quędam puella. ff. de iur. omn. iud. ſed vbi exigitur qualitas notorij quo ad modũ procedendi, tunc ſi non præcedit dicta informatio proceſſus erit nullus, & ita in p̃dictis omnibus poſt relatas plures opiniones, firmat iuris eſſe Anto. de Butrio in tra. de noto. in 4 articulo, num. 29. & 40. cum intermedij. & Aret. in conſi. 165. incip. dicit Ioannes in Apocalyp. cum autem hic fuit proceſſum iuris ordine non ſeruato ex vi notorij, nõ conſtito prius de qualita-
14 te notorij, ergo, &c. † Præterea ex alio nõ obſtãt prędicta, ex eo, quia nulla in actis apparet facta pronunciatio, & delictũ eſſe notorium, & uelut in notorio eſſe procedendũ, cũ id de iure requirit, ſiue negetur eſſe notorium, ſiue nõ negetur. ut no. Abb. in c. ad noſtram. extra de iuriuran. & Cardi. in cle. paſtoralis, in princip. 17. nota. & ſequitur Gramma. in deciſio. 65. nu. 12. & uidetur tranſire cum iſta opinione Aff. in conſti. humanitate. in 8. nota. & Gandi. in

ope. male. in tit. quo pro qu ãdo cri. eſt noto. & hoc ad cautelam & debet audiri pars ut conſuluit Are. in d. conſ. 165. quo pronũtiatio, quòd ſi notorium ex tunc iudex ꝓcedas non ſeruato iuris ordine, niſi ab hac declaratione extitiſſet appellatũ quia põt appellari ſcdm Gandi. ubi ſupra, ſed Sali. in l. ea, quæ. C. de accu. tenet, ꝙ tunc eſt neceſſaria pronunciatio, ſi negetur notoriũ.
15 I V D. Sat bene confutaſti Fiſci opinionem, & ex proceſſu liquet, non eſſe notorium, quo circa non opus eſt, ut ultra procedas, ſed ut aliqua ſuper iſto notorio dicam patienter audiatis, quia tradam uobis modum & formam procedendi ſuper eo. quæ erit hæc; Corã uobis magnifico Stratego Salerni cõparet Tir. denunciator, & dicit hodie per dicto die fuiſſe commiſſum homicidium in platea publica huius ciuitatis, in perſonam tali ibi aſtantis ſub protectione Dei, & regię maieſtatis p Ti. ſuis iurians nõ contentũ. & animo diabolico inſtigatum, tenere, doloſe, ſcienter, & appenſate, regnantibus, & c. dominãte, & c. ſub prælidatu, & c. de anno, & c. le p̃ſenti menſe, & c. in conſpectu totius populi ibi tunc tp̃is exiſtentis, ſeu maioris partis ipſius, adeo, quòd eſt publicũ, notorium, & manifeſtum dictũ homicidium, & fore patratum & commiſſum per d. talẽ, & vniuerſus populus ſeu eius maior pars poterit eſſe teſtis de hoc, ita, ꝙ nulla tergiuerſatione celari poteſt. & tanquã contra notorium crimino ſum & delinquentem dẽt procedi omiſſo iuris ordine, cũ in talibus ordo eſt ordinẽ non ſeruare: quo circa ipſi ueſtræ curiæ denũtiat, ut ualeatis de iuſtitia prouidere, præcedente aũt hac denunciatione, iudex capiat informationẽ, & ſi vult procedere via extraordinaria ex vi notorij, & tunc aut præſens ſit reus, aut abſens, primo caſu in ſua præſens examinet teſtes de qualitate notorij, qui taliter deponent vt concludant notorium eſſe rõne loci, uidelicet ꝙ fuit in loco publico ubi ſinguli & oẽs de ciuitate conuenire ſolent ratione perſonarum, quòd fuit in cõſpectu totius populi, uel maior partis ipſius: ratione temporis quod fuit de die, & hora qua totius populus ſeu maior pars ibi cõuenerat, & debet cõcludere dicti teſtes cauſam ſcientiæ ex uiſu, taliter ꝙ habeant

beant certi facti ſcientiam, uidelicet concludendo quod uiderim totum populum uel maiorem partem populi facto pręſentem. nec ſufficit ſi dicant audiuiſſe dici à populo quod fuit pręſens quia ſic deponerent de eo, ꝙ perciperent ſenſu alterius ꝙ non ſufficit, quando delictum eſt recens, ſi uero eſſet antiquum, bñ ſufficeret: ut no. extra de uerb. ſign. c. ueniens. & per Ant. de But. in c. qui per nouale. eo. tit. & ad faciẽdã fidem de notorio ſufficit, ſi teſtes deponant de pręſentia populi in facto licet nõ deponant directe de facto. & hoc põt contingere, quando teſtes viderunt magnum tumultum, ad quẽ totus populus ſeu eius maior pars conuenerat, & põt cõmiſſum homicidium ſe ſtato tumultu uiderunt Titium captum, qui publice dicebatur commiſiſſe dictum homicidium, uel qñ uiderunt Titiũ inde aufugientẽ cũ gladio ſanguinolento, & publicè ferebat. ipſum cõmiſiſſe dictũ homicidiũ: nã licet teſtes ipſi non viderint actum occiſionis, tamen
16 ſufficit. † Et faciendam fidem de notorio ſufficit examinari duos teſtes, ut eſt gl. 2. q. 1. §. quando. & no. Arch. in c. 1. lib. 6. ex-
17 tra. de offic. deleg. † Sed eſt aduertendum, quo ad hoc, ut dicatur notorium, eſt neceſſe quod omnium ſit notitia de ciuitate uel, maioris partis eorum. maior aũt pars poteſt eſſe minoris numeri, quam decem porro ſi factum eſt prorſus notabile & arduum. tunc notitia totius populi ciuitatis exigitur ſi modo ciuitate id ſit patratum & ſi in uilla, uel caſtro, totius caſtri, uel uillæ, ſi aũt ſit factũ non ita grande & arduum, ut plane in notitiam, totius ciuitatis, uillę, uel caſtri debeat trãſire, tũc ſufficit ſi uniuerſæ viciniæ populo innoteſcat quare quũ concubinatus presbiteri alicuius facile nõ poſſe trãſire in notitiã totius ciuitatis ſufficit, ſi innoteſcat uniuerſo populo ſuæ parochiæ, uel eius, in qua cõcubinatũ agit vel uniuerſo populo illius uiciniæ nõ tñ pñt eſſe pauciores nu. quam
18 decem. † Et ſic debet iudex examinat oẽs de illa uicina, uel parochia, ubi delictum cõmiſſum, ut ſic appareat eſſe notorium abſq; alia ꝓbatione, & eſt optima cautela tradita per Sali. in l. ea, quæ. C. de accu. nu 91. & nu. 81. & ſine. & prædicta tenet Sal. ibi. poſt relatas plures opiniones ex mente omnium, & ſic eſt ſeruandum.
19 Capta aũt informatione, ut dictũ eſt, dẽt examinari reus ſuper oĩbus interrogatorijs neceſſarijs ad factum, ſuper quo ꝓceditur. & ſi confitebitur, damnãdus erit aliquo iuris ordine non requiſitos: ſi autẽ negauerit, tunc nulla facta litis cõteſtatione quæ in notor o non exigitur, ut ſupra demõſtrauit Fiſcus, ſi eſt factũ, in quo nulla cadit defenſio ſeu excuſatio nec aliqua allegatur, ẽt nulla data dilatione ad cõdẽnationem procedendum eſt, ut ẽt ſupra dictũ eſt, ſi uero aliqua excuſatio, uel defenſio fuerit, allegata quã uiderit iudex poſſe cõpetere, uel eſt factum, in quo põt cadere defenſio & excuſatio, licet non allegetur, tunc iudex ſtatuat ei competentẽ terminũ ad ſe defendẽdũ, & licet petierit copiã repertorũ, nõ eſt dãda, ut ſupra dictũ fuit, & uiderit iudex oppoui exceptiones notorie friuolas, eas repellere dẽt ex officio ſuo, l. 2. C. de fal. & dictum fuit.
20 Demum procedatur ad ſententiam cõdemnatoriam, quæ requiritur in iſto caſu licet non in ſcriptis, & cum ſolemnitate, de qua in c. ſi. de te. iud. lib. 6. & in ti. de ſenten. ex breui. recita C per totum. & tenet Archid. in 2. q. 1. c. quæ Lothatius ſuper gl. & in c. felicis in uerbo pontificiali. ad ſi. glo magnæ, & ſequiť plene Ant. de But. ubi ſupra. nu. 15. ſed poterit ſaltem notificari delinquenti, ꝙ mittitur ad ſupplicium pro tali cauſa, ut ſic habeatur loco cõdẽnationis, ſicut dicimus in confeſſio, ut dixi in prima parte tertiæ partis prĩcipalis.
21 Et ſi appellab tur, non dẽt admitti eius appellatio, ut tradiť in c cũ ſit Romana c. peruenit. c. conſuluit. extra de appella. vbi Phi. Fr. & De. eſt tex. in gl. in c. Romana. §. ſinautem. de appe. in 6. Bal. in l. additos C. de epiſ. audien. & in l. additos. C. de appella. Alex. poſt Bar. in l. conſtitutiones. ff. de appe. Panor. in c. quam pernicioſum de uſur. Ang. in lib. maleſi. in uerbo, præſente Caio. & appellante.
22 Sed hoc eſt uerũ & procedit in ſententia condẽnatoria ſup ipſo crimine, ſed ſi appellať ante ſententiã pp defenſiones ꝓbabiles & excuſabiles, quas nõ admittit iudex p̃t appellari, & appellatio eſt admittenda quo ad omnẽ effectum & ita intelligit Ant. de But. in d. tract. de no. cri. ĩ 4. ar

23 num 53 † Si vero proceditur in abſentẽ in caſibus, in quib. ad definitiuã procedi poteſt contra abſentem, hoc caſu omiſſis omnibus alijs opinionib. placet mihi opinio Sal. in d.l. ea quidem. C. de acc. ubi diſtinguit, quòd aut agitur ad repellendum aut ad puniendum primo caſu aut a quæſitis, aut quærendis. primo caſu eſt neceſſe ꝙ ſe delinquent citetur alias non præcedente citatione, nõ põt procedi cõt. eũ, licet ſit notorium crimen ſecundo caſu nõ eſt neceſſe, quòd citetur, ſed ille qui habebat aliquid concedere ipſi abſenti, uel ipſum confirmare, põt illum repelle, ut notorium criminoſum. ſi uero agit ad puniẽdum, eſt diſtinguendum inter citationem realem, & uerbalẽ quando igit eſt periculum in mora, tunc ſtatim debet fieri realis citatio uerbali omiſſa, ſi autẽ periculũ nõ in mora uel quia realis eſt impoſſibilis (quia ille iam aufugit) tunc citatio uerbalis eſt neceſſaria, uel quia crimen eſt tale, in quo contra abſentes non põt procedi ad diffinitiuã, & tunc eſt neceſſaria citatio pp annotationem bonorum, ad qualiter perueniri non poteſt; aut demum qui ſumus in caſu, in quo ipſe procedit contra abſentem; & idem eſt. quia hæc ſunt cõpatibilia, delictum ab alio eſſe commiſſum; & notorium eſſe, & tamen illud eſſe impunibile, puta ſi merentẽ occidit, uel bãnitum. igitur ne huiuſmodi defenſiones auferant, dẽt ipſe citari; maxime quia de magno præiudicio tractatur & ita reſidet, & placet mihi eius opinio. & ſic capta informatione contra abſentem & conſtito de qualitate notorij, debet expediri citatio ad informandũ curiã, ad recipiendum copiam capitulorum, ad uidendũ iuramenta teſtium; publicationẽ fiendã. & vltimo loco ad audiendum ſententiã, ſe dicatur ad omnes ſeu ſingulos actus vſq; ad ſententiæ probationẽ incluſiue, quod idẽ eſt, & tunc procedatur ad repetionem teſtiũ examinatorum fiatq; publicatio proceſ. ac ſi reus eſt præſens, & demum ad ſententiæ prolationem procedatur, ut iuris eſt etc.

24 † Et eſt ſciendum, ꝙ quando negat notorium per delinquentem, eſt diſtinguendum ꝙ aliqñ negatur factum, non tamen qualitas facti, & tunc per negationem nõ efficitur res dubia propter uirtutem notorij c. decimas. extra de reſt. ſpolia. libro 6. & p Imo. in c. uenerabilis. extra de cenſi. & c. ex parte. extra de verbo ſign. & per glo. c. 1. de off. de l. lib. 6 & tenent Doc. de Rot. in dec. 31 ... nõ procedi, niſi negatio habeat aliquam cauſam annexam, & euidentem ut in c. ad decimas talis. n. negatio habens notorium cõtra ſe. nõ eſt probabilis, & negatio tunc demũ facit rẽ dubiam, quando eſt probabilis quandoq; negatur notorium tñ, & ſic qualitas notorij, & tunc oportet, quòd probatur illud

25 notorium eſſe iudicij, ut ſupra dixi. † Si uero allegentur aliquæ circunſtantiæ, talis allegatio nõ inficit notorium, nec effectus procedendi ſuper notorio attendi. n. debet regulariter natura facti: & ſic ſi factũ ſui natura aliuit maleficium, erit maleficium notorium, ſi uero factum arguit bonum, erit & notorium bonum, non attentis circunſtantijs extrinſecis, & accidentalibus, quæ habent ſe ad eſſe, & non eſſe, ponderatur enim factum ſecundum naturalẽ curſum ipſius ut leg. ſuus quo quæ. ff. de hæredi. inſti. § fi. & l. 1. C. ad leg. Cor

26 nel. de ſicar. † In notorijs uero actis permanentis, & interpellati ſimiliter procedatur licet in notorio facti permanentis dicat Bal. in d.l. ea, quę 8 col. quòd nullus ordo eſt ſeruandus. ſed dicendum erit, ꝙ aut eſt notoriũ iudici & alijs, & tunc iuris ordo non eſt ſeruandus, aut eſt notorium alijs, & nõ iudici, ut iudici; & tunc eſt ſeruandus ordo iuris ſaltẽ, quo ad probationem, & examinationẽ, ne reo defenſiones ſubtrahantur ſecundum gl. c. ad noſtram extra. de iureiur. quã ſequuntur cõmuniter canoniſtæ, ut refert & ſequitur Sal. in

27 d.l. ea, quæ nu. 74 † Si uero loquimur in notorijs iudicij (quod eſt. quando iudice pro tribunali ſedente, uel ius inter partes reddente, aliquis deliquit) tũc modus hic procedendi erit, iudex curabit ſcribi ſub forma, hæc eſt annotatio, quæ fit per uiã & modum notorij contra Titium, ex quo hodie de præſentibus anno & menſe in palatio, ubi curia regitur & regi ſolet, regnãtibus, & c. dominante & c. ſub præſidatu, & c curia pro tribunali ſedente, multis aſtãtibus, dictus Titius ſuis iuribus nõ cõtentus, & c. alapam dedit Seio ibi aſtãti ſub protectione Dei, & regiæ maieſtatis, & di

ctæ

ctæ curiæ, ſuper quibus oĩbus fuit proceſſum, ut infra. & ſtatim procedatur ad examinationem ipſius principalis, qui ſi cõfitebitur, ſtatim condemnetur, ſi aũt negauerit, examinentur in ipſius præſentia teſtes, qui viderint, ac iis examinatis condẽnetur, & dicti teſtes debent concludere, quòd illud tale ſit dictũ vel factũ, & quòd viderunt, & quòd curia pro tribunali ſedente & multis aſtantib. & ita docet practicari Luc. de Pen. in l. quoties. de dignit. li. 12. quẽ refert & ſequitur Par. de Put. in lib. ſyndica. in uerbo, notoriũ. & dẽt fieri condemnatio, antequã diſcedat ipſe rèus à tribunali & pſentia iudicis, aliàs nõ poſſet condemnari abſq; citatione ad ſententiam, & à tali condemnatione non poteſt appellari, niſi nimis ea fuerit ſeuera & acerba, vt hr̃ in l. abſiſtendum. C. quo. appella. & per doct. in d. l. ea quidem. & hr̃ in l. exequutorem. C. de exequut. re iudi. & in l. ab exequutione. C. quo. appell. & Par. de Put. in loco ſupra allegato. Quid enim ſi quis deliquit in iudice vel eius familiã, an puniri per eundẽ poterit, videatur tex. in c. dilectus filius de pœn. & optimam diſtinctio. Franchi. in ca. Romana.
28 co. tit. 16. Sed an ſi iudex poſſit ſe informare ſup iſta qualitate notorij de plano, non citata parte, dicit idẽ Ant. de But. vbi ſupra, quòd põt iudex de plano parte nõ citata, & teſtibus non iuratis receptis ſe informare de hac qualitate, & hoc p text. c. bona extrà de elec. & dicit idẽ uoluiſſe Iun. in ſi. primæ. gl. magnæ, & ibi allegat. l. ſi uero. § qui pro rei qualitate. ff. qui ſatiſda. cog. & extra de appell. c. interpoſita. § ſi ſed in contrarium conſuluit Aret. in conſ. 165. ſupra alleg. ubi dicit in tali informatione debere citari partem, ex mul
29 tis, de quibus per eum. Sed ſi quis in iudicio deliquerit, ubi nullus eſt teſtis, & notarius de mandato iudicis ſcripſerit, illũ deliquiſſe, dubitat Par. in loco, de quo ſupra. an debeat fieri cõdemnatio, & an iſto caſu credatur actis, & tenet poſt multa, quòd non licet poſtea dicat, quòd fauor iudicij, & v ſio iudicis, ac odiũ delinquentis in tribunali operentur, vt credatur iudici, & nunc pẽdet in facto hic Salerni coram me, vt ſyndicum magnifici regij auditoris Ioannes Carolus Borda iure per ſequitur, ꝙ ab ipſo multatus ſit, quia in examine ipſius dixiſſet, renegho de Dio che me ha diſpiaciuto, quum tñ id nullo, niſi magiſtri actorum ſcripturæ teſtimonio cõprobaretur, ipſeq; negaret, ſed quũ inſuper ſcriptum ſit, ipſum poſtea, quid ita dixiſſet, interrogatũ reſpondiſſe, che la coleraghe lo haueua fatto dire, viſum eſt, ipſius adeſſe confeſſionem, quo caſu dixi bene fuiſſe prouiſum, licet renũtiaſſet quærulator, & non fuit deuentum ad
30 ſententiam. Et blaſphemaus Deum coram iudice, põt ad pęnã pecuniariã puniri, vt hr̃ per gl. c. Deus omnipotens, in verbo, iudicis 2. q. 1. & in l. 1. C. qui & aduer. quos refert & ſequit᷑ Caſſa. in conſue. Burgun. in tit. lamende de ſimple reſcouſſe. nu. 3. fol. 74. ſed glo. illa non loquitur de blaſphemante, ſed gñaliter de cõmittẽte delictum corã iudice. vnde dubito pp regiam prag. qua cauetur pęnam non poſſe cõmutari in pecuniariam in blaſphemia.

ITEM QVOD COMMISIT crimen læſæ maieſtatis. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Crimen læſæ maieſtatis committit ille, qui mittit nuncium uel literas hoſtibus populi Romani, nu 8.*

2 *Socius criminis admittitur contra ſocium criminis in crimine læſæ maieſtatis.*

3 *Teſtes ſingulares, & varij probant in crimine læſæ maieſtatis.*

4 *Crimen læſæ maieſtatis committit ille, qui miſit pecuniam hoſtibus populi Romani. nu. 9.*

5 *Teſtes inhabiles & infames admittuntur in hoc crimine læſæ maieſtatis nu. 87. 108.*

6 *Minores torqueri in hoc crimine læſæ maieſtatis.*

7 *Crimen læſæ maieſtatis committit ille, cuius opera iniuſſu principis obſides liberati ſunt. & nu. 19.*

11 *Cõgregans armatos in ciuitate à quibus oritur moueturq; ſeditio committit crimen læſæ maieſtatis. nu. 16. 17. 18.*

12 *Tractatum faciens de ſumendo arma aduerſus regem, crimen læſæ maieſtatis committit. num. 22.*

13 *Conſilium dans hoſtibus in perniciem regis cõmittit*

mittit crimen læſæ maieſtatis.nu.23.
14 *Crimen læſę maieſtatis committit ille, qui hoſtes ſollicitat, ut arma ſumat contra regem. num.24.*
15 *Item, ſi quis concitauerit exercitum regis ad tumultum.nu.25.26.27.28. 29.*
19 *Seditioſus quis proprie dicatur.*
20 *Seditio quid ſit.*
21 *Congregans gentes, ut faciat ſeditionem, ſi non ſequatur effectus an puniatur.*
28 *Filius non præſumitur, quòd ſit diſſimilis patris.*
30 *Crimen læſę maieſtatis non committit ille, qui fuit cum hoſtibus citra uſum armorum, & quaſi per caſum.*
31 *Crimen læſæ maieſtatis committit ille, qui quo modo opem hoſtibus tradit.nu.37. & 38.*
32 *Item committit tradendo victoriam hoſtibus. nu 39 40 & 41.*
33 *Item committit tenendo arcem contra uoluntatem principis nu.42.44.*
34 *Item committit tradendo arcem hoſtibus. nu. 45.46.*
35 *Item committit bellum gerendo cum hoſtibus regis abſque permiſſio principis.num.47.*
36 *Item committit creando magiſtrum militum abſque licentia principis.nu.48 49.*
43 *Literæ regis non ſunt ſemper exequendæ.*
50 *Crimen læſę maieſtatis committitur recuſando exercitum ſucceſſori tradere. num. 64 65. 66 67.*
51 *Item committitur de relinquendo exercitum regis, & accedendo ad hoſtes. nu.68.69.70. 71.72.*
52 *Crimen læſę maieſtatis committit, qui ſub iureiurando promiſit, ſe proditurum regem. num.73.*
53 *Item committit inducendo exercitum regis in inſidias.nu.74.*
54 *Item committit relaxando hoſtes regis captos. num.75.*
55 *Item committitur per eum, cuius opera factum eſt, ut fideles regis deſiderentur. numero 76.*
56 *Item committitur per eum, cuius opera factum eſt, ut rex exteræ nationis regni non obtemperaret.nu.77.*
57 *Item committitur per eum, cuius opera factum eſt, ut hoſtes iuuentur pecunia, iumentis, & alijs.nu.78.*
58 *Item committitur corrumpendo ſtatuas imperatoris iam conſecratas.nu.79.*
59 *Item committitur per eum, cuius opera factum eſt, ut ciuitas caperetur.nu.80.81.82.*
60 *Item committitur per eum, cuius opera factum eſt conſilium de occidendo rege. numero 81. 83.*
61 *Item committitur per eum qui ficte caſſauit ſodales, ut accederent ad hoſtes.nu.84.*
62 *Item committitur per eum, qui machinatur de non præſtanda obedientię regi. numero 85. 86.*
63 *Item committitur per eum, qui falſum in tabulis publicis conſcribit in læſionem reipublicę.*
69 *Conatus punitur in crimine lęſę maieſtatis.nu. 70.71.72 88.*
86 *Crimen lęſę maieſtatis non committitur verbis, & habet duo capita nu.90. & tam in primo, quàm in ſecundo capite poteſt in abſentes procedi. nu.91. & quę ſit pœna contemtorum in 1. & 2.cap nu.92.*
97 *Crimen lęſę maieſtatis committunt etiam conſcij, nuntij, & ſatellites nu.94. & an committatur per clericum.nu.96. & in hoc crimine proceditur ex officio.nu.97.*
98 *Copia denunciationis an detur in crimine lęſæ maieſtatis.*
99 *Defenſiones non dantur in crimine lęſæ maieſtatis inconſulto rege.*
100 *Iudex debet conſiderare in crimine lęſę maieſtatis perſonam deferentis, qualitatem teſtiū, & alia.*
101 *Fideiuſſoribus liberari non debet carceratus pro crimine lęſę maieſtatis inconſulto rege.*
102 *Tractatum, qui fit contra principem ſciens & non reuelans, qua pœna puniatur*
103 *Tortura etiam in crimine lęſę maieſtatis non infertur non prçcedentibus indicijs: tum omnes poſſunt torqueri.nu.104.*
105 *Accuſare omnes poſſunt in crimine læſę maieſtatis.*
106 *Filij puniuntur ex delicto patris in crimine læſæ maieſtatis.*
107 *Appellatio non permittitur in crimine læſæ maieſtatis.*
108 *Quando infames, & alij ad teſtificandum non idonei, ad ferendum teſtimonium de crimine lęſę maieſtatis admittantur.*

FISCVS.

1 ADhlre, & alia longe maiora ex fabricato proceſſu, ſi rectè inſpiciat, liquere dignoſcuntur. apparet.n. eundem intinctum eſſe crimine læſæ maieſtatis: ꝙ quidem q̄ ſit horrendū & atrox, nemo eſt, qui neſciat. conſtat aūt ex proteſtat.s, eundē inquiſitū miſiſſe literas, & nuntium hoſtibus, & rebellibus Cæſareæ maieſtatis: quo caſu crimen læſæ maieſtatis commiſit: ut habetur in l. 1. ff. ad l. Iul. maieſ. dum in indiuiduo dicit: item is, qui hoſtibus populi Romani nuncium uel li-
2 teras miſerit. †Nec obſtat, ſi dici poteſt, ꝙ illi, qui hoc deponit, ſit ſocius criminis, quia dato, quòd hoc ſit uerum cogitari debet, quod in hoc crimine ſocius criminis admittitur contra ſocium criminis: licet alias ſit ſecus; ut in l. 1 § diuus. ff. de quęſ.
3 & in l. quoniam liberi. C. de teſt.b. † Nec etiam obſtare uidetur, quod non ſit conteſtis cum alijs teſtibus examinatis. quia in hoc crimine læſæ maieſtatis nō obſtat ſingularitas teſtium, nec etiam uarietas; maxime quando contra aliquem inquiritur crimine læſæ maieſtatis in genere, nō de aliquo facto ſpecifico, ut hic factū fuit cum generaliter fuit inquiſitus de hoc crimine læſæ maieſtatis, & in ea informatione multa uerificantur, quæ tendunt non ad vnum ſpecificum actum criminis lęſæ maieſtatis, ſed ad plura, & teſtes ipſi concurrunt, & ſe cōcordant in eundem rei finem, ꝙ commiſit crimen lęſæ maieſtatis quo caſu id ſufficit, ut per multa late concludit Marſi. in conſ. primo. in primo. lib.
4 nu. 27. cum pluribus ſequentibus. † Item conſtat, quòd dum eſſet in urbe, pecuniā miſit hoſtibus regiæ maieſtatis, & ſic crimen prædictum clare commiſit; vt habetur in l. quarta. ff. ad l. Iul. maieſtatis.
5 † Nec obſtat, quod teſtes hoc deponentes ſint minores, quia in crimine læſæ maieſtatis admittantur teſtes alias inhabiles. & etiam infames; vt late concludit Marſ.
6 in conſi. ſupra allegato. † Imò minores in hoc crimine torquētur, ut habetur in l. de
7 minore. ff. de quæſt. † Item commiſit crimen læſæ maieſtatis eo, quia de eius conſilio factū fuit, ut obſides iniuſſu principis aufugerent, & liberarentur. hr̄ in l. 1. ff. ad le. Iul. ma. ex quibus omnibus ſimul iunctis debet ad mortem condemnari.

8 INQ. Sæpius dixi, quòd cautè procedentes prius factum bene calculatum & pōderatum proponunt, ac ius poſtmodū ex eo eliciunt cum ex facto ius oriatur, quam ob rem cū ex proceſſu ſimpliciter conſtet de miſſione literatum, & nuntij, non poteſt dici commiſſum eſſe læſæ maieſtatis crimen, non conſtito, ꝙ miſerit literas vel nuntium hoſtibus, quibus denūtiaret, opportunitatem eſſe capiendi ciuitatem, & dn̄um illius, uel aliquid aliud machinandi contra regiam maieſtatem. aliud ſi ad hunc finem non miſerit, nō incidit in crimen læſæ maieſtatis. ſecundū Marti. Lauden. in tra. de cri. læſę maieſtatis §. 2. ubi dicit, quòd requiritur, quod doloſe mitta. & ſequitur Ludo. de Ro. in conſi. 365 in fi. & Cæpol. in conſ. 17. col. 7. in prin & Oldra. in conſ 43. in 6. q. & Boe. in tract. de ſeditio. in 7. præmiſſo. num. 15.
9 † Quo uero ad id, quod dicitur de pecunia hoſtibus miſſa, replicatur, quòd tunc dicendus ſolum eſt aliquis cōmiſiſſe crimen læſæ maieſtatis, quando probatū eſt quod ſeruerit illum eſſe hoſtem, inimicū & rebellem domini: puta, quia ſeruiret in armis, aut conſilio contra dominum arg. tex. l. diues. ubi Bart. ff. de teſta milit. & voluit Aymo. Crauet. in conſ. 6. nu 72. in primo li. item tunc quoque, quando conſtat, dediſſe illud pecuniam, uel aliter auxiliū in damnum & pręiudicium dominij alias enim, ſi tantum conſtaret dediſſe ipſum pecuniam, non eſſe concludenter ꝓbatū; ut habetur latè per eundē Aymo. in d. cōſ. 6. nume. 87. uerſi. vndecimo arguitur. uide Fran. Cur. in conſ. 20. in cap. ſæpe numero
10 col. 11. † Quo uero ad id, quod obijcitur, ꝙ de eius conſilio factum fuit, ut obſides iniuſſu principis aufugerent, reſpondeo, quòd non apparet probatum, quòd id factum fuit dolo malo; ut requiritur ad hoc ut committatur læſæ maie. crimen. probatur d. l. 1. ff. ad legem Iul. maieſta. quo circa pręſupponendo, dictū inquiſitū dediſſe conſilium, ut dicti obſides aſportarent ad alium locum cā maioris ſecuritatis: ſi poſtea contrarium eueniat; uidelicet, ſi in itinere aufugiant, aut aliter liberentur, fa-

cis

tis defenſionis erit „ q́ dederat conſilium ad bonum finem. nam vt ſæpe dixi, nemo ſic præſumitur delinqu. re. l. merito. ff. pro ſoc. & ſic res erit clarior. debuit enim concludi, quòd de eius cōſilio, animo, & propoſito offendendi regiā maieſtatem ſciēter & doloſè actum fuit, ut obſides a iuſſu principis liberarentur: prout effectualiter liberati fuerunt: & ſic cuncta nō concludantur, ſed ſimpliciter probetur, quòd etſi dederat conſilium, ut obſides aſportarentur de una ciuitate ad aliam, & in itinere per hoſtes fuer erepti, & ſic res male ſucceſſer ꝗ non tamen ob id conſtare, quòd doloſè id fecerit, id quod omnino requiritur, ut in crimen læſæ maieſtatis quis incidat, conſilium porrò illud oportebat eſſe bonum, vel malum; ſed debet præſumi bonum legis authoritate, & fauore hoīs, & debet interpretari ab hoīe illo, qui conſilium dedit, ſecundum Bal. in l. 1. in 5. col. verſ. & not. quod conſilium. C. de ſetu. fug. itē conſiliū non obligat ad delictum, niſi procedat ad delictum ſpecificè; ſecundū eundem Bal. in d. l. 1. in 2. col. cum ergo non probet, quòd fuerit datū conſilium cōmittendum delictum, ſequitur, quòd non pōt dici, inquiſitū deliquiſſe, & ſic ex iſtis ceſſant allegata per
11 fiſcum. IVD Equidem optimè, & concludenter in medium attuliſti Inquiſitę, quę pro te facere videntur, adeò, ut pro Fiſco hucuſq; nihil video relictū Quare proſequere tu Fiſce, ſi alia habes in hoc eodem crimine. FISC. Alia quidem ſunt; nam & hic in patria ſua cōgregauit nonnullos homines armatos, qui paulo poſt commota ſeditione in ciuitate irrupetunt, in nōnullas domos magnatum illam ſedare conantium, quo caſu crimen læſæ maieſtati commiſit; vt habetur in ea. l. 1. ff. ad
12 Iul. maieſta. Item ſimiliter conſtat tractaſſe cum nonnullis exulibus & contumacibus, ut tempore aduentus hoſtium regię maieſtatis ſumerent arma aduerſus eandem regiam maieſtatem in fauorem hoſtium, & ſic crimen læſæ maieſtatis in
13 pri. capite commiſit: vt in d. l. 1. latius habetur. Item commiſit crimen prædictū ex alio, quia dederat conſilium hoſtibus, ut ſi vellent victoriam obtinere, accederent ex tali latere ciuitatis, & ibi præliarentur, & ſic in prædictum crimē incidit in primo capite, vt in d. l. 1. & ibi per Doc.
14 habetur. Item ulterius conſtat, ſolicitaſſe ſeipſum, & concitaſſe hoſtes, vt quàm ocyſſimè poſſent, ſumerēt arma aduerſus regiam maieſtatem, quo caſu crimen lęſę maieſtatis in primo capite commiſit, vt l.
15 3. ff. ad l. Iul. maieſt. Item conſtat concitaſſe milites, & ſodales exercitus regiæ maieſtatis ad tumultum & ſeditionem aduerſus ipſam regiam maieſtatem, quō caſu ſpecificū crimen læſæ maieſtatis in primo capite cōmiſit, ut in allegata. l. 1. continetur ff. eo. tit. & ſic ex oībus prædictis, & vnoquoq; ipſorum non video rationē, cur dici poſſit, non eſſe ultimo ſupplicio
16 plectendum. INQVI. Ad hæc nouiter obiecta facilis eſt reſponſio. quatenus ergo dicitur, eundem inquiſitum cōngregaſſe homines armatos in ciuitate a quibus mota, ac concitata ſeditione, nonnulla loca occupata & quędam alia facta crudeliter eſſent, ſciendū eſt, & non ſic committi crimen læſæ maieſtatis, niſi qñ id fiat in ciuitate Romana, vel alia nō agnoſcente ſuperiorem, vt no gl. in d. l. 1. ff. eo. tit. in uerbo, vrbe ſiut. & ibi Bart. & Alex.
17 in addi. Præterea non apparet concludēter probatum, quòd dolo malo cōſilium initum ſit, vt armati homines in ciuitate ſint, vt cœtus conuentus ve fiant, & homines ad ſeditionem conuocentur, animo, & intentione dictam ciuitatem debellandi, & vt principi auferatur nam tūc dato, quòd prædicta non fuiſſent facta in vrbe, vel ciuitate non cognoſcente ſuperiorē, vt ſupra dixi, committitur tamen crimē læſæ maieſtatis, quia offenditur regias maieſtas, vt plenè per Boerium in tractatu de ſedit. in 6. præſuppoſito per totum, per allegata per eum, & Bal. in conſil 59. in primo lib. & conſi 58 eod. libro, ſed ſi fuerint congregati homines ad finem, vt committeretur ſeditio, & ſic dolo malo committitur ſeditio tantum ſi non ad finem occupandi dominium eius ciuitatis
18 vel, vt ea debellaretur. Imò etiam dico quòd nec pœna ſeditionis poſſet plecti, ſtante, quia dicta congregatio gentium facta fuit ex priuata inimicitia, quàm habebat ipſe cum illis de Zechinis, & ut illi penitus extirparent, & nō animo cōmit-

tendi

tendi ſeditionẽ in ciuitate ipſa ut uoluit Boer. in tra. præd. &c de ſedi. in 4. præmiſſo circa finem. nec aliquid fuit ſequutum
19 procedendo ad aliquem actum. † Et ille dicitur propriè ſeditioſus, qui ſeditionem uel proditionẽ tractat de aliqua ciuitate uel caſtro habendo: uel dando cauſã faciẽdi guerrã contra publicam utilitatẽ, uel tractat facere nouitatem in ciuitate, uel bonum publicũ ſtatim mutat, uel tractat, ut fiat dominus terræ, uel alterius loci. ſecundum Bonifa. in tract. criminum in tit. de ſedi. & facit id, quod ſcribit Bal. in cõſ. 230. incip. decretũ domini. uol. 1. & ſequit Boer. in d. tracta. de ſedi. in 2. præſuppo.
10 † Eſt enim ſeditio quietis publicę perturba
11 tio. l. 1. & 2. C. de ſedi. † Et licet dicat Ange. in l. in eadem cauſa. ff. de vi. pu. quòd cõgregãs gentes animo & propoſito faciẽdi ſeditionem, licet ad alium actum nõ proceſſerit, quod teneatur eadem lege, attamẽ pulchre & late id tetigit Nicolaus Boer. in tra. de ſedi. in 7. & ultimo præſuppo. nu. 39. cum ſequẽti. & poſt multa uidetur cõcludere contrarium, ꝙ non eſt admiſſum
22 crimen læſæ maieſtatis. † Ad id uerò, qđ dicitur tractaſſe cum exulibus & cõtumacibus, ut tempore aduentus hoſtium ſumerent arma, & cætera, replicantur, ꝙ id nõ concludenter probatur, nã ad hoc, ut læſæ maieſtatis crimen committatur in eo, qđ dicitur debet probari, quod dolo malo id fecerit, aut requirit tex. in d. l. 1. & ſic, ꝙ tractauit cum dictis contumacibus, & exulibus, ſeu eis conſilium dedit animo & ꝓpoſito regiam regiam maieſtatem offendendi ut cõtra ipſam regiam maieſtatem arma ſumerent, quod quidem minime conſtat eſſe ꝓbatum, cum ſolum probetur dixiſſe, quòd tempore aduẽtus hoſtium regiæ maieſtatis deberent parati eſſe in armis. Id enim ad bonum, & malũ finẽ accipi poteſt, ad bonum, ut regiæ maieſtati poſſit ſuccurri ad malũ, ut poſſint hoſtes adiuuari, & cũ duplex coniectura poteſt ſumi, una includẽs delictũ, alia excludẽs, debet attẽdi illa excluſiua delicti, ut ſæpius dixi in ꝑce-
23 dentibus. † Quo uerò ad id, quod dicitur dediſſe cõſilium hoſtibus, quo iuuari poſſunt aduerſus regiam maieſtatem, reſpondetur ſimiliter non eſſe concludenter probatum, ut requirit tex. in d. l. 1. dum dicit, item ille. q. dolo malo fecit, ut hoſtes populi Romani conſilio iuuentus aduerſus rẽpublicã, nõ. n. eſt probatum dolo malo, id eſt animo & propoſito offendẽdi regiã maieſtatẽ (prout effectualiter offenſa fuiſſet & de facili offendi poterat ex illo cõſilio) datum fuiſſe illud conſiliũ, imò totũ econtra prætenditur cum ciuitas ex nullo alio latere eſt fortior & aptior ad reſiſtẽdũ quàm ex eo, quod nominatur in prętenſo conſilio dato, & ſic potius id uidetur actũ & conſultum, ut hoſtes ipſi inciderent in Scyllam cupientes euitare Charybdim, & ſic in fauorem ipſius regiæ maieſtatis. & ita præſumendũ eſt, ut euitetur delictũ. l.
24 merito. ff. pro ſoc. † Quatenus uerò dicitur ſolicitaſſe & concitaſſe hoſtes, ut citius uenirent aduerſus regiam maieſtatem, & dicendum eſt ex probatis & apparẽtib. in proceſſu, potius id fuiſſe actum in utilitatem regiæ maieſtatis, quam in fauorem hoſtium cum ſi eo tẽpore veniſsẽt hoſtes, proculdubio regalis exercitus, qui tunc tẽporis erat ualde potens, deuiciſſet eos. & ſi nimis tardaſſent, futurum erat ſecus, ſecũdum communem opinionem omniũ de cõſilio armorũ, maxime, quia fuerit auditũ pluries à d. inquiſito antè & poſt, ſe ob hanc cauſam ſolicitaſſe hoſtes ſub ſpecie amicitiæ, ut citius in laqueum inciderẽt, & de iure fictio tunc reprobatur, quando eſt mala, non quãdo eſt bona, ut hic. & ad bonũ finem, ut in Cle. 1. § quia uerò. & ibi
25 Car. de ſta. mona. Nec obſtat aliud, ꝙ opponitur, uidelicet, ꝙ concitauit milites ſodales regalis exercitus ad tumultum, & ſeditionem aduerſus regiam maieſtatem, quia reſpondetur, & dicitur, quod non eſt concludenter probatum, & taliter, qđ incideret in crimen læſæ maieſtatis, quia licet probetur dixiſſe militibus, quod non deberet mirari regia maieſtas, ſi milites & ſodales committerẽt ſeditionem & tumultum, poſtquam eis non ſoluuntur ſalaria, nõ tamẽ apparet id dixiſſe malo zelo, doloq; malo. ut requiritur ad hoc, ut crimen læſæ maieſtatis committatur. ut bene cõcludit Aymo Craue. in allegato conſil. 6. pri. nu. 87. potius enim id uidetur dixiſſe, non ut concitaret milites ad tumultum, ſed quia uerẽdum erat de tumultu, & ſeditione ob nõ ſolutionẽ ſalarij, quaſi diceret

quod

ꝙ id nõ deberet committi per regios officiales, quia potius deberẽt ſodales, & milites lætos regere & intertenere, quã eos in iram & deſperationem cõcitare, uerba enim dubia intelliguntur ſecundum intẽtionem proferentis, ſecũdum Bal. & doc. in c.ſi de benificio.de conceſſio.præbend. tanto magis, quia in præcedẽtibus uerbis, & rationibus habitis, fuit ad hunc effectũ ualde dictum, & inclinatum, & de iure uerba generalia & obſcura & declarant per p̃cedenti clara & aperta l. Titius §. Lucius. ff.de lib. & poſt.& ibi Bar.& l. legatorum. § fi.& ibi Bar.de l. 2.& l. ſi ſeruus plurium § fi.& l. cum filiabus de legat. primo.& l. qui non militabat § Lucio.ff.de hær. inſt.

26 ¶ Nec enim eſt curandum de uerbis, poſt quã conſtat de mente. l. quoniã indignũ. & ibi Bal.in uerſ. item no.cl 1.C.de teſta. in l.2.in 1.col.uerſi.not.quòd ubi,C.communia de leg. habetur per Spe.in tit.de inſtru.edi. §. nunc aliqua uerſic. pone teſta-

27 tor. ¶ Nec obſtat, quòd multi ſodales deponunt, quòd ob illa uerba maxima ira accenſi fuere; adeo, quòd ad ſeditionẽ & tumultum ipſos induxerunt, quia ad ideſt reſponſio, ꝙ uerba inſtituta ſunt ideo, ut per ea quiſque proferat cognitiones ſuas in notitiam alterius; non ut ſe fallãt. unde uerborum color non debet attendi; ſed ueritas cõſiſtẽs in contentione ſermonis, ſecũdum Spe.in tit.de aduo.§.nũc de exordijs uerſ.aduocatus ergo cũ in 6.col.& uerba taliter p̃lata debuerũt intelligi ciuiliter l.ſi cui.de ſeruit.& ibi Alex.& ſic ſi aliter intellexerunt, id proceſſit ex malo animo & dolo ipſorum, & quia qui vult diuertere ab amico, occaſionem quęrit; & non eſt imputandũ ei, qui bona fide uerſatus fuit. & ad id, ꝙ ſupra dixi, quòd potuit inquiſitus abſque metu incidendi in crimen læſę maieſtatis ſimulare ſe amicum hoſtiũ, & eos ſollicitare ad bonum finem, adde uidẽ dum d.Gramma.in deciſ.18. incip.in cauſa magnifici ac ſtrenui numero 6. cum ſe-

28 quen. ¶ Et tanto magis prædicto a non habent obſtare, cum conſtat curiæ omnes prodeceſſores inquiſiti fuiſſe & eſſe fideliſſimos Cæſareæ maieſtatis, & ſẽper fuiſſe ſequutos partes dictæ Cæſar. maieſtatis. p̃ſumẽdum enim eſt, eum nõ eſſe diſſimilẽ eorũ, ut inqu t Spe.in p̃œmio ſuo.in uerſi.cæterum.& habetur in l.quòd ſi nolit. §. qui mancipia.ff.de ædi. edi.. l.quiſquis.C. ad l.Iul maieſta.& firmat Neapol. in conſue.Neapoli,& ſi teſtator. in uerſ.diſponere, & proſequitur latè Gramma. in d deci-

29 ſio.in principio. ¶ Item conſtat ipſũmet nõnulla magnifica facta feciſſe in fauorẽ regiæ maieſtatis, propter q̃ uerisimiliter expectabat præmium, unde non ſit pręſumendũ, uoluiſſe illam diuertere a regis fidelitate, & perdere quicquid gratia autẽ promeritus eſſet, concurrente maximè bona fama cõſcientia, & legalitate ipſius.

30 ¶ Nec habet ei obſtare, quòd dum eſſet in urbe, eòq; adueniſſent hoſtes, cum eiſdẽ conuerſatus fuerit: quia ad id bene reſpõdetur, quòd hoc non obſtat, cùm non ipſe dolo malo acceſſerit eò, ut ualeret conuerſari & commorari cum hoſtibus, ſed quæ ibi haberet negotia, exequeretur. ſi autem poſteà ibi repetijt hoſtes, & cum eis conuerſatus fuit, non ob id commiſit crimen læſæ maieſtatis, ſi modo cum ipſis nõ fuit in uſu armorum in opem eorũ, ut bene cõſuluit Oldra.in ſuo conſi.43 in 2. colum. uerſi. circa ſextam. & proſequit latè Grã. ubi ſupra.num.14 cum ſequentibus. & ſic ex iſtis omnibus ſimul iunctis nemo ſani capitis dicet, eum incur. iſſe in crimẽ lęſæ

31 maieſtatis.† I V D. Hæc omnia in facto conſiſtere uidentur, & non eſt dubitandũ, ſi aduerſus illa capitula criminis lęſę maieſtatis obiecta per Fiſcum hę defenſiones propoſitæ competierint, potius iudex debeat declarare, non eſſe incurſum crimẽ læſæ maieſtatis, quàm aliter, quare proſequere Fiſce, ſi alia habes, in eodem genere crimines. F I S. Omnia contenta in 1.& 2. capite criminis læſæ maieſtatis hic talis cõmiſit idcirco ſi p̃dicta non ſufficiunt, ſequentia certè uidebũtur ſufficere. in primis autẽ mirifice ipſum, dum in urbe eſſet, gratificatum eſſe hoſtibus conſtat, iã dando equos, iam pecuniam, iam innumera, alia pro eis faciendo, ex quibus apparẽter, & uere regia maieſtas fuit offenſa, quo caſu nulli dubiũ eſt, pſũ incurriſſe læſæ maieſtatis crimen, ut apparet & cõſtat ex tex.l 3.ff.eo.tit.ad l.Iul.maieſt.

32 ¶ Itẽ ex alio commiſit crimen læſę maieſtatis tradendo victoriam hoſtibus doloſe & per induſtriam, cũ aliàs poterat habere victo-

victoriam in fauorē regię maieſtatis, quo caſu prædictum crimen committit, ut in
33 d. l. 3. habetur. † Item quum ſe cōtuliſſet in caſtrum & arcem ciuitatis Brundiſij, & pluries fuiſſet ei iniunctum & ordinatum nomine regiæ maieſtatis, ut inde diſcederet, ſemper tenuit tenendo dictam arcem contra uoluntatē principis, quo caſu reus eſt criminis læſæ maieſtatis, ut ea leg. 3.
34 † Item ex poſtea ſuperuenientibus hoſtibus dictum caſtrum eiuſdem tradidit & cōceſſit, incipit etiam propterea in dictū cri-
35 men, ut ibidem habetur. † Itē dum eſſet cum exercitu in confinibus regni abſque permiſſu & licentia principis, bellum geſſit cum hoſtibus & inimicis regiæ maieſtatis. & dictū crimen ob id cōmiſit, ut in
36 d. l. 3. habetur. † Item creauit magiſtrum militū abſq; pmiſſu & ordinatione principis, & exercitum præparauit. cōmiſit etiam ob id dictum crimen, ut ibi habetur & hoc procedit etiam ſi proſperè ei ſucceſ-
37 ſit, ut per Alber. in d. l. 3 ¶ I N Q V I S I. Ex infra dicendis patebit prædicta illa parum aut nihil ueritati officere. ¶ Et iō ad primum de ope. præſtita reſpondeo, quòd non ex hoc commiſit crimen lęſę maieſtatis, quòd donauit equos & pecuniā hoſtibus, quia nō in perniciem & lęſionem regiæ maieſtatis id fecit, ſed potius quodā metu, ne in quorum manu iam eſſet, incōmodi quippiā ab ijs acciperet. & licet contrahatur amicitia cum hoſtibus, dummodo non fiat in perniciem & præiudiciū regię maieſtatis, nō incurritur in crimē pdictum, ut ſuprà dixi. & habetur per Aymo. in ſupra allegato conſi. & per Gramma. in d. deciſio. 18 num. 6. cum pluribus ſequen-
38 tibus. † Imò crimen læſæ maieſtatis nunquam committitur, niſi publica principaliter lędat maieſtas. l. 1. in prin. & l. 3. cum gloſ. 1. 3. 4. & alijs ff. ad l. Iul. maie. & not. Azo. in ſumma. C. eo tit. & eſt generale, ut is demum dicatur offenſus, in quem principaliter fit offenſio, adeò, ut ſecundū Bal. in l. 1. C. de princi. Cor. prope fi. quando maieſtas publica læditur ſecūdario, nō dicatur cōmitti crimen læſæ maieſtatis. & habetur latiùs per do. Alber Bru. in conſi. 98. incip. uiſo proceſſu inquiſitionali, &c.
39 † Quò uerò ad id, ꝙ dicitur quòd tradidit uictoriā hoſtibus, &c. replicat primò quòd non conſtat ad illum per induſtriā feciſſe, & doloſè, animoque lædēdi regiā maieſtatem, & opem tradendi hoſtib. ut requiritur per allegata per Fiſcū, nec conſtat, quòd aliàs poterat habere uictoriā in fauorem principis. id enim depēdebat ab euētu & fortuna, nec erat in ptāte ipſius imò prorſus ediuerſò conſtat, ꝙ totis viribus nixus fuit ad habendam uictoriam, & ita pręſumendum eſt, cū unuſquiſq; appetat naturaliter honorem. ſecūdū Spec. in tit. de cita. §. 1. uerſ. delegatus quoque.
40 † Nec ei obſtare debet, quod aufugit, & ſic uictoria ceſſit hoſtib. qa ad hoc reſpōdeo, quòd id fuit propter timorē mortis; non autem, ut hoſtibus daret uictoriā, metus enim mortis ipſum habet excuſare. ſecūdum Bar. in indiuiduo in l. ob turpem. in uerſi. idem dico. ff. de condi. ob tur. cau. & firmat Grammati. in d. deciſio. 18. non enim debeat expectare periculū. & ſic ſe periculo exponere, ut dixit Inno. & Bald. in cap. 1. quod met cauſ. hinc. dixit pulchrè Luc. de Pen. in l. ſi coloni. C. de agri. & cenſi. li. 11. ꝙ ſufficit timere ſaltē proba-
41 biliter, & ſi non iuſte. † Secundò principaliter reſpondetur. quòd ſi rectè inſpiciat, nullam uictoriā habuerint hoſtes, uel ſaltem talem, ut aliquid acquiſierint, ſeu aliquod damnum, & præiuditiū regiæ maieſtati ſit illatum: tex. enim in l. 3. intelligit de notabili uictoria, ex qua fuerit cauſatū aliquod graue intereſſe ipſi regiæ maieſtatis, puta, pditio, alicuius terræ, caſtri, ciuitatis, uel occiſionis exercitus, uel maioris partis ipſius, & ꝙ id p inſidias & induſtriam factū fuerit, puta, ſi duxerit exercitum per eum locum, ubi erant inſidię ꝑparatæ, quum hoc ſciret. argu. text. iūcta glo. in uerbo, falſa indicia in l. 3. ff. de ſica. hic autem nulla perditio, nullumq; graue intereſſe ſucceſſit: ſolūm. n. perierunt cētum ſodales, & ex parte aduerſa quīquaginta, ut ſic dici poſſit illud uulgare. Af-
42 fricapiāge, Italia non ride. Ad id uerò, ꝙ dr, quòd caſtrum tenuerit circa uoluntatē princ p. s, & quòd uoluerit relinquere ad iuſſionem principis, reſpondeo, ꝙ non conſtat ipſum id feciſſe, ut principi nō obediret, ſed quia ſtantib. ſuſpitionibus belli, & quia hoſtes erant proximi, dubitaui num eſſent uerę prouiſiones regiæ maeſtatis

ſtatis. imò etiam uerisimiliter uidebantur ſuſpectæ, quum paulo ante recepiſſet literas, quibus præcipiebatur, ut benè & diligenter arcē cuſtodiret. † Et quando uerisimiliter dubitatur de ualiditate, & ueritate literarum, non ſunt ſemper exequēdæ ſed reſcribendum eſt princip: ſecūdū Bal. in conſ 64. in prim. 2 parte. ut hic fecit, eū princ. p reſcripſit, & ſuperueniente noua iuſſione ipſius principis, obediuit. † Et de iure licet quis non paruerit pri. præcepto non incidit in pœnam, ſi paruerit ſecundo. glo. & Ang. in auth. de non aliena. §. qua uerò. colla. 2 & per Specul. in tit. de contumacia. §. 4. uerſi. quid ſi duobus. † Quatenus uerò dicitur dictum caſtrum hoſtib. tradidiſſe, reſpondeo, non cōſtat, id doloſè ipſum feciſſe, & per induſtriā, ut requiritur. ſecundum Capi. in deciſi. 230. a te diuersò magis conſtat, id ſucceſſiue coactè, quia dum uoluit arcē prædictam tradere ei, cui princeps reſcripſerat tradi debere ſuperuenerunt hoſtes ex inſidijs iam præparatis, & magno impetu eam occupauerunt abſq; facta & culpa ipſius, quia occurrere & præuidere maluiſſe. quo caſu non tenet, ut ibid. per Cap. † Nullus enim dolus poteſt huic conſiderari, & in imponendis pœnis corporalibus requiritur dolus. ſecundū Bald. in l. quicunque. 7. col. C. de ſer. fugi. Pau. de Caſt. in conſ. 160. & conſ. 192. † Ad id uerò, quod dicitur quòd bellum geſſit cum inimicis abſq; permiſſione principis, reſpondeo, quòd id proceſſit abſque dolo & culpa ipſius: ſed facto inimicorum, qui ab improuiſo inuaſerūt eū quo caſu id quod fecit, fuit eius neceſſariam defenſionem, & ſic ipſi non eſt imputandum modo aliquo, quia id ipſi licebat cùm defenſio contra uiolentiam eſt de iure naturali, ut in pri. diſtin. ius naturale. l. ut uim. ff. de iuſt. & iur. l. 1. C. vñ ui. nec aliquis cedere dēt ulli. l. 3 §. ſi ad diem ff. de re milita. l. penu. C. de tempo. in integ. reſtit. imò adeò permittitur defenſio, ut ſi quis ſe non defenderit, cum potuerit peccaturus ſit 23. q. 3. non inferenda. & ca. fin. & c. quantæ cum gl. & doct. extra de ſenten excomm. & 3. q. 1. c. nulli. & c ſequen.

48 Quatenus uero dicitur creaſſe magiſtrū militum abſque permiſſione principis, reſpondeo id fuiſſe abſque culpa & dolo ipſius, & proceſſiſſe facto ſodaliū, & militū qui acceſſi magno impetu & furore animi contra magiſtrum militū a principe creatum, ipſum occidere uolebant, & transfugere ad hoſtes. quod quidem quum facile ille ipſis eſſe animaduerteret, ſimulq; quauis ratione iſti malo occurrendū putaret, creatiōe alterius magiſtri in ſolita ipſos regiæ maieſtatis obedientia retinere coactus eſt. & de iure, ut euitetur maius malū, permittitur minus l. ſi procurator rei. de doli excep l. exigendi. C. de pcurator. & l. ſub prætex. C. de ſacr. ſan. eccle. & c. nō magno. ne cleri. uel mo. glo. & textu 32. q. 4. dixit. Sarra. glo. & Card. in Cle. prim. in princ. de hæret. Malum enim reſpectu boni ex malo ſequentis toleratur ut nu. 3. di. c. deniq; 13. di. c. uerui. Alex. in conſil. 419. Item mala ſunt toleranda ratione pacis. ut 23. q 3. per totum. & cauſa ſcandali uitandi. ut 32. q. 1. ca. hac ratione, per Archi. quicquid autem ipſe fecit factum oſtenditur, ut euitaretur maius malum, et ad euitandum ſcandala, & ex cauſa pacis & concordiæ, non autem ad offendendum regiā maieſtatem. & ſic non poteſt dici cōmiſiſſe crimen læſæ maieſtatis. † Ad id uerò quod dicitur, ꝙ exercitum præparauit reſpondetur id non fuiſſe actū in exitiū rei publicæ, uel publicæ maieſtatis, ſed in ipſius honorem & utilitatem: quo caſu non committitur crimē læſæ maieſtatis, ut habetur. per Alber. Bru. in conſi 69. uiſo proceſſu inquiſitionali. ¶ IVD. Huculque quàm optime uideo defenſatā opinionē inquiſiti, & etiam ſi alia non concurrunt, proculdubio tamen Fiſcus inaniter laborauit. FIS. Dixi, & dico quòd omnia capitula tam in primo, quàm in ſecūdo capite contenta, per eunde fuerunt commiſſa. & ideo ſi pdicta nō ſufficiunt, alia certè omnino ſufficere debent. † Et ideo dico, ꝙ ex alio ſic talis læſæ maieſtatis crimē cōmiſit, quando quum eſſet cum exercitu in prouincia ſibi commiſſa, exercitum illi ſucceſſori tradere recuſauit, ut habetur in l 4. ff. eo. tit. ¶ Item, quia deſeruit & dereliquit exercitū populi Romāni, uel regiæ maieſtatis accedendo ad hoſtes. quo caſu crimen læſæ maieſtatis in primo capite cō miſit, ut in ea. l. 4. habet. † Itē, quia dum ibi eſſet, ſub iureiurando pmiſit ſe factu-

rum proditionē aduerſus ipſam regiam
maieſtatem,& ad id iuſiurandum induxit
etiam ſuum ſocium,qui ſimiliter ob id in
53 vinculis adſeruatur. vt in d.l.4. Item quia
exercitus regiæ maieſtatis per eundem in
inſidias deductus,& hoſtib.proditus fuit:
incidit enim & propterea in dictum cri-
54 men, vt d.l.4. Item ex alio,quia præ ma-
nibus habuit nōnullos rebelles, & hoſtes
regiæ maieſtatis, & facto ipſius non per-
uenerunt in poteſtatem ipſius regiæ ma-
ieſtatis.& ſic quoq; commiſit crimen læſę
55 maieſtatis,ut ibidem hr̄. Item quia cuius
opera & induſtria dolore malo nonnulli
ſubditi Cæſ. maieſtatis ac fideles rebella-
uerunt,& effecti fuerunt hoſtes ipſius.in-
cidit & ob hoc in dictū crimen, ut d.l.4.
56 Item quia cum Rex Angliæ fuerat in ꝓ-
cincto obtemperandi regiæ maieſtati, &
ad eius fidelitatem perueniēdi, adeò ipſi
perſuaſit animo offendēdi ipſam regiam
maieſtatem,ut minus ei obtemperauerit,
dictum propterea crimen & hinc com-
57 miſit,ut ibidem. Item, quia ut eius dolo
malo,& opera factum eſt, quò magis ob-
ſides,pecunia,iumenta hoſtib. populi Ro
mani darentur aduerſus rempublicam,&
regiam maieſtatem:commiſit etiam pro-
58 pterea dictum crimen, ut in ea.l.4. Item,
quia ſtatuas, & imagines imperatoris iā
conſecraras corrupit animo offendendi
regiam maieſtatem incidit etiam in di-
ctum crimen,ut in l.qui ſtatuas. ff.eo.tit.
59 Item,quia dolo eius factum fuit,ut non-
nullæ ciuitates proderentur hoſtib. quo
caſu quoq; in dictum crimen incidit, ut
60 in l.1.ff.eod.tit. Item, quia tractatum &
factionem fecit cum hoſtibus de occiden
do principe,& eius collateralibus in eius
damnum,& pręiudicium,ac manifeſtam
læſionem,commiſit.hic ēt dictū crimen,
vt hr̄ in l. quiſquis. C. ad leg. Iul. maieſt.
61 Item,quia adeuntibus, complures mili
tes & ſodales caſſauit fictè, & hoc, vt ac-
cederent & confugerent ad ipſos hoſtes,
quo ipſi commodius bellum gererēt ad-
uerſus principem commiſſum, & hic cri-
men læſæ maieſtatis eſt, ut in extrau. qui
ſint rebell.& ibi Bar.in gl. in uerbo, occul
62 te. Item, quia nonnullas machinationes
cum pluribus fecit, ut adueniente princi
pe ei nō præſtaretur obedientia.commiſ-
ſum & ſic eſt dictum crimen, ut in d. ex
63 trau.& ibi Bar. Item falſum in læſionem
reipublicæ & regiæ maieſtatis conſcripſit
in tabulis publicis,incidit ſic quoq, in di-
ctum crimen,ut l.1.ff.eo.tit.ad l.Iul.maie
ſta.& hæc oīa capitula continentur in pri
mo capite,ut bene not.Capi.in deciſ.130.

INQVIS. Vt prius abs te obiecta nihil
nobis officere Fiſce clare demōſtraui, ſic
etiam hęc nihil obfutura eſſe demonſtra-
64 turum me confido. Et reſpondendo per
ordinem dico ad primum, quatenus dr̄
non tradidiſſe exercitum ſucceſſori,ꝙ re-
ctè conſiderando proceſſum,minimè ap-
pareat probatum,ut dici poſſit commiſiſ-
ſe læſæ maieſtatis crimen,cū non conſtet
dolo malo feciſſe, quò minus exercitus
ſucceſſori traderetur,ut requirit, quia in
atrociſſimis ſolus dolus punitur,& nō la-
ta culpa.l.in lege Cornelia. ff. ad l.Corn.
de ſicar.de quo per Bart.in l.quod Nerua.
ff.depoſi.& l 1 § non autem.ff.ſi quis teſt.
lib.eſſe iu.fuer.& crimen læſæ maieſtatis
eſt de atrocioribus.ut appareat tā ex pſona
eius, qui per illud offenditur, quàm etiā
ex genere pęnæ, quæ imponitur pro hu-
iuſmodi crimine, ꝙ etiam ſatis expreſſit.
gl. C.de adult. in rubr. quocirca pęna hu-
iuſmodi criminis duntaxat punitur, ille,
qui doloſè ſic peccauit. quod videtur ſa-
tis exprimi in l. 1. & multis alijs. ff. ad l.
Iul.maieſta. & in indiuiduo habetur per
Bertran.in conſ.149.in 1.lib.imò conſtat
non tradidiſſe exercitum, ut eſſet inobe-
diens, & offenderet regiam maieſtatem,
ſed ex eo, quia literæ, quæ præſentabant
65 ei p ſucceſſorē,videbantur ſuſpectæ. Eo
quidē,quia carebant data diei,anni.men-
ſis, & loci: conſtat autem literas debere
continere locum,tempus, & datam,ſecū-
dum Bald.in addi. Spec. de reſcript. pœn.
uerſ.litera ibi Spec.§.4 uerſic. item quòd
66 non eſt ibi: locus. Et literę malè forma-
tæ non debent exire de cancellaria. l.fi.&
ibi Bart. de diuer. reſcript. debet enim in
eis ſeruari ſtilus,aliàs non ſeruantur, ſe-
cundum Hoſtien.in cap.noſtram. de re-
ſcript. quia quando ſunt contra conſue-
tudinem,ſunt erroneæ, & eis non eſt cre-
dendum. l fin.& ibi Bart. C.de cano.præ-
67 ſta. lib.10. Et ideò non immeritò dixit
Bal.in conſi.64.in primo lib. quòd literę
prin-

principis non ſunt ſemper exequendę, ſed reſcribendum eſt principi, ut hic talis fecit, & alteta ſuperuen ete iuſſione prin cipis ei paruit, & ſic aliquis dolus in eo cō
68 ſiderari non poteſt. † Ad ſecundum uerò, quod obijcitur, quod uidelicet deſeruit exercitum accedendo ad hoſtes, reſpondetur, quòd non poteſt hunc talē dici deſeruiſſe exercitum, cum ſtatim reuerſus fuerit arg tex.l 3 ff.de d.uor. & ff. de ti. nup. l.plerunque. ff.de dona. inter uir & uxor. l. ut mulieri proc ſſit enim id calore iracundiæ, & abſque aliqua offenſione regiæ maieſtatis illico reuerſus fuit. quanquam etiam poteſt ad hoſtes accedi, ut non cōmittatur crimen læſæ maieſtatis, ſi uidelicet id fiat citra armorum uſum, & opem ſecundum Old.in conſ.43.in 1.col.uer.circa ſextam, & Gramma.in deciſ.18.
69 FIS. Atqui in crimine læſę maieſtatis uel ſolus conatus punitur. ſecundum Pau. de Caſ.& Arg.in l.1.§.ſi. ff. quod quiſ.iur. & ibi Alex.& Iaſ.& Fel. in tra.de cona. in 4.col.verſi.& ideo dicit Bar. & Mar. Laud. in tract.de crimine læſæ maieſtat. §.19.& ſequitur Boer.in tract.de ſeditio. in ſepti-
70 mo, & ultimo præſuppo. nu.43 † Imò ſi bene hic aduertatur, nedum adeſt conatus ſed plena conſumatio delicti, nam attenta re idem eſt, quod ad aliquem actum procedete.l.ſi quis non dicam rapere, & ibi per oēs.C.de epi.& cleri.& in auth.habita. ne fi.pro pat.tractare, eſt colloquium habere qualiter quid geri poſſit. c. cum olim. de arbi.c.dudum de re.eccle.non alienā.procedere, eſt proſequi incoacte, & maleuolum actum animi.& propoſitum conari producere ad finē.l poſſeſſio. ff.de uſucapio.conſumate delictū, eſt id facere, quo incipiat eſſe delictum. unde aliqui dicunt delictū eſſe conſumatum, quando lex punit conſilium principaliter, non acceſſorie. l. 1.§. perſuadere. ff. de ſer. corrup. & quædam non conſumata in opere, ſunt conſumata in crimine, quia factioſam uoluntatem notant: & multò fortius factioſam factionem.l.quaſitum ff.qui & à qui.& tales ordientes lex cenſet reos, quia poſt factum non haberent iudicem punitorem. debet autem hab ret ictum ultorem.l.qu ſquis. Cald. in ma eſta. & habetur per Bald. in conſilio 4 vol 4 & Boer.in d.tracta.de ſe-

di.ubi ſupra. hic autem deſeruit exercitū, & acceſſit ad hoſtes, ergo conſummauit delictum, & ſic puniendus eſt de eo crimine læſæ maieſtatis obſtat tamen tex in l 4 §. is qui ad hoſtes. ff.de re militar. ſed an tal tem minoretur pęna, & videtur, ꝙ ſic.leg. non omnes deſertores.in princ ff.de re militari.iuncta gloſſ. cogita ſuper prædictis.
71 INQVIS. Non ſimpliciter dicit text in l. 3. puniri crimine læſæ maieſt. eum, qui exercitum deſeruit, ſed dicit, eum qui imperium exercitum, vt deſeruerit, quaſi dicat eum committere crimen læſæ maieſtatis in hoc capitulo, qui iuriſdictioni, & poteſtati imperij ſuppoſitus ab obedientia realiter ſe ſubtrahit, & hoſtiſq; animū aſſumit, & domini ſui aduerſarius fit, ut declarat Old. in d. conſil 43. hic autem tametſi exercitum deſeruit, nō doloſè id fecit tamen, animoq; offendendi regiā maieſtatem, nec imperium deſeruit.& ſtatim ad obedientiam reuerſus fuit, nec aliquid machinatus fuit cum hoſtibus, uel intra ſe contra perſonam principis, uel eius honorem, nec cum hoſtibus inſequutus eſt principem, & gētem eius, ut requiritur, priuſquàm quis poſſit dici rebellis, & committatur crimen læſæ maieſtatis, ut d. Bar.in extra.qui ſint rebel.in glo.faciunt, ubi caſus hic deciditur, & ſic non obſtant allegata in contrarium, quæ tum quidem procedunt; quādo foret facta machinatio cōtra perſonā principis, uel ipſius collateraliū in eius damnum, de ipſo, uel ipſis occidēdis, uel aliter prodendis, uel de lædēda republica, quorum neutrum hic interuenit
72 ergo ceſſant. † Imò ſi quis has machinationes, & coniurationes feciſſet, uel iis conſenſiſſet, poſtea quam pœnitētia ductus reuelaſſet principi, potius eſſet remunerandus, quā puniendus.ut l. quiſquis.§ ſanè ſi qs. C.ad l.Iul. maieſt ſic ergo etiam dicamus in iſto, qui non fecit cōiurationes, ſed tñ deſeruit exercitum accedendo ad hoſtes, & illico reuerſus fuit pœnitentia ductus.
73 † Ad tertium, uidelicet, ꝙ ſub iureiurando promiſit hoſtibus ſi prod tionē aduerſus regiam maieſtatē in factū, reſpondetur, ꝙ id fuit periurium & metum, quo caſu non tenetur crimine læſæ maieſtatis; ut per Gramma.in d.deciſ.18. Item, quia reuerſus ſtatim; ac ſpōte id reuelauit & pateſec t

tefecit principi,& effectus nõ fuit ſequu-
tus:& ſic excuſatur,& præmio eſſet afficiẽ
dus ut in d.l.quiſquis §.ſanè ſi quis. C.ad
74 l.Iul.maieſta.† Ad id,quod dicitur,quòd
exercitus per eũ in inſidias deductus fuit,
& hoſtibus proditus,reſpondetur, ꝙ non
probatur dolo malo,ſcienter, & appẽſatè
id factum fuiſſe;ut ſequit̃ text.d.l.4 ubi
gratia;quòd ipſe ſciens,ubi eſſent inſidiæ
hoſtium præparatæ,illuc exercitum duxit
eũque ipſis hoſtibus prodijt animo & intẽ
tione offendendi regiam maieſtatẽ. atqui
contrarium ponitur, quum conſtare dici-
tur, ei iniunctum fuiſſe per ipſum princi-
pem,ut exercitũ duceret in eſ finia regni;
cui ꝓcepto neceſſe erat parere.num.14. q.
1.c.quod ꝑcipitur.& per Card.in cle. ſi.de
æta. & qualita. & tale præceptum domini
excuſat a pœna; ut habetur per Spe.in tit.
de feud.ſſ.quoniam.uerſi.15. quæritur, &
nõ obedire præcepto,eſt peccatum, & pu
nitur.c.ſi.14.q.1. Nec poteſt ei aliqua cul-
pa imputari,quia acceſſit per uiam rectã,
ſolitam,& conſuetam:& non per uiam in
ſolitam.quo caſu de eo,quod per uiam ip-
ſam acciderit,non tenetur,ſecundum Bar.
in l.2.C.de naui.non excu.lib. 11 & Bald.
75 in l. 3. C.de nauti. fœno. † Ad id uero, ꝙ
dicitur habuiſſe præ manibus nõnullos re
belles regiæ maieſtatis,& facto ipſius non
perueniſſet in poteſtatẽ principis; primò
reſpondetur,quòd non tenetur crimine læ
ſæ maieſtatis,quia ignorauit illos fuiſſe re
belles,& ſic non dolo malo fecit,quò mi-
nus peruenirent in poteſtatem regiæ ma-
ieſtatis.ut requiritur per d.l.4. dum ibi di-
citur, factũve dolo malo cuius dicet,quò
minus hoſtes in poteſtatem populi Roma
ni veniant.& probatur ĩ l.Metrodorum.
ff.de pœn.iuncta gl.Secundo reſpondetur
ꝙ minime conſtat factõ ipſius euaſiſſe, &
dolo malo, ac per induſtriam, ſed potius
conſtat euaſiſſe caſualiter, & abſq; ipſius
culpa,& ſic ei non eſt imputandum ad cri
mẽ læſæ maieſtatis, quòd tunc cõmiſſum
foret,ſi ipſos aufugere feciſſet,non perue
nirent in poteſtatẽ principis,& principa-
liter,ut læderet ĩpſa regia maieſtas, ſecus
ſi aliquid factum fuit,quod non principa
liter in læſionem principis tendit. quia li-
cet ſecũdariò, & per quandã cõſequentiã
poſteà læditur,non committitur tamẽ cri
men læſæ maieſtatis, ut habetur per Alb.
76 Bru.in allegato.conſi.69 † Quatenus ve-
rò dicitur quòd eius dolo factũ eſt, ut nõ
nulli ſubditi Cæ.ma.ei rebellarent & ho-
ſtes efficerentur,replicatur,quòd licet ve-
rum ſit, id quod prætenditur probatum,
quòd uidelicet peſſime tractaſſe ſubditos
iſtos,& quòd nimis eos angariaſſet,nõ ta-
men ex hoc poteſt dici ipſum incidiſſe in
crimen læſæ maieſtatis,quia id nõ proba-
tur factum ad effectũ ut hoſtes regiæ ma-
ieſtatis fierent, & ut rebellarent,idq; dolo
malo, ac per induſtriam, ut requiritur in
d.l.4 quo caſu licet ſecundariò,& per quã
dam conſequentiam lædatur regia maie-
ſtas,non tamen committitur crimen læſæ
maieſtatis,per ea,quæ proximè dixi.
77 † Ad illud uerò, quod dicitur, quòd eius
opera dolove malo factũ eſt, quò minus
rex exteræ nationis, principi ob.ẽperaret
reſpondetur,quòd non conſtat fuiſſe per-
ſuaſum regi,ut nõ obtemperaret maieſta-
ti Cæſa.per induſtriam ac dolo malo. ete-
nim licet dum tractaretur de illo reducen
do ad Cæſ.fidelitatẽ, dixerit, ac ei perſua-
ſerit,quòd ſi ad fidelitatem principis ueni
ret,deberet eam omnino ſeruare,aliàs ma
le ſucceſſiurum, quia ſoleat princeps egrè
ferre refractariolos,non tamẽ id dixit ani
mo & intẽtione offendendi regiam maie-
ſtatem, ſed potius animo perſuadẽdi eius
fidelitatem pro omni futuro tempore, &
quamuis rex propter illa uerba ſe retraxe
rit ab intentione iurandi fidelitatem,non
tamen poteſt dici commiſſum crimẽ læſæ
maieſtatis, cum non principaliter illa uer
ba fuerint dicta ad illum effectum ſed po-
tius ad bonum, quo caſu habet locum di-
ſtinctio Bart.in l.nõn ſolum. §. ſi mãdato
ff.de iniur.in 2.colum.ſeu tertia,ubi cõclu
dit,quòd aut perſuadetur delictum,& tũc
nõ fit diſtinctio, an aliàs perſuaſus fuiſſet
facturus,an non,& an dolo id fecerit, aut
non perſuadetur delictum,& tũc ſit diſtin
ctio,an dolo malo id perſuaſum ſit,an nõ
& ſic cùm in caſu illo nõ ſit perſuaſum de
lictum,ſed bonũ,licet ex perſuaſione cau
ſetur delictum debet diſtingui,an perſua-
dens id fecerit dolo malo,an non.nam,ut
ſæpius dixi, crimen læſæ maieſtatis non
committitur, quando aliquid fit nõ prin-
cipaliter ut lædatur regia maieſtas, licet

ſecundariò,& per quãdam cõſequentiam lędatur. & quòd non ſit perſuaſum delictum, ſed bonum, & habens cõformitatẽ cum iure communi,patet in c. 1. qualiter
78 iu.de va.do. fideli. † Nec etiam obſtat, ꝙ dicatur,per eum factum fuiſſe, ut obſides, pecunia,& iumenta hoſtibus darent,quia reſpondetur duobus modis, primò quia non conſtat,ea ipſum dediſſe ſciẽter hoſtibus, id eſt ſciẽtem tunc temporis illos eſſe hoſtes.nec etiam conſtat,ea data eſſe in læſionem & preiudicium reipublicę & regię maieſtatis;quo caſu uerum eſt, committi crimen prædictum ut d.l 4 hęc enim qualitas eſt fundamentũ,ſine quo ceſſat dictũ crimen,& debet probari,quia eſt quędam qualitas animi, & debet ꝓbari, per teſtes, qui uiderint actu exteriores, ſecundum Bar.in l.ſi is,qui.§ diuus. in fin.ff. de tu. & cura.da.ab his. & plenè habetur per Aym. Crauc,in conſil.6. per totum, & probatur arg.text.l.ſi quis ingenuam.§.iu ciuilibus ff.de capti.& poſtli.reuer.& firmat Ange. in l.1 .ff.ad l.Iulia.maieſta. circa medium.
79 † Minimè etiam obſtare uidetur,quòd dicitur ſtatuas imperatoris corrupiſſe, q̃ id fortuito caſu, & nõ per induſtriã ac dolo malo euenit uno caſu,non contrahitur crimen læſę maieſtatis;ut eſt tex.in l. nõ cõ-
80 trahit.ff.ad l.Iul.maieſta. † Quatenus verò dicitur quòd eius dolo & opera factum fuit, vt nonnullæ ciuitates ab hoſtibus caperentur,reſpondetur, quòd non eſt concludenter probatum, vt poſſit dici cõmiſiſſe læſæ maieſtatis crimen . nã licet probetur ſcripſiſſe quaſdã litteras regię maieſtati,quòd dictę ciuitates minimè poſſent reſiſtere hoſtium potentiæ,quod muri ciuitatũ ex tali & tali latere eſſent debiles, & non bene muniti alijs munitionibus,& has literas perueniſſe in hoſtiũ manũ, ac earum velut inſtinctu ciuitates illas mox fuiſſe oppugnatas & captas ;nõ tñ ex hoc ſequitur commiſſum eſſe dictum crimen, quia patet has literas non hoſtibus, ſed regię maieſtati fuiſſe directas ; & ad bonum finẽ, nempe vt regia maieſtas valeret prouidere circa tuitionem dictarũ ciuitatum; & ſic non dolo,& per induſtriam, vt requiritur in l.pen.ff.ad leg. Iul.maieſt.& quòd peruenerunt in manus hoſtium,id euenit fortuito quodam caſu,& nõ dolo vel culpa ipſius,nuncius enim , qui literas portabat,erat nuncius ſolitus, fidelis,& approbatus a curia,& ſolebat literas ſecretas ferre & referre, ut nulla culpa poſſit imputari circa ipſius electionem,vt eſt doctr. Bal. in l.1s cui.C. de ſurt. vbi hoc ſimul diſcere licet, ꝙ ſi debitor miſerit pecuniam creditori ſuo per fidum nuntium , ſolitum, & conſuetum,& qui ſolet eſſe bonus,eaq́, illi eripiatͬ, vel aliud ſiniſtrè eueniat,excu-
81 ſabitur, & amplius non tenebitur . Nec obſtat,quatenus dicitur,quòd proditor dicitur, qui vnum in mente gerit, & aliud fingit gerere in actu.ſecundũ Bal.in c.1.7. col. verſ.quid de rebus eccleſiæ qui. mod. feu.amitta & Bar.in extrau. ad reprimendum.v.e.ſ.rebelles. & per cõſequens quòd licet apparenter literæ fuerint directæ, & ſcriptæ ſub nomine regio,id tamen fuerit per induſtriam factũ & ſimulatè, ſi quidẽ reuera totũ id fiebat,ut ad hoſtes peruenirent. verum quia totum hoc figuratur,nec vlla coniectura apparet de hoc in proceſ-
82 ſu,non eſt facienda vis ex hoc. Quò uerò ad id,quod dicitur, quòd fecit tractatum cũ hoſtibus de occidendo principe & eius callateralibus, reſpondetur, quod ex quo ſtatim,antequam aliquid ſucceſſiſſet,pœnitẽtia ductus id principi reuelauit, & nõ ſolũ nõ debet puniri, ſed pręmio & honore affici, vt l.quiſquis. § ſanè ſi quis. C.ad
83 leg.Iul.maieſt. Quatenus verò dicatur, ꝙ aduenientibus hoſtibus plures ſodales fictè caſſauit, ad hoc, vt accederent ad hoſtes,prout cum effectu acceſſerunt,reſpondetur, ꝙ non ſufficit probare, quòd ſodales caſſauit, & deinde figurare in aere , ꝙ id fecit fictè , ut accederent ad hoſtes . id enim tanquam inducens delictum, debet probari per exteriores coniecturas & pręſumptiones,per teſtes, qui viderint vel audiuerint actus exteriores, ſecũdum Bar.in l.ſi is,qui.§.diuus.ff.de tut.& cura. dat. ab ijs in fi. verbi gratia , probando, quòd illi ſodales caſſati erant ſtrenui milites,& practici in uſu armorum, adeo , quod abſque cã ipſos caſſauit, item quòd tũc temporis erat fama indubitata, quòd hoſtes erant præparati, vt venirent ad eum locũ, item, ꝙ uedum erant neceſſarij illi ſodales caſſari, ſed erat neceſſe , quòd plures fierent pro tuitione & defenſione illius loci,item

quòd

quòd communis opinio ſtantibus prædi-
ctis fuit & erat quòd ficté fuerunt caſſati,
vt accederent ad hoſtes: ſtante maximè,
quia ſtatim nulla mora interueniente ac-
ceſſerunt. iſtis autē concurrentibus puta-
rem ſufficere, & ſi ad condemnandū, ſal-
tem ad torquendum. ſed iſtis non cōcur-
rentibus non eſt cōcludenter probatum,
vt poſſit dici probatum crimen læſæ ma-
85 ieſtatis. Nec obſtat, quod dicatur plures
machinationes feciſſe, vt adueniēte prin-
cipe ei non præſtaretur obedientia, quia
reſpōdetur, quòd nihil de hoc in proceſſu
conſtat. & dato, quod cōſtaret verbis hoc
dixiſſe, nihilominus, quia poſt ea non
fuit ſequuta inobedientia, ſed potius obe
dientia & maxima fidelitas, non poteſt
dici cōmiſiſſe crimen læſæ maieſtatis ſe-
cundum Bar. in extraua. qui ſint rebell. in
86 verbo machinātur. Non enim commit-
titur crimen læſæ maieſtatis uerbis, ſed
facto, nec poteſt procedi, ac ſi foret crimē
læſæ maieſtatis, ut eſt text in l. famoſi. ff.
ad leg. Iul. maieſta. & firmat Boer. in trac.
de ſeditio. in 4. præmiſſo. nu. 1. & do. Ste-
pha. Buinat. in l. quiſquis. C. ad leg. Iul.
maieſt. in primo. no. ver. ſecundo dictum
no. & conſuluit Aymo Craue. in conſil. 6.
87 1. lib. nu. 71 & nu. 9. vbi plene. Et ideo in-
fert, ꝙ licet aliàs in crimine læſæ maieſta
tis admittantur teſtes non idonei (& hoc
quando læditur principis maieſtas facto,
& principaliter) ſecus tamen, ſi ſolis uer-
bis, quia tunc & eo caſu non dicitur cri-
men læſæ maieſtatis & ſic ſpecialia, quæ
negent in eo crimine, habent locum in of
fenſione facti, non autem verbali.
88 FIS. His proxime dictis per te, conſtat
in indiuiduo. tex. l. quiſquis. C. ad leg. Iul.
maieſt. vbi ſola cōſpiratio & machinatio
contra principem punitur eadem lege, &
committitur crimen læſæ maieſtatis, imò
ex ſolo conatu contra principē cōmittitur
crimen prædictum. ſecundum Ang. in l. 1.
§. fi. ff. quod quiſq; iur. & Mart. Lauden. in
tract. de crimi. læſæ ma. §. 19. & ſequuntur
Iaſ. Paul. de Caſt. & Alex in d. § fi.
89 IVD. In hoc paſſu eſt animaduertendū,
ꝙ licet dicatur in crimine læſæ maieſta-
tis puniri ſolū affectum etiam effectu nō
ſequuto, per allegata per Fiſcum, tamen
gl. in extrauag. q ſint rebel. in uerbo ma-
chinantur. ultra machinationem requirit
inobedientiam, & ſimiliter gl. in d. l. quiſ
quis. in uerbo eadem. requirit, quòd vltra
machinationem proceſſum ſit ad aliquē
actum. & ita uoluit Boniſa. in tract. de cri
mi. in tit. de ſeditio. vet. vt dixi peruenien
do ad actum. & ſequitur Boer. in tract. de
ſedit. in ſeptimo & vlt. præſuppoſ. nu. 42.
quare ego puto diſtinguendum, aut quis
machinatus fuit cōtra perſonā principis
de ipſo occidēdo, & in hac machinatione
fuit excogitatus modus id faciendi, & cū
alijs ordinatus, & ultra fuit adinuenta p̄-
ſona, quæ id faceret. hinc ſi machinatio
fuerit detecta, punitur machinans, ac ſi
eſſet ſecutus effectus, quia ſerò pararetur
uindicta crimine cōſummato, fecit enim
quicquid potuit excogitādo modum, &
adinueniēdo perſonā; & ei mandando ac
perſuadendo. & de facili poterat ſequi ef-
fectus, niſi fuiſſet detecta machinatio. qd̄
verò puniatur, probatur per Card. in c. 1. ex-
tra, de eo, qui mitti. in poſ. aut potuit co-
natū ad effectū de facili deducere ſecun-
dum modum ordinatum, ſed pœnitentia
ductus non deduxit: imò reductus eſt ad
meliorem uitæ frugē, & ad maiorē obe-
dientiam. & iſto caſu nō punitur. per tex.
l. qui falſam. & ibi Marſ. nu. 15. ff. de fal. &
hoc modo loquitur glo. in uerbo machi-
nātur. in extrau. qui ſint rebel. dum dicit,
quòd machinatio de non obediendo prin
cipi, punitur ſequuta inobedientia, quaſi
velit dicere, quòd ſi ſequatur poſtea obe-
dientia, illa machinatio nō punitur pro cri
mine læſæ maieſt. & ita intelligo in om-
nibus machinationibus, ut committatur
crimen læſæ ma. ſi ad aliquem actum ſit
proceſſum, & appareat factū eſſe, quicqd
fieri potuit: ſecus, ſi ad aliquē actum non
ſit proceſſum, ſed tantūmodo ad uerbalē
machinationem, & conſtat potuiſſe dedu
ci ad effectum, ſed pœnitētia receſſum eſ-
ſe ab illo maleuolo animo, & ita dicerē,
ſaluo ſemp meliori cōſilio, cui me ſubij-
cio & de omnibus me remitto excellēti-
bus regentibus regiam cancellariam, qui
pluries in ſimilib. cauſis iudicauerunt, in
alijs uerò capitulis ſupra dictis, puto be-
ne fuiſſe pro parte Inquiſiti reſponſum.
90 Et eſt ſciendū, quod crimen læſæ maie-
ſtatis hēt duo pricipalia capita, & hucuſ-

que dictũ eſt de capitulis contentis in primo capite pro maiore parte. omnes enim illi caſus ſupra nominati, quibus offenditur principaliter princeps, debent collocari in primo capite, illi verò, qui non principaliter tendunt ad offenſionẽ principis debent collocari in ſecundo capite. vt eſt videre in eo, qui dat operam, vt magiſtratus populi Romani occidatur, itẽ niſi priuatus gerat ſe pro magiſtratu, videtur eſſe & hæc in ſecundo capite collocanda: ſi priuatus geſſerit quid ſciens dolo malo pro prãte magiſtratuve. vt l.3.ff.ad l.Iul. maie.itẽ qui de prouincia, cùm ei ſucceſſor datus eſſet, nõ diſceſſerit. itẽ qui exercitum deſeruerit. item qui priuatus ad hoſtes profugerit. Itẽ qui confeſſum in iudicio reum, & propter hoc in vincula coniectum, emiſerit, vt l.4.eo.tit. omnes autem iſti caſus continẽtur in ſecundo capite, & omnes alij, ut dixi, quibus directò non offenditur princeps, vt pulchre dicit Capi.
91 in deciſ.130. nu.17. Eſt etiam ſciendum, quòd tã in capitulis cõtinentis in primo capite, quàm in ſecũdo, habet locum extrã.qui ſint rebe. vt poſſit ꝓcedi ad definitiuam ſententiam contra abſentes ac ſi forent præſentes de plano & ſine ſtrepitu,
92 vt ibi hr̃, & declarat ibi Bart. Item eſt ſciẽdùm, quòd pœna capitulorum contentorum in primo capite, eſt mortis naturalis, & damnatur memoria etiã poſt mortem rei. ut l.fi.ff.eo.tit. nec habere poteſt hæredem, ſed fiſcus ei ſuccedit. §. per contrarium inſtit. de hære. quæ ab inteſt. deferun. & filij rei efficiuntur incapaces, & inhabiles bonorum, & ſucceſſionum. vt l. quiſquis. C.eo.ti. Pœna verò contentorũ in ſecundo capite, eſt mortis naturalis & publicationis bonorũ, ſed morte rei extinguitur delictum, ut optime concludit Ca-
93 pit. in deciſ. 130. nu. 20. Item aduertendum, quòd crimine læſæ ma. tenentur nedum facientes coniurationem vel machinationem contra principem, ſed etiam ſatellites cõſcij & nõ reuelantes, & nuntij, vt habet́ in l.quiſquis. C.eo.tit. §. id quod.
94 Sed an peregrinus & exterus teneatur reuelare conſpirationẽ, ut ne puniatur, dicas, ꝙ non, ſecundũ Oldr. in conſ.43. col. 2. uerſ. circa ſextam quæſtionem. & Mar.
95 de Laud. in trac. de cri. læ. ma. §. 22. Item eſt notãdũ, quòd clericus nõ dicitur cõmittere crimen læſæ maieſtatis nec habet locum in eo pœna. l. quiſquis. C. ad l. Iul. ma. vt voluit Andr. Barba. in conſ.21. vol. 3. de quo per Bart. Soc. in conſ.12. in 3. & 4 q. in primo lib. & Abbas Sicul. in ca. at ſi clerici, in princ. extra de iud. & tex. in c. ſi quis laicus. 22 q.5. & Hierony. de Tor. in ſuo conſ. quod eſt inter conſ. Ant. de Butr. in vltimo. & per Bald. in conſ.24 in 4. lib. incip. quidam plebanus. & ſequitur Cæp. in conſ.16. col.3. verſ. cum ergo caſus noſter. in quarta colum. uerſ. præterea licet.
96 Et pro crimine læſæ maieſtatis clericus debet remitti ad iudicem eccleſiaſticum, vt eſt gl. in conſti. de perſonis. & ibi habetur per Iſer. & Afflict. & Bart. de Capua, & ſequitur Boer. in trac. de ſeditio. ſexto ꝑ-
97 ſuppo. nu.3. Item eſt ſciendum, quòd in hoc crimine læſæ maieſtatis ꝓceditur ex ſolo officio iudicis abſq; querela & denũciatione, vt dictat regni conſtit. incip. hi qui. & quãdo proceditur per inquiſitionẽ ex mero officio, debent ſeruari omnia ea, quæ ponuntur & ſeruantur, qñ procedit per accuſationem & querelam, vt ibi ha-
98 betur, & declaratur per Afflic. Et ſi quum proceditur ad denuntiationem in tali crimine petatur per inquiſitum copia delationis, & denunciationis, debet dari ipſi inquiſito. & hoc procedit regulariter, præterquam quando proceditur de crimine læſæ maieſtatis directò contra perſonam principis, quia tunc nõ dẽt dari copia denũtiationis, nec debet declarari inquiſito
99 nomẽ delatoris. Et formata inquiſitione per ipſum iudicẽ in dicto crimine, ſi inquiſitus reperiatur in fortijs curiæ, & petant pro eius parte defenſiones, non dent dari, ſed debet iudex, antequam dent defenſiones, referre cauſã, & merita ipſius regi vel pro regi, in qua relatione debet facere mentionẽ de nomino deferẽtis, & delati, & de qualitate & numero teſtiũ, & eorum depoſitionibus eorumq; forma, & quod nouiter inſtatur pro defenſionibus, & dẽt expectari reſponſum ipſius. habet́ in d. conſti. hi qui. & in c. nuper apud Tranum. nec etiã datur copia repertorum inquiſito abſq; conſultatione regia, vt ibi habetur, ſed eſt aduertendum, quòd prædicta procedunt, & habent locũ in eo crimine

mine læſæ maie. quod cõmittitur contra
principem vel rempublicã de directo, &
contra eius collaterales, ſecus in alijs ca-
pitulis cõtentis in l.2.& 3.ff.ad l. Iul.ma.
& ita procedunt & limitant conſt. huma-
nitate.& hi qui.& ca. nuper apud Tranũ.
vt dicit & declarat Barth. de Capua in d.
100 conſti. humanitate. Debet autẽ iudex
cõſiderare, quis ſit zelus delatoris,& quid
ad delationem ipſum induxerit, quia ſi
odio refert, non admittit, ut habetur in c.
nuper apud Tranum. vbi hr, ꝙ iudex ei
debet deferre iuramentũ. quòd nõ defert
propter odium,ſed quia credit verum eſ-
ſe. Itẽ debet conſiderare perſonas teſtiũ,
quia non teſtimonijs, ſed teſtibus creden-
dum eſt, vt l.3.ff.de teſtib & docet text.d.
101 conſti.hi qui. Similiter ſi peteretur per
inquiſitum liberatio ſub fideiuſſoria cau
tione, debet regem vel proregem iudex
conſulere, & expectare eius reſponſum,
& interim reum tenere ſub fida cuſtodia,
vt habetur in d.conſtit. humanitate. & c.
nuper apud Tranum & hoc procedit,quã
do de directo eſt offenſa maieſtas princi-
pis, vel eius collaterales, vel reſpublica,
102 ſuprà dixi. FIS. Qua pœna verò punie-
tur ille, qui quum ſcit tractatũ fieri cõtra
principem,non reuelat?

IVD. hoc poteſt determinari per tex.l.
frater. ff. ad legem Pompe. de parr. ꝙ pu-
niatur pęna relegationis,ut ẽt declarat ibi
Marſ.ſed Marſ.non meminit text. l.quiſ-
quis §.pe.C.ad leg. Iul. maieſt. vbi hr, ꝙ
punitur de crimine læſæ maieſtatis, & ið
in l.utrũ.ff.de parr.tenuit contrariũ. pro-
cedit aũt hęc opinio, qñ ſciens tractatum
põt probare,aliàs, ſi non poteſt quia poſ-
ſet torqueri.per l.3. C.ad leg.Iul.maieſta.
non tenetur reuelare, & per conſequens
ſeipſum exponere periculo torturæ, vt la
tè diſputat Marſ in d.l.vtrum. ff.ad l.Põ-
pe.de parri.& plenè vide Ang. de Aret. in
lib.maleſ. in verbo. che hai tradita la tua
103 patria. 2. col. Item eſt ſciendum quòd
licet magna ſit enormitas & grauitas de-
licti iſtius, tamen non poteſt ad torturam
procedi non præcedentib. indicijs & alijs
præſumptionibus, vt textu. & gl. Cy. Bal.
& Saly.in l.ſi quis alicui.C.ad leg.Iul.ma
104 ieſtatis. Præcedentibus autem indicijs,
omnes poſſunt torqueri, etiam priuile-
giati & minores.vt l.milites. C. de quæſt.
& l.de minore.ff.eod.tit.& hr in l.nullus.
C.eo.tit.& per Ang.de Are.in lib.maleſ.
in uerbo, che hai tradita la tua patria. in
105 prin. Item in crimine læſæ maieſtatis
omnes poſſunt accuſare, etiam infames,
& damnati de publico iudicio, vt plenè
106 ibi per eundem Ang. Item in crimine
læſæ maieſtatis puniuntur filij ex delicto
patris, vt habetur in l.quiſquis.C.ad leg.
Iul.maieſt.& an idem ſit, ut puniantur fi-
lij ex delicto matris incidentis in crimen
læſæ maieſtatis, an fœmina committat
dictum crimen, per eundem Ang. ubi ſu-
prà 3.col.& ibi per Angelum de Aret. &
107 Ber.in addi. Item in crimine læſæ ma-
ieſtatis non appellatur ſecundum Angel.
de Are.in lib.male.in uerbo de quo ſuprà
in princ.& in uerbo. præſente Caio,& ap-
pellante. ſed contrarium tenet Mar. Lau-
den.in 7.q.per glo. in l. Pantonius. §. rei,
108 ff. de acq. hær. Item eſt aduertendum.
ꝙ quum dicitur in crimine læſæ maieſta-
tis admitti ad teſtificandum ẽt teſtes in-
fames,& aliter inhabiles, id uerum ſit ad
probandum directò ipſum crimen læſæ
maieſtatis,non autem ad probandum ad-
minicula,quæ requiruntur probari in di-
cto crimine, vt in exemplis poſitis ꝑ Bar.
in l.famoſi.ff.ad leg. Iul. ma. vbi hoc etiã
firmat Alex. ſed dicit ꝓcedere de illis ad-
miniculis, q̃ nõ ſunt de ſubſtãtia accuſa-
109 tionis Addictio. FISC.quid.n.ſi aliquis
cępiſſet ſuum inimicum,& cum ex priua-
ta inimicitia torſiſſet,an hic dicatur inci-
dere in crimẽ lęſę maieſtatis?& proculdu
bio vr quòd ſic, & ad hoc allego doctri.
Bald.in l.1 C.de priua.car.vbi argumen
tando à fortiori dicit, quòd ſi carcerans
retinet aliquẽ ultra uiginti horas cõmit-
tit crimen læſæ maieſtatis, quãtò magis
ille qui torquet. Et illam doctrinã ſequit
Hier.Gig.in trac.cri.læſ. maie.q.35. in fi.

INQ. Sed in contrarium videtur face-
re,quia quando aliquis committit aliqđ
delictum ex quo aliàs committeret cri-
men læſæ maieſtatis, tamen ſi illud facit
ex priuata inimicitia, excuſatur a delicto
criminis prædicti.ſecundum Bar.in l.ho-
ſtes.ff.de cap.& poſtli.reuer. quem ſequi-
tur Andr.Iſer.in c.1.§.& bona committen
tium in ti.quæ ſint rega in vſib. feu Mar,

de lau. in tra. de cri. læſ. ma. q. 21. Affl. in d. §. & bona committentium. colu. 1 & 2. & Hier. Gig. in tra. de cri. læſ. ma. quæſ. 24 & pro hac opinione allegatur optimus te. in l. uerum.. ff. de fur. ubi habetur non nomin æ ci Priuatum carcerem per eum qui carcerатam detinuit meretricem cauſa libidinis explendæ, inſpicitur enim principalis cauſa mouens. & facit tex. in l. qui iniuriæ eod. tit. pro hac etiam parte allego notab. doct. Luc de Pen. in l. 1 § de cohar. ubi not. diſtinguit & dicit quòd ſi id nō fecerit in leſionem regiæ maieſtatis, & ut vſurparet iuriſdict. onem non eſt crimen læſæ maieſtatis, pro quo faciunt quæ dixi ſupra nu. 8 & quòd non ſit crimen læſæ maieſtatis allego etiam conſ. Albe. Bru. in nu. 69. vbi proprie in capiente, & carcerante licet nō intorquente, ſed eius rationes decidunt caſum noſtrum, licet regia audientia contrarium decreuiſſet in cauſa quorundam de tortore lla: fuit tamen appellatum, & pendet appellatio.

ITEM QVOD SOROREM venenauit. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Venenare aliquem eſt graue admodum delictū adeo, ut grauius etiam ſit homicidio. numero ſecundo, & eſt crimen occultum ſapiens proditionem. nume. 3. & quomodo cognoſcatur quem eſſe venenatum nume 4 13. 14. 16. & qua indicia poſſint haberi in hoc delicto, nu. 5. 17. 21.*

6 *Minæ faciunt indicium ad torturam. num 23. 24. 25. 26.*

7 *Indicium ad torturam an faciat aſſertio defuncti cum iuramento nu. 27.*

8 *Solitus delinquere habet indicium contra ſe nume. 28.*

9 *Mendacium an faciat indicium ad torturam. num. 29.*

10 *Fuga quando faciat indicium nu. 30.*

11 *Ordo iuris non ſeruatur in enormibus. numero 31.*

12 *Affectus ſi non ſeruatur effectus, quando puniatur in crimine veneni nu. 32.*

13 *Teſtes ſingulares non probant.*

14 *Medicorum eſt ſcire, an aliquis ex veneno ſit mortuus.*

15 *Confitens ſe venenaſſe aliquem, & ex veneno mortuum, an valeat.*

17 *Teſtes familiares ſunt idonei ad probandum innocentiam.*

18 *Amicitia & amor facit omnem ſuſpicionem ceſſare.*

19 *Delinquere nemo præſumitur niſi ex cauſa.*

20 *Coniectura una tollit aliam.*

23 *Defenſiones quæ competant in crimine veneſii. numero 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. & 22. 23.*

33 *Statuto ſtante, quòd bannitus occidatur, an poſſit veneno occidi.*

34 *Venenantes affines carceratos qualiter puniantur.*

35 *Iudex debet eſſe promptior ad torturam in crimine veneni.*

36 *Vxor inquiſita de venenatione viri, ſi torquetur non debet interrogari, an marito ſit ex veneno mortuus.*

37 *Venenum vendens, & emens qua pœna puniatur.*

FISCVS.

Vltra prędicta crimina & delicta, in alio reperitur deliquiſſe præfatum delinquentem, conſtat enim venenaſſe ſororem. † Quod quidem grauiſſimum crimen eſt, & grauius homicidio. vt l. 1. C. de male. & mathe. & quæ ſit ratio, quòd ſit grauius homicidio, uide Marſi. in rubrica ff. de ſicar. num. 3. † Hinc eſt, ꝙ venenās non venit appellatione homicidæ, ſecundum Sali. in d. l. 1. & habetur per Barthol. de Cap. in conſti. conſtitutionem diui patris noſtri & quòd ſit grauius & deteſtabilius homicidio, tenet Gramma. in conſil. 36. nu. 2. & in voto. 3. nu. pri. † Et etiā crimen occultum ſapiens proditionem vt p Bal. in l. cum fratrem. C. de his, qui. vt indi. in l. 1. no. & in l. nemo. 2. col. verſi. ſimilē eſt in beneficio. C. ſumma trini. & plenè per Gramm. in d. voto 3 adeo, quòd in eo iudex promptior debet eſſe torturam condemnatione, ut ubi p Gramma. quod quidem crimen ex infra dicendis in proceſſu apparentibus conſtare manifeſtū eſt † Et primo cōſtat de delicto in genere cō miſſo, dum cōſtat fuiſſe repertum corpus mortuum cum liuorib. & ſpumis ore fluētibus, ex quibus cognoſcitur corpus vene natum

natum.ſecũdum Suet.in Caligula in principio.& Io. de Firmo ſuo aureo repertorio. in uerbo, uenenatio. Item conſtat, quòd ſumpto ueneno ſemper uomuit:quod
5 quidem arguit uenenationem.† Item conſtat, eundem inquiſitum fuiſſe uiſum emere uenenũ,& deinde fuiſſe uiſum triturare in quodã mortario, & ponere in quadam charta: & cũ dicta eius ſoror vellet comedere,dictum venenũ in eius parapſide appoſuiſſe.item cõſtat in eadem charta fuiſſe repertam magnam quãtitatem dicti veneni.quę oĩa ſunt indicia nedum ad torturam ſufficientia, ſed etiam ad condemnationem,ſecundum Par.de Put.in lib.ſyndica.in uerbo,tortura.uerſic. an ſtetur dicto
6 torti.pen.col.† Item conſtat,eundem inquiſitum pluries minatum fuiſſe dictę ſuę ſorori, minæ autem faciunt inditium ad torturam ſecundum Spec. in titu. de præſumptio.§.ſpecies.uerſ.ſed pone,L.minatus eſt Tit.Bal.in l. Pactuleius. ff. de hære. inſti.& argu.l.ſi hi, qui adulterij C. ad legem Iul. de adult. & ff.man. l. ſi verò non
7 remunerandi.cum ſimilib. Item conſtat, eãdem ſororem defunctam tempore quo viuebat pluries dixiſſe, & mediante iuramento depoſuiſſe, ſe eſſe venenatam per dictum inquiſitũ eius fratrẽ,ex quo reſultat indiciũ ad torturã, ſecundum Ange.in l.ſi quis in graui §. ſi quis moriens. ff. ad Sylla.& ibi Lud. Rom. & idem videtur tenere Bal.in auth.ſi dicatur.C.de teſti. & in
8 c.literas de pręſumptio. Itẽ conſtat,fuiſſe & eſſe ſolitum delinquere; ex quo cauſat indicium ad torturam; ſecundum Bart.in l.ſi.ff.de quæſt.& Bald.in l ſi. ff. de hæred. inſti.& gl.in l.iubemus. C.de probat.cum ſim.de quibus ad longum per Marſ. in ſua praxi §.diligenter. num.66. & Marc. Ant. Blanc.in repet.d.l.fi. ff. de quæſt. nu.846.
9 cum ſequent. Item vlterius conſtat, fuiſſe & eſſe conuictum de mendacio; quo fit, vt indicium ad torturam oriatur.ſecundũ Bart.in l.de minore. §. plurimum quoq;. ff.de quæſt.refert & ſequitur Ang.de Aret. in lib.maleſi. in verbo, fama publica uerſ. nonò quęro.& idem Bart. in l.fi. in 2.col. ff.de quęſt. & plenè Marſ. in ſua praxi.§.
10 diligenter.num.74. Item, quia conſtat, quòd dum captus eſſet per familiam curiæ,aufugit, & in fuga rurſum captus eſt, ex qua fuga oritur nõ modica ſuſpicio & indicium;ut habetur per ſcribentes in l.fi.ff. de quæſt.& in l.in leg.Corn ff.ad Sylla. & per Angel. de Aret. in lib. male. in uerbo, fama publica.uerſ.an fuga de quo latè per Marſ.in l.fi. C. de probatio. & in praxi §. diligenter.num.41.ex quibus omnibus neceſſe eſt dicere, nedum poſſe procedi liberè abſque alia conſideratione ad torturam; ſed etiam ad condẽnationem etiam non ſeruato aliquo iuris ordine.
11 Quia ſumus in enormibus in quibus nõ ſeruatur iuris ordo, ſecundum do.Pet de Put. in tract. ſyndica in 31.char.2.colum. in fi.& plenè congerit Marſi.in ſua praxi.
12 in §.diligenter. nume.165. Et in tantum eſt uerum illud, maxime ĩ hoc crimine venenationis.ut ĩ eo puniatur affectus, licet non ſequatur effectus,ſecundum Bar.in l.
13 1.C.ad le. Pomp. de par. IN. Si uera eſſent ea, quæ propoſuiſti, procul dubio ſequeretur cõcluſio tua,ſed ex infrà dicẽdis patebit in iure & in facto parum ea ueritati officere,& primò dico minime cõſtare de delicto in genere commiſſo concludẽter omnes enim teſtes in hoc deponẽtes ſunt ſingulares & contrarij, qui de iure etiam non coniunguntur ad faciẽdũ indicium ad torturam.ſecundum Bal. in l. ſi quis ex argẽtarijs §. 1.ff de eden.& ita voluit Bal. in l.Spadonem.§.quarta ff. de excu tuto. & in l.iuriſiurandi.C.de teſti.& Ioan.Cal. & Anton.de But.in cap.ueniens.el primo. de teſti. adeo, ut dicat Bald. in rubrica. de contro.in uaſ.in prima colum.quòd ſi eſſent duo teſtes ſingulares non conferentes in eundem rei finem,non probant aliquid,& qui eos produxit,non dicitur habere aliquos teſtes pro ſe: apparet autẽ in hoc quatuor teſtes fore examinatos, quorum unus dicit, cadauer illius mulieres ſe uidiſſe cũ liuorib.& cũ ſpumis ore fluẽtibus,& iudicio ſuo eſſe id ſignũ veneni:verũ poteſt cauſari ex febre peſtifera & maligna,adeo,quòd utrunque poterit eſſe,& ſic cõcludenter nihil probat alius verò teſtis deponit,ſe non uidiſſe liuorẽ in eo cadauere indicãtem venenationẽm,ſed ſpumam in ore, quę multoties ĩ nonnullis cadaueribus ſolet apparere, & hoc propter fortem tranſitum, & ſic etiã dicunt diuerſimode alij teſtes,adeò, ut nihil cõcludũt

14 ſi rectè inſpiciantur. Præterea hi teſtes non ſunt experti medici, nec qui poſſent deponere de hoc, & quorũ dicto credi debeat. ſecundum Specula. in tit. de teſt. § 7. uerſ. hoc quoque. ſed ſunt illiterati & idiotæ, nullam habentes experientiã, quæ poſſet ſupplere illiteratutam ſecundum Specul. in titul. de iud. deleg. §. 8 uerſ. item, quod eſt illiteratus. ſcire enim an ſint ſigna venenationis, an nõ, & an aliquis ſit ex veneno mortuus, an nõ, eſt peritorum medicorum: & cum difficultate hoc poſsũt ſcire. ſecundum Marſi. in l. 1. § præterea. nu. 37.
15 ff. de ſicar. Intantum, ut ſecundum eundem ſi aliquis confiteatur, ſe veneναſſe aliquem, & ex veneno mortuum eſſe, hæc cõfeſſio ei nõ præiudicet, quia ipſius facultatis non ſit dignoſcere venenum ne illum
16 enecarit, an quippiam aliud. Ad id uero, quòd dicitur, quòd ſemper uomuit, breuiter replicatur, quod ſi rectè inſpiciatur proceſſus, nõ concluditur fuiſſe ſignũ venenationis, imò per teſtes curiæ, & inquiſiti contrarium cõſtat, dum dicunt, quòd ſunt nonnullæ infirmitates, quæ vomitum in corporibus humanis ſolent cauſare, citra tamen ſpeciẽ veneni, & ex iſtis eſt videre, num probatum ſit de delicto in genere cõmiſſo. deſcendendo verò ad indicia; quæ adducuntur. dico minime ea obſtare, & dicit Par. de Put. in lib. ſyndica. in verbo, tortura. verſ. mandauit rex. 4. col. nu. 11. quòd vomitus poteſt cauſari ex materia chole-
17 rica. Et primò non obſtat id, quod dicit, quòd fuit viſus emere venenum, tum quia probatur per familiares domus (qui ſunt idonei teſtes ad probandum innocẽtiam inquiſiti ſecundum Spec. in tit. de inquiſitio §. 1. verſic. ſed nunquid reus. refert & ſequitur Io. de Ana. in conſ. ſuo 59. & Alexan. in conſ. 14 incip. animaduerſis. in 20. lib. 13. col. & plenè per Marſ. in praxi. §. opportunè. nu. 15.) quòd dictum venenum emptum & repertum in domo in quadã fiſſuia cuiuſdam parietis domus, fuit emptum propter mures. & ad hoc demonſtrãdum fuit præcedẽte inſtantia ipſius inquiſiti perquiſitum in pluribus partib. ipſius domus, & præciſè in nonnullis fiſſuris, & feneſtris, & alijs locis, in quibus ſolent mures cõcurrere. & ibi fuerunt repertę plures partes caſei & panis cũ ueneno & toxico; quæ eſt magna coniectura pro ipſo inquiſito, tantò magis, quia idem teſtes deponunt, quòd dictum venenum & toxicũ fuit per dictum inquiſitum emptum ad preces & importunitatem dictæ mulieris tempore quo viuebat, ad effectum interimendi mures. & per eandem fuit in pluribus partib domus vt ſuprà dixi, poſitum. itẽ concurrit, quia longè antè, & ferè per tres mẽſes ante mortem mulieris fuit di-
18 ctũ venenum emptum. Item accedat prædictis, quod quo tempore fuit dictum venenũ emptũ, ſummopere dictus inquiſitus diligebat dictam ſuam ſororem; quo fit, vt omnis ſiniſtra ſuſpitio ceſſet; ſecundũ gl. l. 1. C. de ſicar. & Bald. in margar. in verbo, amicitia. & Cæpol. in conſ. 2. in 2. col. in
19 fine. Item concurrit maxima coniectura eludens omnia indicia exiſtentia contra eum, videlicet; probatio bonæ vitæ, caſtitatis, famæ, bonorumq; morum dictę mulieris: ac maximè obedientiæ, quam habebat erga dictum ſuum fratrẽ; adeò, ut nulla vrgens cauſa poſſit coniecturari, qua potuiſſet d. inquiſitus moueri ad interimẽdum dictã ſuã ſororem, & de iure nemo præſumitur delinquere, niſi ex cauſa, vt per Fel. in c. 1. de offi. & pote. iud. deleg. & Alex. in conſ. 106 in 4 parte. per gl. ſingu. in l. qui iuraſſe. §. ſi pater. de iureiuran.
20 Item accedat prædictis probatio maximè diligẽtię & ſolicitudinis adhibitæ in curatione dictæ ſuæ ſororis, & intimi doloris ac plãctus immenſi ob mortem ipſius. ex quibus omnibus reſultat non modica cõiectura excluſiua delicti. una enim coniectura tollit aliam, vt ſæpius dixi. Nec
21 obſtat, quòd dicatur fuiſſe viſum d. inquiſitum triturare venenum in mortario, & demum ponere in paropſide ſuæ ſororis, quia ad id pluribus modis reſpondeo; primò, quòd hoc nõ probatur, cum aliqui teſtes dicant vidiſſe ipſum triturare quandã rem albam, aliqui quandam rem ſimilem ſulphuri, tertij uerò rem nigram; & aliqui dicunt fuiſſe tẽpore quo dicta mulier erat infirma, aliqui uerò dicunt, quòd erat incolumis & ſana. & ſic teſtes ſunt varij, contrarij, ſingulares, & diſcordantes, & ſic eis non eſt ſtandum, vt ſupra dixi. Item ſecũdò, quia probatur eandem rẽ trituratam fuiſſe per d. inquiſitum etiã inſpectam paropſidi

topſidi uxoris,& filiorũ,quo ſit,ut ſi fuiſſet venenum,omnes mortui eſſent, ut arguit Grammat. in deciſio. 2. & ſic non eſt præſumendum fuiſſe venenum. item aliquid cõſtat ex defenſionib. adductis fuiſſe piper,id quod fuit trituratum, & nõ uenenum;& ſic ceſſat ſupradictum indiciũ, debent enim teſtes concludere, ꝙ fuit uenenum malum,aptum ad nocendũ, alias nihil probant,ut per Par.de Put.in li.ſyndica.in uerbo,tortura.uerſ.mandauit t. x.
22 3.colum † Tanto magis,quia id fu.t lõgè ante infirmitatem, & mortẽ dictæ mulieris, & nullum ſignum ueneni fuit in ea poſt,quod quidem fuiſſet proculdubio,ſi fuiſſet uenenũ, ut experiẽtia docet, & eſt regulare ſecundum ueras medicinæ regulas.& ita dicit Par.de Put. in lib.ſyndic.in uerbo,tortura uerſi.mandauit text 4 col.
23 in fi.nu.11. † Similiter non obſtat, quatenus adducatur,eundem pluries minatum fuiſſe ſorori, quia id pluribus modis reſpondetur, & pri. quia licet teſtes dicant, quòd pluries minatus fuit, che gli uolea rõpere le brazze,alij, che gli uolea rõpere la teſta,nullus tamen dicit, ꝙ minabatur ei ſe ueneno intoxicaturum, & tunc minæ faciunt indicium, quando ſubſequitur illud ipſum delictum,quod minatur, uerbi gratia, ſi cum minatur occiſurum ſequat occiſio,ſi cum minatur uerberaturũ ſequatur uerberatio,ſi cum minatur uulneraturum ſequatur uulnus, & ſic de ſingulis, nõ autem, quando ſequitur delictũ extraneũ uel maius aut minus, ut egregie conſuluit Bertran Doct.Galli.in conſi 51. in 2. par. incip.non puto, quod ex propoſitis prætereanon eſt uerificatum pro parte curiæ eſſe ſolitum illum, & potentẽ exequutioni demandare dictas minas, ut requiritur ad hoc, ut faciant indicium ad torturam, imò ex aduerſo probatur eſſe impotentẽ timidum.preſſi animi,& non ſolitum minas executioni demandare, & ſic tollitur iſtud indicium,ut uolunt doct.in l. vlt.ff. de hær.inſti.& Iaſ.in l.prima. C.de ſer fugi Feli.in c.cùm oporteat, de accuſ.nu 9. Spec.in tit de præſump § ſpecies. uer.ſed pone minatus eſt Thom.Gramma.in conſilio 13 & conſil.69 cum alijs doctoribus
24 communiter † Item ſimiliter non obſtat prætenſum ind c.ũ ſtante probatione bonæ famæ inquiſiti, nec ex aduerſo ꝓbatur mala fama ipſius,quo caſu minæ facerent indicium ſecundum Cy.in l.fi. ff.de hære. inſtit.intelligendo tamen, quãdo eſt probata mala fama in eodem genere mali. ſecundum eundem Bertran. in d.conſil.61. & in conſi.137 in ea.2.parte,& ſic non eſt
25 facienda uis. † Præterea licet minæ probari poſſint etiam per teſtes ſingulares, ſecundum Pet. de Anch. in conſil.277. & in conſi.299. & Fulgo. in conſ.177. ut refert & ſequitur Grammat.in deciſ 5 in nu.15. id ſolum tamen tunc procederet,quando teſtes eſſent ſingulares ratione loci,uel tẽporis,& concurrent in eundem rei finem. quo caſu bene probant,ut per Fulg. in cõſi.172. poſt m.d. primæ col. ſecus tamen erit, quando teſtes non cõcordant de qualitate minatum, ut in caſu noſtro. nã alij dicũt,quod dixerat, che gli uolea rompere le brazze, alij che gli uolea rompere la teſta.& ſic non cõcordant in qualitate mi
26 narum. † Præterea prætenſæ minæ non fuerunt puræ & ſimplices,ſed conditionales,uidelicet, che gli haueria rotto la teſta,ſel ſe foſſe piu affacciata alla feneſtra, quo caſu non oritur indiciũ, niſi probata illa qualitate & cõditione, ſecundũ Bert. in dicto conſi 61. & conſi. 137. ex quibus omnibus reſultat clara iuris concluſio, ꝙ de dicto indicio minarum non eſt curan-
27 dum † Nec ſimiliter obſtat depoſitio dictæ offenſæ, etiam facta in mortis articulo ex pluribus,& primò: quia nõ facit indiciũ ſufficiens ad torturam. ſecundũ Bertran.in conſ 137 2 parte incip:en uiſo ꝓceſſu.& in conſi 26.eo.2.uol.nu 8 Gram. conſi.57.nu 14 Bal.in l mater. C de calũniator.Pe.de Gerar.in ſing.51.Mat Anto. Blã.in repetitione. l. fi.ff.de q̃ſtio. nu.70. & Gram.in conſil.42.nu 7 & in conſi. 70. & Marſi in ſingu.22. & Ang. in d.l.mater & ibi glo. licet idem Ang. tenuerit. contrariũ in l ſi quis in graui.§ ſi quis moriẽs ff.ad Syllania. qui ſe correxit in d. l.mater ſecundo,quia dato,quòd faceret indiciũ, eſt uerum, quando concurrerent ea, quæ poſuit Marſi. in ſua praxi.in § diligẽter, nu.118 cum ſeq.uidelicet,quod fuerit facta in mortis articulo cum iuramento, & quod talis aſſeuerans fuerit homo bonæ cõditionis,uitæ,& famæ,& alia, de quib.

per

per eum, quæ utique in caſu noſtro minimè concurrere uidentur, & ideo ſuccedit, quod nullum indicium ſumi poteſt ex dicta depoſitione non formaliter facta, & in propoſito ſe remittis firmat Par. de Put. in libro synd. in uerbo, tortura verſi. mandauit rex 4 colum. nu. 11. tertio ex alio non obſtat, quia ut ſuprà dixi, etiam ſi principalis inquiſitus diceret, & cōfiteretur, ſe uenenaſſe aliquem, qui ex dicto ueneno mortuus ſit, non propterea ex dicta confeſſione dānari poſſet. ſecundum Marſi. in l. 1. § præterea. ff. de ſicar. nu. 37. ratio eſt, qa ut hic neſcius poteſt, ita pari modo pſona offenſa non poteſt præiudicare inquiſito per
28 ſuam confeſſionem. † Quatenus uerò dicatur, quod ſit ſolitus delinquere, pluribus mediis tollitur huiuſmodi indiciū, & primò, quia non eſt ſimpliciter uerum, quòd ſolitus delinquere, habeat ex ſolo hoc indicium an torturā, ut plenè cōgerit Mar. in praxi. in §. diligenter. nu 99. de quo p Marc. Ant. Clan. in repeti. l. fi. de quæſtio. num. 236. cum ſequentib. ſecundò, quia nō probatur fuiſſe ſolitum delinquere in eodem genere delicti, quo caſu non reſultat indicium, ſecundum glo ſing. in l. iubemus. C. de probat. Bar. & Mod. in l. fi. ff. de quæſtio. Sal. in l. fi. C eod. tit. Gand. in rubrica. de indi. indu. colum. fin. Gramm. conſil. 45 & conſi. 55. & uoluit Iacob. Nouel. in ſua praxi. ad defen. num. 104. fol. 67. tertiò, quia probatur ex aduerſo ex parte inquiſiti, quòd a tribus annis retro. aliquod delictum non commiſit, ſed bene pacifice, & quiete uixit, conuerſando cū bonis, & perfectis hominibus, quo caſu purgata cēſetur illa mala fama. ſecundū Iaſ. in l. ſi prius. colum. 143 ff. de no ope. nun. & Roman. in conſi. 236. col. 2. & ſequitur idem Iacobus Nouell. ibidem num. 106. 4 quia non ſufficit dicere, quòd aliâs hic talis fuit inquiſitus de talibus delictis, & pducere ad hoc ſimplices informationes, vt poſſit dici ſolitus delinquere, ſed eſt neceſſe, quòd probetur, quod fuit conuictus ſecundum And de Iſer. in tit. de pa. tenen. in uerſic. publici latrones. & probatur per tex. l. ictus fuſtium. & ibi Bal. & Doct. C. de infa. nam non ſtatim, quādo quis accuſatur de . . r ine, criminoſus dici poteſt, ſed quando conuincitur text. eſt in c. fi. in fi. 15. diſt. in. in vlt. quæſtio. & in c. nonne. 8. q. 4. uel quando pronunciatus fuerit p tali: ut dicit Spec. in tit. de inſtru. edi. §. reſtat. uerſic. quid ſi tabellio, vel quando in iudicio fuerit cōfeſſus, ut pulchrè pſequitur Grammat. in uo. 30. nu. 25. cum ſequētibus. quorum neutrum hic interuenit, er-
29 go indicium non reſultat. † Nec obſtat, quod dicatur, ipſum fuiſſe conuictum de mēdacio, quia reſpondetur pluribus modis, primò, quia non eſt ſimpliciter uerum, quòd mendacium ſit ſufficiēs indiciū ad torturam, licet nonnulli doct. teueant, quod ſic. Par. in lib. ſynd. in uerbo, tortura. uerſi. viſo. de indi. indubi. & Afflict. in conſti. ſi damna clandeſtina in 14 no. uer. ſed q̄ro, & ibi And. de Iſern. videntur concludere, quòd non facit ſufficiens indiciū ad torturam, ex eo, quia licet principali celare ueritatem propter ſuā ſalutem, maximè, pp ritum magnæ curiæ vicariæ, de qoo per eoſdem, licet moder. docto. Mar. Ant. Blan. in rep. l. fi ff. de quæſtio. nu. 265 cum ſequentib. conetur prædictas opiniones reducere fœdere diſtinctionis ad concordiam, ut opinio. Iſer Par. & Affl. ct. procedat in his, quæ ſpectant ad eius immediatam defenſionem, ut ſi primo negauerat, poſtea dicat feciſſe ad ſuā neceſſariam defenſionem, uel quòd caſualiter percuſſit, vel aliter, opinio autem Bar. procedat in his, quæ non ſpectant ad eius defenſionē immediatam, vt ſi dicat, in die delicti locutum ſe eſſe cum Petro, & poſteà dicat, eū non vidiſſe. vel ſi dicat, tali die ſe fuiſſe Venetijs, & poſtea dicat, eo d e ſe fuiſſe Mediolani. iſta enim non reſpiciunt defenſionem immediatam, ideò faciunt pręſumptionem cōtra eum. ſed opinio. Iſer. ſimpliciter ſequitur Gramma. in voto 30. nu. 16. tamen vtcunq; ſit, quia hic negauit id, quod pluraliter reſpiciebat confeſſionem del ct., & immediatam defenſionē (quia negauit ſe emiſſe venenum) tenendo opinio. Marci. Anto. adhuc ſumus in tuto. ſecundo reſpondetur, non poſſe ipſum dici cōuictum de mendacio, ex quo, ſi recte inſpiciat depoſito, negauit emiſſe venenum non pure & ſimpliciter, ſed quòd non recordaretur emiſſe. nam facta affrontatione cū teſtibus dixit, quod melius conſulta memoria recordatur emiſ-

ſe venenum, & ſic non poteſt dici narius & conuictus de mandato, ut habetur per Tandar. in tra. de teſtamentaria in primo lib.
30 uac. in nono capitulo. † Minime etiam obſtat, quatenus dicatur aufugiſſe è mani bus familiæ, qui cum ſubito apprehenſus detractarit ignominiam carceris, non reſultat aliquod indicium contra eũ, ut notabiliter firmauit Sali. in l. ad mouendi. ff. de iureiuran. nu. 11. Nec obſtat, quòd ſumus in enormibus, in quibus non debet ſeruari ordo iuris, quia dico, quòd etiam in crimine læſæ maieſtatis, & in caſibus, in quibus iudex habet liberum arbitrium requiritur quod præcedant legitima iudicia uel probationes ſecundum Fran. Bru. in tra. de indi. & tor. in 7. q. 2. q. 1. nu. 7. & Marſ. in conſ. 49. nu. 46 & in conſ. 50. n. 3. & in praxi. cri. § conſtanre. num. 24 cum ſeq. & in §. ſucceſſiue in fi. & Par. de Put. in lib. ſyndica. in uerbo. tortura uerſ. an ſte
32 tur dicto tortu. uerſ. licet iudex † Nec eſt uerum, quod punitur affectus, ac ſi ſequutus eſſet effectus, quia contrarium fuit deciſum in ſacro regio. conſ. Neapo. vt teſtatur Gramma. in deciſio. 2 per totam. & ex iſtis puto (ſaluo ſemper ſaniori conſilio) eſſe ſublata omnia ex aduerſo adducta.

IVD. Adeo bene & eleganter propoſui ſti defenſiones aduerſus ea, quæ per Fiſcũ adducebatur, ut merito debeant abſolutio
33 ni uiam ſternere. † Et ut alliqua in hoc crimine dicam ſciendum eſt, quòd crimẽ ueneni eſt, adeo odioſum & grãde, ut ſi ſtatutum permittat bannitum impune occidi, non poſſit tamen venenari: vt habetur per Ang. in l. ſi. C. de deſator. lib. 10. niſi eſſet bannitus pro crimine læſæ maieſtatis. & ſequitur Marſil. in rubrica de ſicat. nu. 12. pro quo uide Rochum in tract. de conſuetudi. 11. fol. & Pet. de Gerar. in ſing. 14. & ita tenet Affl. in conſtitu. mala noxia
34 in fi. † Item ſi affines venenauerint affines ſuo, qui erant carcerati, & meriti ſuſpendium, & hoc, ne vituperarentur, puniuntur, ut parricidæ ſecundum Bald. in l. liber tas. ff. de ſta. ho. & dixit Io. de Ana. in cap. cum iuramento. vlti. col. de homici. & fir
35 mat Mar. in l. 1. ff. de ſicar. nu. 6. Item iudex in hoc delicto veneni debet eſſe prõptior ad torturam, præcedentibus tamen legitimis indicijs vel præſumptionib. ut habetur ſecundum Bal. in l. 3. C. de epi. audien. & Affl. in conſti. mala noxia. 1. col. in
36 fin. † Vbi plus dicit, quòd ſi examinatur vxor de venenatione uiri; uel torquetur, non debet interrogari, an maritus ſit mortuus ex veneno, ſed an dederit ei venenũ. & hoc ex doctri. Alex. in conſi. 116. incip.
37 in cauſa inquiſitionis. in fi. in 3. li. † Item eſt ſciendum, quòd uedens, & emens venenum necandi cauſa, uel habens, punitur pœna mortis. ut in conſt. mala noxia, & in conſti. eadem pœna. & conſt. quicunq; toxicũ & per tex. in l. eiuſdem. ff de ſicar. licet Affl. intelligat procedere, quando ex veneno illo ſequuta eſſet mors, non alias, & quòd ita interpretatum fuit ex generali conſuetudine totius Italiæ, & hoc dicit in dic. conſtitu. mala noxia. in 5. not & dixit ſupra inquiſitus ex deciſ. Gramma. 2. item procedunt prædicta, ſi timere fuerit uenditum venenum, ut puta, ſi uendatur diſcolis & incognitis, quos veriſimiliter poteſt coniecturari ad malum finem emere, ſecus, ſi vendatur probis uiris, in quibus nulla cadit ſuſpitio, ut declarat Mar. in d. l. eiuſdem. §. alio ſenatuſconſulto.

FIAT CONTESTATIO litis ſuper eis. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Capitula debent legi inquiſitis, & ſuper ipſis interrogabuntur.*
2 *Litis conteſtationis forma.*
3 *Confeſſio facta in vinculis an valeat numero 5.*
4 *Lis conteſtari ſi reus ſpõte voluerit, an coget.*
6 *Litis conteſtatio an debeat fieri in præſentia accuſatoris, & rei.*
7 *Reus inquiſitus an poſſit in conteſtatione litis dicere, nego me eſſe culpabilem*
8 *Litis conteſtatio an ſemper debeat fieri iudice pro tribunali ſedente.*
9 *Litis conteſtatio an inducatur, ſi dicatur: mentitur, qui hoc vult dicere.*
10 *Litis conteſtatio quos effectus pariat nu. 11. 12 13. 23. 24.*
13 *Fideiuſſio de iudicio ſiſti cum clauſula, toties quoties expirat lapſo biennio a die litis conteſtationis.*
14 *Tortura datur facta conteſtatione litis.*

15 In

15 *Inſtantia perempta in cauſa periurij an poſſit pronunciar ſuper debito.nu.19.*
16 *Iudicium eſt uniCum, licet plures conueniantur in uno libello.*
17 *Acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis num 12.*
18 *Inſtantia ſi eſt perempta in uno eſt perempta in alio.*
20 *Periurium interuatum imperiat cauſam ciuilem & criminalem.*
21 *Sententia poteſt ferri contra unum, & contra alios ſuperſederi, ſi plures accuſantur in uno eodemque libello.*
23 *Exceptiones dilatoriæ aduerſus accuſationem proponuntur ante litis conteſtationem.*
25 *Inſtantia in criminalibus durat per biennium.*
26 *Inſtantia in criminalibus poteſt prorogari per regem per inſuflationem ſpiritus vitæ.*
27 *Actio iniuriarum tranſit ad hæredes facta litis conteſtatione.*
28 *Curator debet dari minori ante litem conteſtatam, & qualiter.*
29 *Aduocatus, & procurator dādi ſunt inquiſito.*
30 *Ordo iuris non eſt ſeruandus in leuibus.*

IVDEX.

HVcuſq; viſum fuit qualiter formentur capitula contra inquiſitos. auditis uero fiſco & inquiſito, officiū iudicis eſt telam proceſſus & iudicij in his q̄ ſpectant ad eius officiū, ordinatim pertractare.
1 †Quamobrem ſciendum eſt, quod formatis capitulis, ut ſupra, debet duci reus ad iudicem. ſedentem pro tribunali ad eum ...ū ſolutus vinculis & cathenis, vt dicit tex in conſti. regni inci. ſi dāna clādeſtino & ibi per gl & Afflin verbo, ſoluti tormētis. & eo ibidem exiſtente debent legi, & particulariter declarari eidem inquiſito dicta capitula, & ſuper unoquoq; ipſorū debet ſcribi eius reſponſio in pede vniuſcuiuſq;, iuxta practicam datam per Affli. in d. conſti. ſi dāna clādeſtina. in nouo nota & docet Marſi in ſua praxi. nu. 11. §. cōſtantes & lectis eidem omnibus capitulis ac ſcriptis ut ſupra & annotatis omnibus eius reſpōſionibus, in fine capitulorū ſcri
2 bi debet actus litis cōteſtationis. †Eius ante forma erit. Quarto Februarij an. 1553. inſtante reg. procuratore fiſcali p̄ſentia capitula fuerunt exhibita & præſentata, dicta, & diuulgata de uerbo, ad uerbū, d. inquiſito conſtituto corā magnifico Straticoto ciuitat. s Salerni, pro tribunali ſedente ad hunc actum, iſq; idem inquiſitus ſolutus vinculis et cathenis. & quū ſuper eis & vnoquoq; ipſorum interrogaretur litem conteſtando & aīo conteſtandi, reſpōdit prout in pede eorū & uniuſcuiuſq; ipſorum continetur. immediate aūt tum dēt dari terminus per iudicem eidem inquiſito ad faciēdum omnes & ſingulas defenſiones, quas habet & habere poterit, & fiſcus debet acceptare oēs confeſſiones, mendacia, & variationes dicti inquiſiti, ſi & quatenus pro ſe faciunt. & nō aliter nō nec alio modo, & e contra reuocare oēs, & quaſcunq; confeſſiones & propoſitiones, ac inſtantias quomodolibet ſibi nocivas, & nō aliter nec alio modo. FIS. Quid
3 ergo importtant illa uerba; ſolutus vinculis & cathenis; an q̄ſo ſunt de ſubſtātia litis conteſtationis? IVD. Illa profecto uerba ſunt magnæ importantiæ, quia, ſi reus confiteret aliquid in capitulis, quū eſſe in uinculis & cathenis poſſet allegari per uim & metū tormentorū extortū. ut in d. conſti. ſi dāna clandeſtina. & ibi Affl. item ex alio, quia coteſtatio impeditur per metum, & eſſet ipſo iure nulla dato metu, ſecundum Guliel. de Cu. & doct in l. 1 C. de l. i. conte. & Pet de Su. in l. 2. in fin. ff. de iu-
4 di. †FIS Sed pone caſum, quod reus in iudicio conſtitutus non vult litem conteſtare, nonne eo caſu cogetur? & certe, ſic, ut hr in tex. in c. 1. & c. tuæ. ut lit. non conteſta. & ibi. gl. & Cy. in l. 1. C. de conteſt. lite. in 7. q. & ibi. Bal. in 5. q. & Alex. in l ſi fini ta §. Iulianus col. 10. ff. de dam. infec. & habetur per Affli. in conſtit. ſpeciale. & poſſet cogi per impoſitionem pœnarum pecuniarum, & etiam per torturam; ut habetur per Bald. in l accuſationem. C. qui accu. non poſſunt. & tu dixiſti infra in tertia parte tertiæ partis. ut ib. ; & tamen litis conteſtatio facta iſto modo valet & tenet, ergo quomodo procedunt, quæ dicta
5 ſunt ſupra? † IVD. Non nego, quin etiam litis conteſtatio poſſit fieri per eum uiribus prætoris cōpulſum in caſu, quo voluerit ſponte litem conteſtari, attamen poſito caſu, quod aliquid confiteretur, eſſet neceſſa-

ceſſatia ratificatio: quia videretur facta confeſſio per metum & comminationem pœnarum & torturæ. & ideo bene ad cautelam fuit prouiſum, vt apponantur illa verba, de quib. ſupra dictum fuit.

6 FIS. Vtrum in caſu, quo proceditur ad querelā, requiratur de neceſſitate, vt fiat conteſtatio litis per reū in præſentia accuſatoris, ſicut requiritur in ciuilibus.

IVD. Dicas, ꝙ nō, quia in criminalib. abſente accuſatore iudex ex officio procedere pōt, & interrogare. ut l. 2. C. de aboli. & l quāuis. C. de adult. tradit Bart. in l. is, qui reus. ff. de pub. iud. & Bal. in l. 1. C. qui accuſ. non poſſ. uerſ. ſed hic occurrunt, & idem tenet Bal. in l. 1. C. de litis conteſt. & firmat Maria. Soc. in ca. olim inter. de lit. conteſt. nu. 65. in fin. & vide Ang. de Aret. in lib. malef. in uerbo, hæc eſt quędam in-
7 quiſitio. 8. col. FIS. Vtrum reus inquiſitus poſſit reſpondere in capitulis hoc mō, nego me eſſe culpabilem? IVD. Bart. in l. 1. § accuſationem. ff. ad Turpi. dicit, ꝙ non dēt admitti talis reſponſio quia, reus dēt reſpondere ſuper facto, vtrum fecerit, an non fecerit id, ſuper quo accuſatur, non aūt, vtrum illud ſit culpabile, an non culpabile. quia hoc ſpectat ad iudicem, ut in d. §. accuſationem facit, qđ no. in c. fin. de purga. cano. & ſequitur Bal. in l. vnica. C. de lit. conte. in 8. q. & firmat idem Maria. in d. c. olim inter. nu. 87. in fi. & dicit eſſe
8 perpetuò notandum. FIS. Vtrum ſemper requiratur, vt conteſtatio litis fiat iudice ſedente pro tribunali, & aliter facta an valeat. IVD. Dicas, quòd ad validitatem litis conteſtationis requirit, ut fiat iudice ſedente pro tribunali, vt eſt tex. in d. cap. olim inter. & per tex. in l. 1. C. de lit. conteſt. & l rem non nouam. § patroni. C. de iudi. & firmat idem Maria. vbi ſup. num. 75. & aliter facta non ualet. & ideo eſto cautus, ut ſemper apponi facias dicta verba.

9 FIS. Quid ſi reus reſponderit in aliquo capitulo, quòd mētitur, qui hoc voluerit dicere, an dicatur litem conteſtari.

IVD. Dicas, quod ſic. ſecundum Bal. & doct. in l. turpia, ff. de leg. 1 1. & eſt notandum, ꝙ plurimos vidi reos ita rńdere, & eſt ſciendum, quòd plures effectus parit
10 litis conteſtatio. Et primus eſt, quia ſi moritur reus poſt litem cōteſtatam, facit hærede teneri, quia aliàs regulariter non tenetur ſecundum Bart. in l. ſenatus. ff. de offi. præſidis. & no. per doct. in l. 1. C. ne ex delic. defunct. & Bart. in l. quid ergo. § pœna. ff. de infami. & Alex. in l. abſentem. ff. de pœn. & ibi habes, in quibus caſibus
11 hoc procedat. Secundò operatur, quia lite conteſtata currit inſtantia. ſecundum Bal. in l. properandum. in 5. col. C. de iudi. & ante litem conteſtatam non currit. Et
12 an lapſa inſtantia ulterius audiatur accuſator vel fiſcus, vel reſtituatur in integrū, uide Gramma. in voto 31. per totum, vbi pulchrè. & vide Capi. in deciſ. 206. incipi.
13 in cauſa, & cætera. Tertiò operatur, quia facta litis conteſtatione, & elapſo biennio expirat fideiuſſio de iudicio ſiſti, cū clauſula, toties quoties, ſecundum Afflic. in conſtitu. ſæpe contingit. la 2. ſecundo
14 nor. Quartò operatur; quia ſine conteſtatione litis non poteſt procedi ad torturam, ut dixi in tertia parte tertiæ partis nu. 49. & intelligas regulariter.

15 FISC. Quòd ſi agitur de periurio contra aliquē & à die litis cōteſtatæ elapſum eſt biennium, & ſic inſtantia eſt perēpta quo ad periurium, cū ſit eā criminalis, an poſſit nō obſtante perēptione inſtantiæ prouideri & pronunciari ſuper dubio, & vr̄ dicendū, ꝙ non. quia ſtante lapſu biennij à die litis conteſtatæ ſuper eā criminali, perempta inſtantia ipſius cauſæ criminalis principalis, intelligetur peremptum omne ius proueniens ex ea. quia eā principalis debet attēdi. l. ſi quis nec cauſam. ff. ſi cert. pet. & ſic ciuilitas ſeu iudiciū ciuile nō eſt amplius in cōſideratione, aliàs ſententia eſſet nūlla, ut per doct. in l. pro-
16 perandum. de iudi. Et pro confirmatione opinionis prædictæ adducitur, quòd ſi in libello plures conueniunt, unicū eſt iudiciū, & unica inſtantia, & indiuidua pariformiter ſententia. l. in hoc iudicio. ff. famil. hereiſcun. ita ſi in libello ſunt plures actiones, inſtantia vnica & indiuidua debet eſſe, & ſic ſtante unitate cauſa, nō pōt dici in parte perempta, & in parte non.

17 Tertiò confirmat, quia acceſſoriū ſequitur naturā ſui principalis. c. acceſſoriū de reg. iur. in 6. l. non dubium. C. de legi. Iaſ. in l. 1. § ſi quis ita. ff. de uerb. obligat. ſed cauſa ciuilis eſt acceſſoria ad criminalem

nalem periuri,quæ eſt principalis,& principaliter intenta;ergo ea ſublata,& ſic perempta inſtantia illius principalis ſublatū eſt acceſſorium, & quòd cā criminalis ſit principalis, patet ex ordine libelli, qa præponitur,quia ordo ſcripturæ eſt attendendus.ſecundum Bal.in l.aduerſus.C.de vſur.& in l.1. C. de ſubſtit. hoc eſt, quod dixit Barr.in 1.conſ.C.colum.fin.quòd ſi reperiuntur duo inſtrumēta ſcripta in eadem charta, præſumitur prius factum & ſcriptū illud,quod pcedit ex ordine ſcripturæ & hr per Bal.in l.ſi duas. ff.de excu.
18 tut. Præterea ſi inſtantia non eſſet peréptaetiā quòd ad ciuilitatem, ſequeretur abſurdum: quòd nec inſtantia quoad criminalitatem eſſet perempta cum ſit indiuidua,ut dictum fuit. & ſic principale reciperet cōfirmationē ab acceſſorio,quod eſſet cōtra.l.qd per manus.ff.de iure cod. & cōtra omnia iura cantantia,quòd elapſo biennio inſtantia cauſæ criminalis eſt
19 perempta. IVD. Sed præmiſſis non obſtātibus contrariam ſententiam de iure probabiliorē eſſe exiſtimo:& ſic, ut licet poſſet dici perēpta inſtantia quoad caput criminalitatis:non tñ quoad caput ciuilitatis ex infra dicēdis.& primò quia licet de iure cōi non poterat agi criminaliter & ciuiliter in uno eodemq; libello & tpe.l. 1.C.quando ciuilis actio præiu.cri.tamen hodie propter clauſulas cōſuetas apponi in inſtrumentis, uel propter pactum habitū inter partes, poteſt agi ſimul & ſemel ciuiliter & criminaliter ſecundum Affli. in conſt.ſi ciuiliter,dum dicit ibi;ſumpta
20 eſt iſta practica.Et ſemper quando agitur de periurio, agitur criminaliter & ciuiliter,& in primo tractatur de pœna periurij,in ſecūdo de ſolutione. vnde ſequitur, vt ſi in libello contineantur plura & diuerſa,tot cēſeantur eſſe libelli, quot ſunt capita in eo contenta,& tot dicantur eſſe inſtantiæ,& non unicā;ſecundum Bal. in l.edita.C.de eden.verſ.14.quæro.dum dixit, quòd ſi in libello contineantur plura, & ſic fiat cumulatio, an dicatur una inſtātia, an plures, & diſtinguit; aut loquitur de vnitate collectiua.& eſt una inſtantia, ſicut unus libellus; aut de vnitate ſpecifica,& tunc ſunt plures inſtantiæ;& ita plures cōſiderant.& effectus erit,dicit ipſe;ſi plures inſtantię conſiderantur,ſi unū crimen eſt liquidum, ſuper eo pōt pronuntiari, & inſtantia diuidi poteſt. ſic ergo in caſu propoſito dicendū eſt, ut licet perempta ſit inſtantia quoad unum caput criminalitatis,non dicatur tñ perempta quoad caput ciuilitatis longè diuerſum ab eo cū capita iam ſint ſpecificata. & cauſæ ſint diuerſæ;& ita vr tenere Alexan. in l. ſcire
21 debemus, de verb.oblig. Et ad confirmationem prædictorum adducitur doc.Bar. in l.de vnoquoque.ff. de re iud. vbi dixit, quòd ſi plures accuſantur in uno libello, vna ſententia poteſt inferri contra unū, ſaluo proceſſu contra alios; & ſic inſtātia diuidi poteſt,quæ erat unica. quanto igitur fortius dicendum eſt in caſu noſtro,in quo conſiderantur duæ cauſæ,& duę iſtātiæ & una ſtat de per ſe ab alia; & ſic vna ſublata non intelligitur alia ſublata vel
22 perempta. Præterea quando ſunt de cā æquè principales ſimul iunctæ, una non dr dependere ab alia & ſic in eis non conſideratur principale & acceſſorium, neq; quod principaliter actum eſt; ut elegāter dixit Hipp.de Marſ.in tit. de fideiuſſ.nu. 63.ſed in materia noſtra cauſæ ſunt coęquales & ſeparatæ,ergo una non depēdet ab alia,ut probatur per doctr.Bar.in d.l.1. C.quādo ciuil.actio.dum dixit, quòd una ſublata, alia non tollitur. ergo ſequitur, quòd una non eſt acceſſoria ad aliam,ſed ſunt æquè principales,& tenendo iſtā partē breuiter reſpondetur ad allegata in cōtrariū.& quoad primum, in quantum dr, quòd debet attendi illud, quod principaliter agitur,reſpondetur, quòd illud procedit, quando cauſæ non eſſent æqualis potentiæ,ut dictum fuit:nec obſtat illud, quod dicitur ſecundo per tex.in l. in hoc iudicio.ff.fam.hėr.quia ille tex procedit, qñ plures ſunt conuenti,& omnes cōparent,ut ſic contra omnes poſſit determinari,uel in fauorē omnium; & tunc inſtātia vnica diuidi non poteſt, nec ſentētia; ſecus autem,ſi aliqui eſſent abſentes, diuidit enim tum inſtātia & ſententia. l.nō idcirco.ff.de iud.ſed materia noſtra cōtinet duas cauſas ſeparatas, & principales & coęquales, ac duas iſtātias nō reſpectu vnitatis collectiuæ;ſed reſpectu, qa ſunt oīa ſeparatim in libello ſpecificata; & ſic

vna ab alia ſeparari & diuidi pōt. nec obſtat aliud, quòd acceſſorium ſequit naturam ſui principalis, nam in caſu propoſito non dat principale & acceſſoriū, ut dictum fuit, ſed oēs cauſæ ſunt æque principales, & diuerſæ, & diuerſæ inſtantię, nec hēt obſtare aliud, inquantum dicebatur, ꝙ attenditur ordo ſcripturæ: & per ordinem apparet, quòd principaliter eſt intenta cauſa criminalis; & quòd ſic illa ſit potentior, vnde ea ſublata, omne ſequēs tolli debeat. nam reſponſum fuit, quòd illud procedit, quando non daretur æqualitas cauſarum, ſicut in caſu noſtro, quia tunc non procedit illud, quod dr̄, quòd debet attēdi, quod principaliter agit, & ſic limitatio erit ad dictam. l. ſi quis nec cauſam. ff ſi cer. pe. ut per Hippo. in d. nu. 63. preterea ordo ſcripturæ non eſt attēdendus, qn̄ conſtat de mente diſponentis. l. nec. n. ff. de ſolu. Bar. in l. cum prætor. §. fidei. ff. de lega. 3. ſed iam conſtat, quòd iſtæ cauſæ ſunt ſeparatæ & coęquales, & ſic inſtantię per doctrinam Bal in d. l. edita. & per Ale-
23 xand. in d l. ſcire debemus. † Quinto operatur litis conteſtatio, quia per eam præcluditur via proponēdi exceptiones dilatorias aduerſus accuſationem & inquiſitionem. ſecundū Marſ. in l. 1. numero. 15.
34 ſi.ff.de iu.fi.† Item eſt aduertendum, qd ſi eſt probatur,delictum commiſſum eſſe per eum,qui habet dilucida interualla, & probatur in defenſionibus,quòd habet dilucida interualla,in dubio præſumitur feciſſe eo tempore,& non tempore ſanæ mentis, niſi expreſſe probetur cõtrarium.quia antiquus furor transfert onus probandi in aduerſariũ, vt no.in cap.fi.de ſucce.ab inteſta & firmat ac ſumme cõmendat ad liberandum amicum.Ang.in lib.maleſic. in verbo ſciẽter & doloſe.3.col.& ibi vidi qua cautela debeat uti iudex, quando allegatur,& probatur, quem eſſe furioſum.
35 † Et ſi aliquis inquiratur de inſultu.poterit probari ad defenſam, quòd inſultãs erat diſtans ab inſultato, & non propinquus; adeò, vt etiam ſi uoluiſſet eum verberare non potuiſſet, quia non dicitur,quem feciſſe inſultum,niſi adeo ſit propinquus inſultato,vt poſſet verberare ipſum ſi vellet: vt aurea eſt doctri.Bal.in c.1.§ ſimiliter, quibus mo.feu.amitt.& refert & ſequitur Angu.de Are.in lib.male.in uerbo.fecit inſultum.in pri.item poterit probari.quòd inſultans ibi ſtabat pro certis ſuis negotijs, nec progreſſus fuit a loco, in quo ſtabat, nec ſaltum fecit in eum, qui eſſe inſultus dicit,vt in l.fi.C.de Iudę.& declarat Ang. de Are. vbi ſupra.& dicitur tunc inſultum quis facere,quando promouet ſe de loco ad locum,& aggreditur.itẽ, quòd ibi ſtabat caſualiter,& non data opera expectando inſultatum.itẽ quòd ibi ſolebat ſtare. antea per magnum ſpatium, & ſic de ſingulis, ut ſic probetur non eſſe præmeditatũ inſultũ.de quo per gl.& Moder.in cõſti.ſi quis in poſterum.in verbo.quas pœnas.& Afflict.ibi per text.in cõſti.iuſticia rij nomen in §.latrocinia & Fran.de Are. in conſ.34 Giamma. in voto 15.in deciſio.17. F I S C. Nunquid in crimine blaſphemiæ cadat defenſio, & quæ? & videtur dicendũ,quod non,ut dicit Bar.in ver bo,cõdemnatio.in cap au poteſtas.3.col.
36 † I V.Dicas cõtrarium,quod cadit defenſio:poteſt enim probari negatiua coarctata loco & tempore, uel,quod calore iracũdiæ blaſphemauit,vel aliter, vt conſiderat Giamma.in conſil.15.nu.12.in criminali-
37 bus † Et ſi quis inquiratur. in crimine adulterij, poteſt ſe defendere primo, quod trãſactum eſt quinquennium, quia quinquennio durat accuſatio de adulterio.vt l.ſi maritus § præſcriptione.ff de adulter. quod eſt intelligendum ſecundum glo.& late ali.in l adulter.C.de adulter.vt non procedat,quando non potuit accuſari ratione ordinis,quia incepiſſet ab adultera, & ſic illa cauſa fuiſſet prius finienda.itẽ, quando non potuit accuſari, quia fuiſſet ab alio præuentus, qui fuerat piguaricus. item,quando maritus non potuit,quia in maiori magiſtratu eſſet cõſtitutus,vel aliter reipublicæ abſens.item, quando adulterium fuit per uim commiſſum.item poteſt allegari & probari quod maritus deſtitit,ut ff.de adulter.l.1.§.1.item poteſt allegari & probari, quod adulter fuit abſolutus quia amplius uxor accuſari non poteſt. l. denuntiaſſe. §. fi.& no.gl.& Bar.ff.de adulter.quia abſolutoria facta de adulterio prodeſt adulteræ. item poteſt allegari, quod uir fuit author malorũ morum, de bet enim iudex inquirere an maritus pudicè uiuens,mulieri quoque colendi bonos mores author fuerit. item poteſt allegari & probari,qd maritus eius mores approbauit,quòd primo propter adulterium eã expulit, & deinde reſumpſit. item quòd maritus fuit leno, hæc omnia cumulat & congerit Angel.de Are.in lib.maleficiin uerbo.che m'hai adulterata la mia dõna. 6.col.aduerte, quod in regno ſi maritus deſiſtat iudex ex officio poſſit procedere ad cõdemnationem,vt habetur per Affl.in cõſti.legum aſperitate,in quarto & ulti.not. & unde conſti.ſequen.incip. qui coram ſe ſpectante.qua cauetur, maritum non poſſe de adulterio accuſare, ſi per mittat luxu
38 riam.† Et ſi forte opponeretur, quòd matrimonium non tenuit propter aliqd iuſtum impedimentum, & peteretur cauſam remitti ad eccleſiaſticũ, debet iudex ad effugiendas opiniones,ſi uiderit,quod conſtat de coitu.& quod allegatur per calumniam, quod nullũ fuit matrimoniũ, quia ille uir ſuus erat conſanguineus cum quo non poterat eſſe matrimonium, uel erat compater,uel allegat aliud canonicũ impedimentum,quod impedit matrimonium cõtrahi, & contractum diſſoluit, poteſt

teſt ſtatuere opponenti terminum, intra quem producere habeat ea, quæ vult pro re coram epiſcopo, & ſi viderit eo nõ obſtare, procedat ad vlteriora, vt plenè docuit Afflict. in conſt. maieſtati noſtræ. 2. &
38 3. col. Et ſi inquiratur de homicidio de nocte commiſſo poteſt probari, & articulari quòd luna non lucebat, & obſcurum erat. nam tunc licet poſſit probari delictũ ſore commiſſum, non tamen poteſt probari per quem fuit commiſſum, vt eſt gl. ord in l. ſi cũ exceptiones. §. in hac actione. ff. quod me. cau & ibi Bald. & refert & ſequitur Ang. in lib. maleſi. in uerbo, compa. di. inqui. inter deſen.

FIAT PVBLICATIO PROceſſus. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Publicatio proceſſus in criminalibus non eſt neceſſaria.*
2 *Publicatione facta teſtis ad offenſam non admittatur.*
3 *Publicatio debet fieri citatis inquiſito, & accuſatore.*

IVDEX.

1 ELapſo termino dato ad probandum ſolet ad petitionem inquiſiti, accuſatoris, vel fiſci, procedi ad actum publicationis proceſſus, cum aliàs nõ ſit de neceſſitate, & ſic non petatur, etiam non facta publicatione proceſſus, poteſt procedi ad torturã, vt dixi in tertia parte tertiæ partis principalis, quocirca inoleuit practica generalis in rubrica except. onũ peti publicationẽ fieri, audiri cũ aduocatis in diſcuſſione iudiciorum; & concedi repulſam gradatim, cõdõnaliter & ſucceſ-
2 ſiue. Et eſt magni effectus publicationem fieri, quia licet poſſint recipi teſtes etiam facta publicatione ad defenſam ſuper nouis & antiquis iuribus, tamẽ ad offenſam nõ licet, niſi ſuper nouis iuribus & capitulis, ſecundum Sal. in l. ſi. C de quæſt. in ultima col. quem refert & ſequitur Marſ. in ſua praxi. crimin. in § ſequens nu. 8. Et
4 debet fieri publicatio in cauſa citato inquiſito, vel de voluntate ipſius præſentis acceptantis, & ſic etiam citato querulante. ſecundum Bal. in l geſta. C. de re iud 2. col. verſ. quæro qualiter. aliàs nõ valet. Addę quòd publicatio non ligat iudicem in eo quod ex officio faceret. Ita Bal. in l. data opera. C. qui accuſ. non poſſ. col. 11. verſ. item nota etiam practicatur.

CONCEDATVR REPVLSA. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Repulſa eſt ſpecies defenſionis, & debet concedi & debet etiam dari accuſatori. numero ſecundo.*
3 *Repulſantur teſtes ratione domeſticitatis cum offenſo.*
4 *Repulſa nõ conceditur in crimine blaſphemiæ, niſi ex capite inimicitiæ capitalis.*
5 *Repulſa non conceditur in crimine leſæ maieſtatis, hæreſis, & aſſaſſinij niſi ex capite inimicitiæ.*
6 *Repulſa qualiter ſit facienda.*
7 *Repulſæ ex quibus fieri poſſunt.*
8 *Repulſari non debent teſtes in primis exceptionibus, & primo termino.*
9 *Repulſæ terminus, eſt medietas primi termini.*
10 *Repulſa eſt odioſa, & currit terminus de momento ad momentum nu. 12. 17.*
11 *Repulſa non conceditur aduerſus ſcripturas.*
13 *Repulſa quando petatur.*
14 *Repulſari an poſſit teſtis per eum aliàs productus.*
15 *Repulſari nedum debent teſtes de viſu, ſed etiã de fama.*
16 *Articuli continentes idem, vel de directo contrarij, admittuntur in repulſa.*
18 *Proteſtari debet inquiſitus contra teſtes, & eorum dicta nu. 24.*
19 *Repulſari poſſunt teſtes etiam ex præſumpta inimicitia.*
20 *Repulſantur teſtes quo ad dicta.*
21 *Repulſa repulſæ conceditur accuſatori.*
22 *Proteſtari debet obijciens crimina contra teſtes quòd non animo iniurandi obijcit.*
23 *Repulſam ſi non petijt minor, an reſtituatur ad eam petendam.*
24 *Repulſari teſtes poſſunt, contra quos nihil obiecit reus tempore examinis, ex capite ignorantiæ.*

Repul-

25 *Repulſati licet non ſint teſte, ſi tamen ex actis appareat de ipſorum inhabilitate, non faciunt fidem.*
26 *Accuſatus accuſati ne pendente nõ eſt idoneus teſtis.*
27 *Laicus contra clericum non probat.*
28 *Repulſa debet fundari & referri ad tempus iuramenti.*
26 *Teſtes non ſunt idonei monachi.*
30 *Repulſa an poſſit cõtinere idem, vel de directo contraria cum primis.*

IVDEX.

1 FActa autem publicatione in cauſa, &
percunctato proceſſu, ſolet vt pluri-
mũ inſtari, & peti repulſa, quia ex defen-
ſionibus factis non in totũ videntur indi-
cia eliſa. q̃ repulſa, quia eſt ſpecies defen-
ſionis, eſt omnino concedenda, vt dixi in
tertia parte tertiæ partis principalis, vbi
dixi ad quid operetur repulſa & qũo de-
beat fieri cõcludenter; & ad ibi dicta me
2 remitto. Et eſt notandum, quòd repulſa
non ſolum datur reo inquiſito; ſed etiam
accuſatori aduerſus teſtes examinatos ad
defenſionem rei; vt in c. in generalibus
inquiſitionibus. & refert & ſequitur Par.
de Put. in lib. ſyndic. in uerbo. inquiſitio
in uerſ. & aduerte. tamen non datur fiſco.
vbi proceditur per inquiſitionem ſecun-
3 dum eundem Par. vbi ſupra. Item eſt ad-
uertendum; quòd ſicut repulſantur teſtes
ratione domeſticitatis cum accuſatore,
quando proceditur ad querelam; pari mo-
do repulſantur ratione dictæ domeſtici-
tatis oſtenſi, qñ proceditur per inquiſitio-
nẽ & eſt rõ, quia delictum per inquiſitio-
nẽ non alterat naturam ſuã, imò cum iu-
dex ſubeat locũ accuſatoris & inquiſitio
ſuccedat loco accuſationis, dẽt eſſe eiuſ-
dẽ qualitatis & naturæ; cuius eſt accuſa-
tio & accuſator, ut l. 1. § hæc actio. ff. ſi qs
teſta. lib. eſſe iuſſ. fuer. & ita conſuluit Ra-
pha. Cuma. in conſ. ſuo 27. inci. cum adeò
quem refert & ſequitur Bernar. de Landri
in addi. ad Ang. in uerbo, hæc eſt quędam
inquiſitio. in gl. locus & tempus licet An
ge. de Are. in lib. male. in uerbo. qui in ſta-
ter. ad opp. videatur ſentire contrariũ, vt
4 ibi, et eum. Eſt etiam notandum, quòd
in crimine blaſphemię nõ conceditur re-
pulſa niſi ex cauſa inimicitiæ capitalis. ar
gu. l. famoſi. & l. in quæſtionibus. & quod
ibi no. Bar. ff. ad l. Iul. maieſt & dixit Par.
de Put. in lib. ſyndic. in uerbo, condemna-
tio. in c. an poteſtas. 3 col. & Gram. conſil.
15 nu 12. & ibi ſentit Gramma. quòd bla-
ſphemans poteſt ſe defendere, vt dixi ſu-
prà in uerbo, recipiantur defenſiones vi-
de plene per Boer. deciſ. 301. in 2. parte.
5 Item aduertendum eſt, quòd in crimine
læſæ maieſtatis, & hæreſis non conceditur
repulſa, niſi ex capite inimicitiæ, non ex
alijs capitulis: ratio eſt, quia in dictis cri-
minibus admittuntur teſtes infames, mi-
nores, & aliter inhabiles, & eorum dicta
faciunt legitimum indicium, ſecundum
Alex. in conſ. 11. inci. circa primum. 2. còl.
1. vol. Bart. in l. famoſi. ff. ad l. Iul. maieſt.
quod ſane intelligendum eſt, vt dixi ſu-
prà in uerbo, item committit crimen læſę
6 maieſtatis. Et qualiter & quomodo de-
beat fieri repulſa, vide, quæ dicam infra
in tertia parte tertiæ partis, ubi latè & vl-
tra ibi dicta vide Boer. in deciſ. 321. in 2.
7 parte. Et quæ poſſint opponi contra te-
ſtes, & quæ non, vide Ang. de Aret. in lib.
malefi. in uerbo, qui iuſſu. ter. ad oppo. vbi
8 multa. Item eſt aduertendum, quòd in ter
mino dato ad faciendas defenſiones, non
poſsũt fieri exceptiones repulſatoriæ, niſi
ex cã inimicitiæ capitalis, vt dicit ritus
magnę curię vicariæ incip. item ſeruat ip
ſa curia, q̃ in exceptionibus, uel niſi re-
nũtiauerit inquiſitus futuræ repulſæ. & ita
9 practicani. Item eſt aduertendũ, quòd ter
minus ad repulſam, eſt medietas primi
termini, vt hr̃ in prag. ſup curſu dilationum.
10 Item eſt aduertendum, quòd repulſa eſt
odioſa, & currit terminus repulſę de mo-
mẽto ad momentũ, adeo, vt teſtes debeãt
citari, iurare, & examinari intra terminũ,
vt dictat ritus magnæ curiæ vicariæ inci.
11 Item q̃ facta. Item eſt aduertendũ, quòd
non conceditur repulſa cõtra ſcripturas.
ſed bene poſſunt allegari falſæ, ut dicit ri
tus magnæ curiæ uicariæ incip. itẽ ſeruat
dicta curia non concedere. Itẽ eſt aduertẽ
12 dum; quòd repulſa ex capite inimicitiæ
dẽt formari in ſpecie, & non in genere, &
de multis alijs vide Iaſ. in l. 1. C. de teſta.
Quid enim ſi repulſat quis ex capite ini-
micitiæ & articuletur id proceſſiſſe quia

alias

aliâs in cauſa criminali contra eum depo ſuerit, an rectè repulſa procedat? D. Abb. in ca. cū p. Mancoualla. in fin. dicit quòd aut ille teſtis ſponte venit ad ferendum teſtimonium contra nunc repulſantem, & tūc preſumēdū eſt inimicos & repulſa ex conſequēti rectè ꝓpoſita dicetur, aut mādato iudicis & ſic coactè & tūc repulſa minimè procedit & idē firmauit in c. memi nimus eo. ti. de accuſ. Item eſt aduertendū quòd non omnis inimicitia repellit teſtē, ſed quæ repellat, & quę non arbitrio iudicis relinquitur. vt voluit Abb in c repellātur. extra de accuſ. per c. inquiſitionis. § & an fides eo. tit. debet. n. aduertere iudex an ipſe cauſam dederit inimicitię maliciosè an ex cauſa graui, vel leui & alias circunſtantias. & volu t gl. in l. 3. ff. de teſt. per §. ſi verò quis dicat in auth. de teſt. & de quę
12 ſtio. leg. 1. § queſtionum. † Item aduertas, quòd licet ſupra dixerim, terminum ad repulſam currere de momēto ad momentū & quòd ſi nō examinentur teſtes intra ipſum terminum, vlterius non examinentur. id tamen procedit & verum eſt, niſi allegetur iuſta cauſa impedimēti, verbi gratia, quia teſtes renuerunt examinari, & fuerit petitum, ut cogerentur captis pignoribus vel aliter mulctari. nam quia tūc apparet partē feciſſe, quicquid potuit pro propulſanda cōtumacia teſtium, & pro ipſis examinandis, nō debet dici terminum nō de bene reſtaurari. per tex. l. de quib. diebus. in princ. ff. de condi. & demonſtr. uel quia ſtetit facto iudicis, quo minus fuit examinatum in termino, vel ex alia iuſta cauſa, vt voluit idem ritus ſuprà allegatus in fi.
13 Item aduertēdum eſt, quòd repulſa debet peti intra decē dies numerandos a die cōſignatæ copię proceſſus, vt dicto ritu cauetur. ſed puto, quòd ꝓcedat in ciuilibus & non in criminalibus, ubi tractatur de vita hominis. ſed ad tollēda dubia ſoleuit practica, ſemper peti repulſam, in rubrica exceptionum. quæ præſentantur in defenſionibus reorum, & pro certo nunquam uidi ſeruati illum ritū de petendo repulſam intra decē dies, ut ſupra; ſed ſemper ꝙ peti-
14 ta fuit indiſtinctè cōceſſa. † Item eſt notādum quòd licet inquiſitus ad ſuā defenſionem produxerit aliquem in teſtem, quē fiſcus reproducit, eundem cōtra dictum producentem in eadem, vel alia cauſa, non poſſit regulariter eundem repulſare, tamē hoc eſt uerum & procedit, niſi uellet eum repulſare ex cauſa prouenienete ex parte fiſci uel accuſatoris nunc reproducentis cōtra ipſum inquiſitum prius teſtem producentem, uerbi gratia, ſi vult repulſare ex cauſa, quia familiaris, vel cōiūctus offenſi, uel accuſatoris ſit, uel ſi uult repulſare rōne ſubornationis factæ ex poſt facto p fiſcum ad id deponendū. vel poteſt repulſare ratione criminis, ſed non prætextu infamiæ ciuilis, uel etiā pōt reprobare quo ad dictum ſuum, probādo rem aliter ſe habere, uel probādo eum falſum, ut pulchrè habetur per Iun. in c. cum venerabilis. de excep. nu. 7. & Bal. in margar. in uerbo, teſtis. & prædicta maximè procedūt, quādo ſunt diuerſæ cauſę, ſeu capite, ſuper quib. deponit ad inſtantiam inquiſiti, & fiſci, & uide omnino Capi. in deciſ. 61. in cauſa illuſtriſſimi, ſed vide omnino Sal. in l. ſiquis teſtibus C. de teſta ubi etiam dicit, ꝙ poteſt repulſari ex cā, quę non erat nota producenti tūc tēporis. item ſi fiſcus, vel querulator repulſauit, quando ille inquiſitus produxit, poteſt ipſe ipſum repulſare, ſi fiſcus uel querulator cōtra ipſum reexaminat, ut ibi p Sal. ſed pleniſſimè uide Boer. in deciſ. 245. vbi plenius, an ex cauſa antiqua, an de nouo ſuperuenienti. & dicit, ꝙ ſic, & ſi quidē ſolum citaui in teſte, poſtea nolo examinare, & expreſſe renuntio, an poſſum eundē repulſare, & ad eum me re
15 mitto. † Item eſt aduertendum, ꝙ ſi contra aliquem ſunt teſtes de uiſu deponētes, & alij de fama publica, debent nedum repulſari illi, qui deponūt de uiſu, ſed etiam deponentes de fama publica, alias ſi nō repulſarentur illi de fama publica, poſſent procedi ad torturam, ſecūdum Iaco. But. vt refert Albe. in l. 3 § eiuſdem. ff. de teſti. refert & ſequitur conſulendo Calc. in con ſil 106. pen. col & nouiſſimè ſequitur Grā mat in deciſio. ſac. conſ. Neapol deciſ. 34.
16 nu 54 † Item eſt aduertendum, quod licet non ſint admittendi articuli ijdē, uel de directo contrarij articulis partis aduerſæ, ut habetur in cōfraternitatis iuncta gl. de teſti. tamē id non procedit in repulſa, quia ſi aliquis repulſat teſtes a me productos, poſſū ego repulſare teſtes repulſatoriοs,

rios, & approbare meos per eoſdē articulos, vel de directo contrarios. ſecundum
17 Capi. in deciſ. 62.† Item licet repulſa ſit odioſa, & terminus currat de momēto ad momētum, ut ſupra dixi: id tamen procedit & habet locum quando repulſantur teſtes propter defectus, & crimina: ſecus ſi quoad dicta, probādo idem, ꝙ fuit probatum in primis articulis, uel de directo cōtraria, vt uoluit idē Capi. ubi ſupra: adeo, vt in eo caſu licet terminus ſit elapſus concedatur beneficiū ſeu reintegratio termi-
18 ni.† Item eſt aduertendum, quod quādo inquiſitus citatur ad uidendum iuramēta teſtium, vel ipſi examinantur corā ipſo inquiſito, debet eſſe cautus, ut proteſtet contra ipſorum teſtiū perſonas, & eorum dicta, ne uideatur cōſentire, vt voluit ſal. in d. l. ſi quis teſtibus. C. de teſti. & cautius debet ſe gerere in ſuo examine, quādo interrogatur, quomodo reputet teſtes contra ſe examinatos, vt non approbet, quia nō poteſt eos poſtea repulſare. adde Boer. in deci. 321. in 2. parte in fi. & Bald. in conſ. 36.
19 vol. 4. inci. præſuppoſito ſtatuto. † Itē eſt aduertendum, quod teſtis poteſt repulſari etiam ex præſumpta inimicitia, ſecundū doct. in c. per tuas. extra de ſimo. & Barto. in l. in quęſtionibus. ff. ad l. Iul. ma. & Lud. Rom. in l. ſi vero § de viro. ff. ſol. ma. & eſt text. & ibi Abb. in c. cum P. Mauconella. extra, de accuſa. & per Arno. in cōmenta-
20 rio. 136.† Item eſt aduertendum, quod teſtes repulſantur quoad dicta hoc modo, ſi per curiam eſt probatum per teſtes me occidiſſe Titium tali die, in præſentia taliū, poterit probari ad repulſam dictorū ipſorum teſtium, quod erā abſens tota ea die, & ſic probando negatiuam coarctatam loco & tēpore & ſimilibus modis, vt voluit
21 Salyc. & Capi. ubi ſupra. † Item eſt aduertēdum, quod accuſator in termino repulſæ pōt per ſe examinatos teſtes approbare, & demū facta publicatione in repulſa, poteſt petere terminū ad repulſam repulſę in quo repulſare poterit teſtes examinatos ad repulſam, ad inſtātiam inquiſiti in quo etiam termino inquiſitus ipſe ſuos teſtes approbet, ut habetur in c. in generalibus inquiſitionibus. & dixi in principio.
22 † Item eſt aduertendum, qđ in exceptionibus repulſatorijs criminoſis debet apponi proteſtatio, quod id, quod ponitur & excipitur, ſit nō animo iniuriandi, ſed ꝓ iuribus & defenſionibus inquiſiti, & non aliter nec alio modo. ſecundum Specul. in titulo. de accuſat. § primo; uerſicu. quod & Bart. in l eum. ff. de iniur. quem ſequitur Lud. Rom. in l. fin. quod quiſ. iur. & plenè
23 Boer. deciſio. 245. in 2. parte. in fine.† Sed quod ſi minor omiſit petere repulſam, an reſtituatur in integrum ad eam petendā? in hoc extat deciſio Cappe, Tolo. 53. quæ uoluit, quod non ſed Boer. in deciſio. 245. num. 7. tenet oppoſitum ſeruari, ubi cauſa minoris perderetur ex defectu repulſæ nō
24 petitæ.† Item eſt aduertendum, ꝙ licet ſupra dixerim cautum debere eſſe inquiſitum, quando interrogatur de conditione & quantitate teſtium, ut nō approbet, ſed obijciat, ſi tamen hoc nō faciat ex capite ignorantię, poſtea repulſare teſtes examinatos contra ſe, ut plenè habetur per Boe. in deci. 101. in 2. parte. num. 12. quem om-
25 nino videas in facti contingentia.† Item eſt aduertendum, quod licet nō ſint repulſati teſtes per repulſam ordinariam, ſi tamen ex actis conſtet de eorum inhabilitate. puta, quia teſtes confeſſi ſunt ſe eſſe accuſatoris familiares, vel ex delicto fuiſſe punitos, vel aliter: tunc iudex pōt & dēt ex officio eos repellere, & eis nō adhibere fidem, prout conſuluit Lau. Calca. in cōſ. 64 num. 16 Barto. & Marſi. in l. maritus. ff. de quęſtio. in hoc caſu dic. t Anto. de But. in cap. bonæ 6. col. de electio. & in c. cū dilectus. de cōſuetum 10. col. ꝙ iſtud procedit, ubi teſtes ſunt omnino inhabiles puta infames, iudæi, hæretici, & ſimiles, ſicut ſi nō eſſent omnino īhabiles, qui tacito uel expreſſo conſenſu poſſūnt habilitari ut ꝓ xeneta, uel domeſticus aut cōſanguineus aduerſarij, & idem in ſimilib. qui repelluntur nō odio ipſorū teſtium, ut primi, ſed fauore patris. ut uoluit clarius Fel. in c. in
26 timauit. de teſti.† te ſciendum eſt, quod accuſatus criminaliter, accuſatione pēdēte, non admittitur in teſtem contra alium in cauſa criminali ca. fin. de teſt. & ibi docto. Spec. in titu. de teſte § verſi. item pendēte. & ibi Ioan. And. & bal. in addi. & eſt ratio. quia ex pendentia huiuſmodi accuſationis aggrauatur opinio accuſati, ut nō dicatur integri ſtatu fallit in criminib. ex

ceptis,poſitus in allegato c.fi.p Sicu.poſt
27 Spec.in tit.de accu.in fi.† Item ſi laicus te ſtificatur contra clericum,repulſatur.c.de cætero.de teſti.fallit ſecundum Abb.in d. c.de cætero.quando delictum fuit cõmiſſum, vbi non erat clericorum copia.item fallit,qñ delictum clerici eſſet notorium. tertio limitat,vt laici non admittantͨ con tra clericum ad plenam probationẽ,ad fa ciẽdum vero indicium,vt ſic ſaltem ſubij-ciatur torturæ,admittuntur:item fallit in
28 criminib.exceptis.† Itẽ aduertas amãriſſime lector,ut repulſam fundes ita & taliter,vt referatur ad tempus iuramẽti. nam illud tempus eſt in cõſideratione,ut teſtis repellatur.l.1.& ibi Bar.C de teſta.l.ſi arbiter.C.de ſenten.l.ad teſtium.§.conditio ne.qui teſta.fa.po.Ang.in cõſ.pri.Specul. in ti.de teſte.§ 1.col.10.verſ.quid ſi teſtis
29 erat teſtabilis,& ibi Ioan.And.† Item eſt ſciendum,quòd in criminalibus non probant monachi aduerſus laicos,ut habetur
30 in conſ.per Grammaticũ.† Itẽ eſt aduertendum, ꝙ licet in articulis repulſæ non poſſit poni idem, quod fuit poſitũ uel articulatũ in primis articulis,vel de directo contraria per regiam prag.incip.cõtingit ſæpe tamen hoc nõ procedit in criminali bus quia eo caſu,ex quo ſemper ad defenſam etiam vſque ad ſententiã poſſunt exa minari teſtes ſuper nouis & ſuper netetib. (vt dixi ſuprà in verbo,recipiantur defenſiones reorum) non põt dici impertinenter id poni & articulari:bene tamẽ ex parte accuſatoris procedit illa pra.vt ſub ſpecie repulſæ non ponatur idem, vel de directo cõtraria.& eſt ratio,quia poſt publicationem nõ licet ad offenſam examinare: & ſi permitteretͨ ſub ſpecie repulſæ poni idem,vel de directo cõtrarium,eſſet facere fraudem legi. Vlterius aduertendum eſt quòd Bar.in l.1.C.de teſta.colligit ex illo tex.notab.practicam uidelicet,quòd ſi repulſantur teſtes propter aliquos defectus, nedum debent teſtes de veritate illorũ defectum deponere,ſed etiam de communi opinione hominũ,videlicet, quod ita habentur & tenẽtur per homines communiter.& licet Iaſ.ibi nonnullas difficultates moueat contra Bart. tamẽ vltimo loco tenet cũ Bar.& pro eo adducit doctr.Abb. Ioan.And.& But.in c.fraternitatis de teſt.

vbi idem tenent in iudice contra quem obijciuntur defectus per c.ad probandum de re iudica.

¶ FIAT CITATIO AD dicendum. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Citatio ad dicendum fit, facta publicatione in cauſa.*

IVDEX.

1 FACTA Verò publicatione proceſſus tam in termino defenſiuo, quàm ad repulſam, quoties fuerit petita,debet expediri citatio d cto reo inquiſito, & eius procuratori,ad dicẽdum quicquid dicere voluerit,& ad diſcutiẽdum ſuper indicijs exiſtentibus contra ipſum, vt latè dicam in tertia parte tertiæ partis, & ibi dicã, an ſit de ſubſtãtia,ita,ut ſi omittatͨ,annulletur proceſſus & aduertendum eſt, qđ ultra diſpoſitionem iuris communis in hoc habemus diſpoſitionẽ ritus magnæ curiæ vicariç inci.item facta publicatione dictç repulſæ,&c. quo cauetur,quòd debet dari terminus quindecim dierũ ad allegandũ in iure,nec dicatur,quòd loquitur in ciui libus,quia non diſtinguit, & etiam ſi in ciuili procederet, fortius tum certè in crimi nali,vbi de vita hominis agitur,&c.

REI INDVRATI TORqueantur. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Tortura quo ordine & qualiter debeat inferri.*
2 *Tortura an detur conuictis de crimine nume.3.*
4 *Mandatarius nunquid poſſit torqueri, vt indicet mandantem, ſi dicat ſe propria motu feciſſe, & ſi cum tortura confitetur quo ad ſe, poteſt abſque aliis indicijs uerum torqueri, ut indicet mandantem.nu.5.*
6 *Torqueri an poſſit, vt confiteatur alia delicta, de quibus nulla extant indicia, ſi confeſſus fuerit ea, de quibus inculpabatur.*
7 *Torqueri qui non poſſunt, poſſunt tamen terreri, & duci ad chordam, & ſpoliari.*
8 *Tortura quid ſit.*

9 *Tortura chordæ eſt approbata.*
10 *Tortura non eſt paſſim danda cum aqua frigida.*
11 *Tortura non debet dari per noua genera tormentorum.*
12 *Tortura in quibus caſibus habeat locum in regno, & an habeat locum in furtis minimis, nu.13.*
14 *Serui poſſunt torqueri ab eorum dominis.*
15 *Appellatio ad decreto de torquendo, quando admittenda ſit.*
16 *Tortura cum quo moderamine debeat dari.*
17 *Torturæ gradus quot ſint.*
18 *Tortus an dicatur, qui fuerit ligatus & aliquantiſper ſuſpenſione ſupra terram eleuatus.*
19 *Tortura an etiam tempore feriato liceat inferri.*
20 *Minor quatuordecim annis an poſſit torqueri*
21 *Senes an poſſint torqueri.*

IVDEX.

1 QVoties vero ex defenſionibus reorum non ſint ſublata, euacuata vel eliſa indicia exiſtentia contra ipſos, & viſum fuerit iudicibus debere ſubijci tormẽtis, tunc ductis ipſis coram iudicibus ad pedentondoli, & in locum torturæ, & ipſis reis delato iuramento de veritate dicenda contra ſocios, & auxiliatores delicti ſecundum practicam quam docet Marſi in ſua praxi.cri.§.diligenter.nu.66.in fine.& factis eiſdem pluribus interrogatorijs ſuper his, de quibus inquiruntur, ſequutiſque pluribus monitionibus, quòd dicere habeant veritatem, alias enim curia non valente veritatem habere, proceſſura ad torturam eorum, perſiſtentibus ipſis adhuc in duritia cordis, proferatur decretũ de torquendo, & eo lecto in præſentia ipſorum reorum, mandetur ipſos ligari ad chordã, & ligati interrogentur ſigillatim de omnibus in proceſſu apparentib.& de quib.ſunt indicia, moneanturq; ut dicant veritatem, & ſcribantur omnes reſponſiones & uerba, quas & quæ dixerint ipſi rei in tortura per extenſum.de his uero de qbus nulla ſunt indicia, & coniecturæ, uel præſumptiones in proceſſu, non debent iudices particulariter & diſtincte reos interrogare, ſi fecerunt tale quid, & an Lucius Titius tale quid fecerit cum eis, quia hoc eſſet ſuggerere, ſed debent ipſos interrogare generaliter non nominando certã perſonam, ut puta ſi commiſerunt alia: & ſi ſoli, an aſſociati, & cum quibus, & ſimilibus modis, ut docet Vlpia.iurecõſ.in l.1.§ qui quæſtionẽ.ff.de quæſtio & aduertant iudices, ut ad torturam deueniant ſeruatis & concurrentibus omnibus his, quæ late diſſerui infra in tertia tertiæ partis, ubi deſcripta ſunt omnia requiſita, quę debent interuenire ad hoc, ut ad torturã poſ- 2 ſit deueniri.† Et quia ſupra dixi, quòd debent fieri monitiones reis inquiſitis, vt dicant ueritatem, alias curiam ipſos torturã non valentem aliunde & aliter habere ueritatem, hoc dixi propter uerba Angel.de Aret.in lib.maleſi.in uerbo, fama publica col.18.in fi.dum dat cautelam iudicibus volentibus aliquos torquere, ut faciant ex actis apparere, quòd cum non poſſet aliter haberi ueritas, deuentum fuit ad torturam, licet iudicio meo hæc cautela non ſit nimis neceſſaria, eum ex proceſſu, iudicis, & probationibus liquere dignoſcitur num veritas aliunde haberi ualuerit.nec uerba iudicum dicentium aliter ueritatẽ haberi non poſſe poſſunt operare, vt ſi cõtrarium ex actis conſtiterit, quòd aliunde habuerunt ueritatẽ, id non ſit, & ſi ex actis apparet non plene de delicto conſtare, & aliunde ueritatem haberi non potuiſſe, ſuffragatoria videtur illa cautela licet ego ut plurimum ea uſus fuerim.

3 FIS.Sed nunquid uerum ſit indiſtincte, quòd ſi plene conſtat de delicto, non poſſit ad torturam deueniri.

IVD.Tex.& ibi Bar.in l.edictũ.ff.de q. dicit in ſubſidium inferri torturã, qñ aliter ueritas haberi non poſſet, & ſequitur Ang.in lib.male.in verbo, fama publica col.18.in fi.& ſubdit, ꝙ aliter faciendo iudex tenetur in ſyndicatu. & idem voluit And.in l.& ſi certus.ff.de ſena.Sylle.ubi dicit, ꝙ male faciunt aſſeſſores, ponẽdo reũ ad torturam liquidato negotio, & quòd poſſent redargui tempore ſyndicatus: habent ergo remedium aſſeſſores, ſi volunt torquere liquidato negotio, vt torqueant reum, ut manifeſtet mandatores & complices, & hanc cauſam poſſunt captare, vt non redarguantur tempore ſyndicatus ſecundum

cundum eundem Ang. & hanc opinionẽ firmat Bald. in l. milites. C. de quæſtio. de ſequitur Ang. de Arim. in addit. in ad An. in loco ſupra allegato. Bal. in l. 1. C. de iureiuran. propter calumnia. dan. in ſi dicit, quòd Cy. in l. obſeruate. C. quo. appe. non reci. dicebat, quòd male faciunt iudices, qñ habent certitudinem maleficij per ꝓbationes, ponendo reum ad torturam; cũ tortura regulariter non datur, niſi in defectum probationis. demum ſubdit ipſe Bal. per uerba formalia, ego credo, ꝙ iudices bene faciunt, qñ habent plenariã certitudinem de maleficio, ſi obuiuant, ne appelletur per calumniam, & maximè in criminibus enormibus, in quibus licitum eſt iura tranſgredi, idem firmat ipſe in l. obſeruate ſupra allegata 2. col. vbi referendo opin. Cy. dicit hæc verba, tu dic, ꝙ iudices bene faciunt, quia crimina patentia ſunt punienda, nec dari dẽt occaſio appellandi quanquam, etiam ſi conſtaret de tortura, non eſſet prohibitum appellare. & nota hoc vltimum verbũ Bal. quia ſentit quòd ſi quis in tortura eſſet confeſſus, & per probationes conuictus, poſſet nihilominus appellare, cuius contrarium tenuit ibi And. Barb. in addit. Bal. & hanc ſecundum opinionem ſupra firmatã nouiſſimè tenuit Gram. in conſ. 1. in criminalibus Afflic. in conſtit. ſi damna clandeſtinat. in 12. nota. refert opiniones, & finaliter dicit hæc formalia verba, ſi tamen iudex vellet ipſum tormentare, qñ veras probationes criminis habet contra eũ, & ipſe criminoſus non vult ſponte cõfiteri delictum, ad effectum, vt poſſet appellare & retardare exequutionem, credo, quòd Bal. in d. l. 2. C. quo appell. & in d. l. 1. C. de iuram. calum. dicat, quòd ad effectum, vt ſit conuictus & confeſſus, quia non audit appellans, ut d. l. 2. poſſet ipſum tormentare in criminibus enormibus, in quibus licet leges tranſgredi. ſecundum Inn. in c. 1. de conſtit. item in criminibus, ubi licet interrogare de ſocijs & mandatoribus. & ita pertranſit eum 1. opin. & ita etiã notauit Gram. in uoto primo, ſubdens, ita ex cõi obſeruãtia obſeruari & ſequitur Matſi. in l. 1. ff. de quæſt. & vide Boer. in deciſ. 10. in prima parte. & teſtor Deũm, quòd ita quotidie ſeruari, & ſeruari vidi.

4 FIS. Sed quòd ſi inquiritur contra aliquem, quòd de mandato Titij occidit Sempronium, qui de plano & ſponte confitetur ſe occidiſſe quidem dictum Sempronium, ſed motu proprio, & non ad inſtantiam alicuius, nũquid poſſit torqueri vt indicet mandantem?

IVD. Doct. in c. ad audientiam. de homi. & Bal. in c. 1. §. iniuria 8. col. de pa. iur. fir. & Alex. in l. ſi. ff. de quæſtio. & Bal. in l. quicunq;. C. de ſer. fugi. Cæpol. caut. 51. inci. videmus. Par. in trac. ſynd. in 3. char. 1. col. & Marſ. in l. 1. §. diuus Antonius. ff. de quæſtio. nu. 10. tangunt iſtam quæſtionem, an mandatarius poſſit excuſare mãdantem, dicendo, ſe feciſſe motu proprio & non ad inſtantiam alicuius, & finaliter cõcludunt, quòd poteſt excuſare, niſi aliæ coniecturæ reſiſtant contra mandantẽ, & in dubio præſumitur contra eum, vt per Tho. Gram. in conſ. 63. in fin. & ſic ex his poteris colligere ueritatem quæſtionis ꝓpoſitæ, vt ſi reſiſtunt cõiecturæ & iudicia dictæ excuſationi, & confeſſioni mãdatarij, poterit torqueri non obſtante, quòd confeſſus ſit, ut iudicet mandantem. & ita teneo, ſaluo ſemper meliori iudicio. & vide Par. in uerbo tortura. verſ. quia ſæpe. in uerſi. an ſi quis mandauit Seio. & Cæpol. caut. 29. Alex. poſt Bar. in l. pen. ff. de quæſtio. Tho. Gram. conſi. 63. in fi. Et ſi forte

5 mandatarius non ſponte, ſed cum tormẽtis confeſſus fuerit delictum quò ad ſe, poteſt abſque alijs indicijs iterũ torqueri, vt manifeſtet mandantem ſecundum Ang. in l. & ſi certus. ff. ad Sylle. & idem tenet Angel. de Aret. in maleficio. in uerbo, Sempronium mandatorem. 2. col. verſ. & bene not. refert & ſequitur Philip. Dec. in conſ. 189. incip. lætatus ſum & Angel. de Are. in co. lib. in uerbo, fama publica. 14. char. ver. quæro, aliquis & Bal. in marga. in uerbo, confeſſio. Ludo. Bolog. in conſ. 8. in 4. col. in prin. & Bal. in l. non ideo minus. 1. col. C. de accuſ. & Alex. & poſt Bar in l. pen. ff. de quæſtio. & Marſil. in praxi cri. § diligẽter nu. 155. quæ omnia notes.

FISC. Quòd ſi aliquis fuit tortus & confeſſus delictum de quo imputabatur, ad iterum poſſit torqueri, & interrogari de alijs delictis in genere de quibus nulla extant indicia?

in tra.de indi. & tor.in 2. parte.in 3.q. ubi dicit quòd furtũ in re parua, dicitur delictum leue: & ſic non habet locum tortura. & pendet hęc quæſtio, an fuſtigatio ſit maior relegatione, & licet multi multa allegent: tñ poteſt induci doctr. Bart. in auth de inceſt.nup.in prin.vbi maior pęna imponitur humili, quàm nobili inferenti iniuriã atrocem vt l.ſi.ff.de iniur.vt humilis fuſtigetur, & nobilis relegetur. ergo fuſtigatio eſt maior relegatione. Tho.Gram.in conſ.37.tenet, quod fuſtigatio non eſt maior relegatione, ſed ſimilis,& per conſequens dicit, ꝙ in furto minimo non licet locum tortura, & reprehẽdit Par.tanquam ſine lege loquentẽ; non tamen aduenit ad dictam doctr. Bar.in d. l.ſi.ff.de iniu.& idem dicit Io. de Arno.in commentario nu. 31. & ita etiam tenent Moder.in d.c.ad hoc quod noſtrorum.

14 FIS. Nunquid ſerui poſſint torqueri p eorum domino? IVD. Dicas quod Par. de Put.in lib.ſyndi.in uerbo. tortura.el 3. ver.an dicto to ti. 5.col.ver. an dominus. tenet,quòd ſic per l. & ſi certus §. appellatus,ff.ad Syllen.& ſequit Capi.in dec.126.

15 FIS. Quid faciendum eſt quando appellatur a comminata tortura, vel a decreto torquendo? IVD. Dicam de hoc in tertia parte tertię partis principalis.vbi videas.

16 FIS. Sed cũ quo moderamine & qualiter dẽt ſe habere iudex in torquendo reũ.

IVD. In hoc aduertendum eſt, quòd non põt dari certa & determinata regula, cũ totum hoc depẽdeat ex grauitate, vel leuitate delicti;ex qualitate indiciorum, nunquid leuia,an vrgentia ſint, & an plura,an vnicum; & ex qualitate torquendi, nunquid ſit robuſtus & fortis,an debilis, an delicatus:& an ſit minor,an maior,ſenex,an iuuenis, infirmus, an ſanus: quæ omnia bonus iudex cõſideret in torquendo,ut innocentię,vel ſupplicio eum conſeruet indemnẽ; vt l. quæſtionis modus. ff.de quæſtionibus. & ne damnet aĩam & corpus ſuum;vt ẽt dicit Angel.de Aret.in lib.maleſi.in uerbo,ſama publica. in 7.q. vbi loquitur de tortura. pro quo etiam vide Gand.in trac.de quæſtionib. & tor.Io. An.in ca.cum in contemplatione. de reg. iur.& Cal.in l.1.de confeſ. & Bal. in conſ. 275.in li.2. lib. quare conſulo, ut in tortura adhibeaẽ ampolleċta,vt ſciatur quãto ſpatio quis pependerit in tortura,& redigatur in acta, quãdo erigitur ampolleċta ipſa,& quando finem facit, non enim debet tortura inferri per tres vel quatuor horas,imò raro vltra horam,niſi in enormiſſimis.& cõſiderentur prædicta. Ariſt. enim in primo omniũ problemate,quare magnæ exuperantiæ peſtilentes ſunt,quoniam(inquit) aut exceſſum, aut defectũ faciunt.quia quidem re morbum cõſiſtere certum eſt, idcirco non in immenſum quis torquendus eſt, ſed moderate; ne ſi acciderit,ut tortus in tortura moriaẽ, imputetur iudici,& ponatur in periculo, & præcipitio;quia tenetur tunc iudex, cum appareret egreſſũ fuiſſe terminos, & moderantiã tormentorũ. ſecundum Cy. in l. 3. C.de adult. quẽ refert & ſequitur Ang. in d.lib. maleſ.in uerbo, fama publica prę

17 ce.antepen.col.in 8.q. Et eſt aduertendũ, quòd quinq; ſunt gradus tormentorum. vt deſcribit pulchre Paul.Grill.in ſuo tracta.de quæſt. & torr.in 4 q. Primus gradus eſt territio illa,quam infert reo iudex ligando ipſum, & ducendo ad chordam. & minando torturam. & iſte primus gradus, ſecũdum eum poteſt inferri quibuslibet,etiam ijs, quos de iure torqueri illicitum eſt, vt etiam ſuprà dixi. Secundus gradus torturæ eſt, cum reus ligatus eleuatur modicum ſupra terram. & quaſi ad momentum detinetur eleuatus.& protinus deponitur, vel deponitur ſuſpenſus ſpatio, quanto recitetur Aue Maria; de quo 2.gradu dicã infra diffuſius. Tertius gradus eſt, cum reus ſuſpẽſus tortura detinetur,quanto ſpatio recitetur ſemel miſerere,vel bis,vel aliquãto diutius, abſq; tñ aliquo tactu, uel impulſione chordæ; & ad iſtum gradũ dicit ipſe, quòd iudex aſcendere debet quotieſcunque reus eſt magis de crimine ſuſpectus,& indicia tẽdentia contra ipſum ſunt plene probata, delictum tamen non eſt de atrocioribus. Quartus gradus torturę eſt,quotieſcunq; reus poſt eleuationem diutius ſuſpenſus tortura detineẽ,videlicet per quartã, tertiam,mediamve partem, vel duas tertias unius horę, aut per integrã horã, ſecundum grauitatẽ criminis,ſuſpitionem rei, & uires indiciorum, quandoque in ipſo

detētionis ſpatio adhibētur unus aut duo ictus ſeu tractus chordæ, quando indicia ſunt prægnantia, & ſumus in delictis magis grauibus. Quintus & ultimus torturæ gradus eſt, quotieſcūque poſt aliquam ſuſpenſionis detentionem, & ictus, ſiue tractus chordæ, ſi adhuc reus pſiſtit in negando appenduntur pedibus ipſius pondera quędam, cuiuſmodi ſunt compedes ferrei & ſimilia. & iſtud eſt ſæuiſſimū genus tormenti quod perraro iudex adhibere ſolet: & dat niſi in certis caſibus, & criminibus atrocifs mis; ut eſt hæreſis, crimen læſæ maieſtatis, euerſionis ſtatus: & ſimilium; & non paſsim, & indiſtincte in omnibus criminib. & delictis, ut faciunt crudeles iudices hodierni, qui uere ſitiunt ſanguinē humanū, & pimmēſum cruciatū, & dolorem coguntur nonnulli confiteri, quę nō fecerunt. at quid dicam de his? anima eorū ſepelietur in inferno, idcirco caue amātiſsime lector, ne damnes animam tuam,
18 & in ſyndicatu tenearis. Et quod ſupra dixi ſe ſecūdo gradu torturæ quando quis fuit ligatus ad chordam, & parum eleuatus ſupra terrā, & protinus dimiſſus, an dicatur tortura, Bald. in l. 2. C. quorū appella. dicit, quod nō eſt tortura, ſicut leuis fabricula, nō eſt febris. Paul. Grillan. ubi ſupra, uidetur tenere contrarium, & ibi dicit hęc formalia uerba: & ideo ego nūquā cōſueui venire ad gradum iſtum. niſi quādo præcedunt indicia, & ſunt bene ꝓbata tamē etſi ſint indicia aliquantulum remota a facto, quum perſona eſt uilis, & ignota, & ualde ſuſpecta de crimine, aut in reſponſionib. ſuis uariat, & aliæ ſuſpitiones præcedunt, poteſt deueniri ad iſtum gra-
19 dum. FIS. Sed nunquid torturam liceat inferri quocūque tempore, etiam feriato in honorem De? IV. In hoc paſſu allegatur tex. l. nemo. C. de epiſco. audien & ī l. prouinciarum. C. de fer. & eſt diſtinguendum pro ueritate deciſionis, quod aut ſumus in delictis grauioribus, aut leuibus: primo caſu etiam die feriato in honorem Dei procedi poteſt, ut dicti ll. Secundo caſu non pōt procedi ad torturā die feriato, firmat expreſſe Frā. Bru. in tra. de indi. & tortu. in 2. parte. 6 q. num. uerſic. quæro ulterius; & in hoc concordat. c. regni inci.
20 item prouiſa iuris ſanctio, &c. FIS. Nū-

qd minor quatuordecim ann. s poſsit torqueri? IVDEX. Dicas, quod non; ſed debet ferula cædi; ut l. cum ad Sylle. ff. ad ſena Sylle. & refert & ſequitur Angel. in uerbo fama publica: refert & ſequitur Brunus in tra. de indi. & tor. in 4. q. nu. 16. ubi allegat l. de minore. in prin. & l. ex libero. ff. de quęſtio. & quòd poſsit ferula cædi allegat tex in l. impubes. ff. ad Sylle. & l. excipiuntur in prin. ff. ad Syll. ſubdit Brun. ꝙ iſtud non habet locum in crimine læſæ maieſtatis, quia tunc minor torqueri pōt, per l. de minore. ff. de quęſtio. & ibi nota Marſi. ubi no. quod minor in teſtem non examinatur per torturā, fallit in crimine læſæ maieſtatis, quia etiam cum tortura examinatʳ, adde quod dicit Ludo. Bolo. in addi. ad tra. Guido. de Suzar. in tra. de indi. & tormen, ꝙ hæc procedunt in minore maiore infante. ſecus eſt in infante, qa ille etiam ferula cædi non poteſt. nu. 13. ibi
21 in dictis additio. Et an ſenes poſsint torqueri. uide infra in tertia parte tertiæ partis.

TERTIA PARS.

ET SI CONFITEBVNTVR. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Confeſsio debet fieri coram iudice competenti.*
2 *Hæredi confitentis nocet confeſsio facta coram incompetenti.*
3 *Nullitas proueniens ex defectu iuriſdictionis inualidat confeſsionem.*
4 *Facta per iudicem incompetentem, pro non factis habentur.*
5 *Iudex recipiens confeſsionem, debet eſſe ordinarius non delegatus.*
6 *Confeſsio debet fieri coram omnibus, ſi ſunt tres iudices.*
7 *Confeſsio debet fieri iudici pro tribunali ſedenti, & quid ſi non eſt facta in forma iudicij. num. 8.*
9 *Confeſsio facta coram iudice tacente, an dicatur iudicialis.*
10 *Teſtes examinari debent per iudicem, ut faciāt indicium.*
11 *Teſtes deponens falſum coram actuario, non punitur.*

12 Id dicitur fieri apud acta, quod ſit cora n iudice.
13 Obligatio recepta in abſentia iudicis, non habet executionem paratam.
14 Iudice mandante actuario, quòd aliquid faciat, habetur ac ſi eſſet factum coram eo.
15 Confeſſio facta ſub ſpe gratiæ, non nocet.
16 Stuprum commiſſum per allectationes, an dicatur violentum.
17 Confeſſio facta per iram, non nocet, numero 136.
18 Confeſsio ext ria dolo aduerſarij an noceat.
19 Minoris confeſsio quomodo debeat fieri, nu. 19. vſque ad 27.
27 Mulier confitens an reſtituatur in integrum.
28 Furioſus & demens an poſsit condemnari.
29 Confeſsio facta per teſtem an ei noceat, vt reo, poſtea inquiſito. num. 32.
30 Confeſsio an noceat perempta inſtantia.
31 Confeſsio incidenter facta, ad quid noceat.
33 Confeſsio debet eſſe veriſimilis, & debet eſſe probabilis, nu 34.
35 Delictum in genere eſſe commiſſum quando dicatur conſtare.
36 Confeſsio debet eſſe poſsibilis.
37 Confitens ſe veneneſſe aliquem, & inde mortuum eſſe, an noceat.
38 Confitens ſe alicui fregiſſe crannium, an, & quando noceat.
39 In confeſsione an debeat perſeuerari.
40 Sententia contra confeſsionem, quid operetur, nu. 41. 42. 43. 44.
45 Confeſsio debet eſſe cum cauſa.
46 Confeſsio debet eſſe ſimplex, & an in totum debeat acceptari. nu. 47.
48 Torqueri an poſsit confitens ſe occidiſſe ad ſui defenſionem, vt explicitè deponat.
49 Acceptari debet confeſsio per partem.
50 Reuocari an, & quando poſsit confeſsio. & an reuocata operetur, numero 51. vſque ad nume. 59.
57 Confeſsio facta ex cauſa pietatis, an noceat.
58 Confeſsio an operetur, vbi liquet de innocentia.
59 Confeſsio debet eſſe clara, & non dubia.
60 Confeſsio debet fieri in loco ſolito iudiciorum, & non alibi.
61 Confeſsio debet fieri in loco iuriſdictionis, & non extra.
62 Confeſsio non debet fieri prope tormenta.
63 Ratificari debent confeſſata in tormentis extra tormenta.
64 Terminus debet dari confeſſis ad probandum aduerſus confeſsionem.
65 Confeſſus ex inualido proceſſu condemnatur.
66 Appellari an poſsit per confeſſum.
67 Confeſſus etiam perempta inſtantia, condemnatur.
63 Confeſsio etiam non præcedentibus indicijs, valida eſt.
69 Confeſsio producti in teſtem de crimine cauſa vt remoueatur a promotione.
70 Confeſſus dicitur manifeſtus delinquens.
71 Appellare an poſsit tertius pro confeſſo.
72 Defenſionibus an reus poſsit renunciare.
73 Fideiuſſoribus an liberetur confeſſus. nu. 110.
74 Confeſſio coram incompetente, quid operetur num. 85.
75 Confeſsio inducit notorium.
76 Confeſsio habet vim rei iudicatæ.
77 Confeſsio eſt pleniſsima probatio.
78 Confeſsio vulnerati, quòd nõ fuit vulneratus ab inquiſito, eſt indicium innocentiæ.
79 Hæres confeſsi, an, & quando teneatur.
80 Adulter & adultera confitentes ante coitum ſe contraxiſſe matrimonium, excuſantur.
81 Confeſsio operatur ut procedatur ex officio, ubi aliàs qui non poſſet
82 Confeſſus ſponte mitius punitur.
83 Confeſsio tollit præſumptionem iuris, & de iure.
84 Confeſsio facit haberi rem pro liquida.
86 Confeſsio iudicialis præſumitur vera operatur etiam, quia facit, vt non requiratur infamia, item ſponte confeſſus aliquando non punitur.
87 Stante ſtatuto, quòd pœna minoretur ex confeſſione, qualiter debeat eſſe nu. 88. 89.
90 Confeſsio an poſsit reuocari poſt ſententiam.
91 Teſtis in mortis articulo confitens ſe falſum teſtimonium dixiſſe, an probet.
92 Infamia an reſultet ex confeſsione.
93 Teſtatori an credatur ſi confiteatur in teſtamẽto, ſe eſſe vſurarium
94 Clericus an poſsit deponi, ſi confiteatur, quòd promiſit decem, ne accuſetur.
95 Surdus & mutus an poſsit confiteri.
96 Confeſsio facta coram ſyndico denuntiante, an valeat.
97 Procuratoris confeſsio in criminalibus, an noceat domino.
98 Confeſsio in criminalibus, an habeat exequutionem paratam.
99 Confitens ſe feciſſe plura furta eodem loco, di-

uerſis tamen temporibus, an debeat morti tradi, nu. 100.

101 *Confitens eſſe vera, quæ continentur in inquiſitione, ſeu in capitulo, quum contineat, quòd ſit inſignis latro, an debeat mori, ſi reuera non commiſit, niſi unicum furtum.*

102 *Confeſſio ſocij criminis, an, & quando noceat ſocijs nu. 103 uſque ad nu. 104.*

105 *Confitens ſe occidiſſe hominem, cuius nomen ignoratur, an damnari poſſit.*

106 *Confeſſio ſerui an noceat domino.*

107 *Confeſſio per tortum facta, an valeat.*

108 *Confitens ſe adulteraſſe Bertam, an videatur confiteri eam eſſe coniugatam.*

109 *Confeſſio trium latronum quid operetur.*

110 *Confeſſus delictum, an debeat liberari ſub fideiuſſoribus.*

111 *Confitens ſe vulneraſſe Titium, & ex dicto vulnere ipſum deceſſiſſe, ſi tamen conſtat de contrario non nocet.*

112 *Statuto dictante, quòd reuelanti furtum parcatur, an ſi eſt principalis parcetur.*

113 *Confeſſus an poſſit obijcere de nullitate iudicij.*

114 *Confitens & reuocans confeſſionem an debeat torqueri.*

115 *Confiteri dicens dicens ſe condemnatum in ſupplicatione.*

116 *Confitens ſe commiſiſſe uſuras, an damnetur.*

117 *Confeſſio uſurarij, qua confitetur ſe extorſiſſe uſuras, an noceat fiſco, ſi ſit ante damnatus.*

118 *Confeſſio an noceat, ſi non conſtat de delicto.*

119 *Inquiritur contra aliquem ut ordinatorem & mandatorem delicti, ſi is confitetur eſſe verũ, an poſſit condemnari.*

120 *Verbum, volo confiteri, an inducat confeſſionem.*

121 *Furtum committens Romæ, & captus alibi cũ re furtiua, an puniatur.*

122 *Delictum ſi eſt commiſſum in medio duarum ciuitatum coram quo puniatur.*

123 *Clericus confitens ſe eſſe laicum, an ſibi noceat.*

124 *Confeſſio contra matrimonium, an noceat.*

125 *Confitens inſtrumentum uere eſſe falſum, an præiudicet.*

126 *Confeſſio coniuncti, in cuius fauorem lata eſt ſententia diuortij, an ſufficiat ad eam retractandam.*

127 *Forisducatus nulliter, an ſi confiteatur, ſibi noceat.*

128 *Confitens ſe feciſſe homicidium, ſed ad ſui defenſionem an ſufficiat ad condemnandum.*

129 *Confiteri an cenſeatur recipiens literas ad ſe miſſas per aſſaſsinum.*

130 *Confeſſio an poſſit declarari.*

131 *Confeſſio ſyndici an probet delictum commiſſum per ciuitatem.*

132 *Confitens ſe ſtupraſſe aliquam tanquam ſuam uxorem an ſufficiat, ut ſtuprata uendicet eũ in virum.*

133 *Confitens ſe abſolutum ab excommunicatione, an confiteri videatur ſe fuiſſe excommunicatum.*

134 *Confeſſio rei, nunquid noceat tertio.*

135 *Tertius comparens pro ſuo intereſſe, an audiri debeat.*

136 *Confeſſio per iram facta, an noceat.*

137 *Confeſſio lamiarum & incantatricum, an ſufficiat ad eas condemnandum.*

138 *Cõfitens ſe aliàs in iudicio abiuraſſe hæreſim, an ex noua confeſſione poſſit damnari.*

139 *Hæreticus an ex ſola confeſſione poſſit condemnari.*

140 *Confeſſio incontinenti reuocata, an debeat de errore probari.*

141 *Confeſſio ærarij, an noceat fiſco.*

142 *Confeſſio facta in ciuili, an præiudicet in criminali.*

143 *Confeſſio facta præmiſſa negatiua, an ſufficiat ad condemnationem.*

144 *Confitens ſe corrupiſſe iudicem, quum iudex ſit abſolutus, an ſibi noceat ad condemnationem.*

145 *Compoſitione an inducatur confeſſio.*

146 *Mulieri confitenti ſe virginem, an ſtetur.*

147 *Clerici confitentes delictum abſque accuſatore puniuntur.*

148 *Confeſſio delicti aliquando probat clericum incorrigibilem.*

Diuiſio tertiæ partis principalis.

IVD. Sequitur congruenti ordine iuxta promiſſa tertia pars principalis, quã diuido principaliter in quatuor partes, in prima tractabitur de confeſsionibus iudicialibus ſpontaneis, in ſecunda de extraiudicialibus, in tertia de cõfeſsionibus per torturam extortis, in quarta de confeſsionibus fictis. Quocirca ſequitur prima pars de cõfeſsionibus iudicialibus ſpontaneis.

Primo

PRimò igitur loco, vt diximus, de confeſſionibus iudicialibus ſpontaneis dicturi, ſciri oportere pmonemus, plura requiſita debere concurrere, vt confeſſio ualida ſit, & ſortiatur effectum. nam quædam requiruntur concernentia perſonam iudicis, confeſſionem recipientis, quædã perſonam confitentis, quædam temporis qualitatem, quędam qualitatem & formã confeſſionis, quædam locũ, ubi fit, & quædam, quæ ſeruari debent per iudicem habita ipſa cõfeſſione. quare de ipſis requiſitis primò dicemus, ſecũdò de effectib. ipſius cõfeſſionis, tertiò extrauagantes quęſtiones in materia ſparſim poſitas in unũ colligemus, & hunc ordinem inqualibet parte noſtri tractatus ſeruabimus.

1 † Atque circa perſonam iudicis confeſſionẽ recipiẽtis, ſciendũ eſt requiri, vt iudex corã quo confeſſio fiat, ſit iudex competens, & hñs iuriſdictionem, cum aliàs ex mente oĩum doctorum diſtinguendũ eſſet, aut eſt talis iudex, cuius iuriſdictio nullo modo ꝓrogari põt, ut clerici in laicum, aut eſt talis iudex, qui licet ſit incompetẽs, tamen nõ eſt omnino incompetens, ſed eius iuriſdictio ꝓrogabilis eſt: primo caſu omnes doctores uidẽtur in hoc concurrere, quòd talis confeſſio, nec ad condemnatione, nec ad indicium ad torturam operatur, ſcdm Anto. de But. in cap. at ſi cleri. de iudic. 4. colum. verſi. vtrum autem. Bal. in c. cũ ſuper. de confeſſis & Ang. in l. 1. colum. vltima. C. de confeſ. & in l. 1. ff. eo. titu. Abb. in conſi. 25. volum. 1. & docto. antiqui & moder. in l. magiſtratibus. ff. de iuri. om. iudi. & firmat Afflict. in conſti. ſi damna clandeſtina. nono nota. verſic. 4. quæro & latius, quàm alibi. per Boer. in deciſ. 90. in prima parte. & licet dicat in curia ſeruari cõtrarium, tamen prædictam de iure atteſtatur eſſe communem opinionẽ. Secundo verò caſu non operatᵣ, quoad condemnationẽ, ſed tantum ad torturam. ſecundum Bald. Ang. Alex. & cęteros doctores in d. l. magiſtratibus. & Ang. in l. 1. C. de Cõfeſ. & Fel. in d c. at ſi clerici. & Bal. in l. clarum. C. de autho. præſtan. & Affli. vbi ſupra. & Ang. de Aret. in verbo, comparent dicti inquiſiti, & cõfitentur totum: & Bal. in l. vnica. C. de cõfeſ. in penul. colum. & Lud. Rom. cõſi. 451. incipien. quædam mulier. & plenè per Boer. ubi ſupra. iſtud tamen, q faciat indicium, limitatur, ut nõ procedat, ſi fuerit confeſſio reuocata corã competẽti. ſecundum Bal. in d. l. vnica C. de confe. penul. col. & ſequitur Iaſ. in d. l. magiſtratib. in 2. ſub limitatione. ſed Boer. in deciſ. in fi. optimè confutat. nam dicit ipſe, ꝙ ſi hæc ſublimitatio eſſet uera, eſſet deſtructe ſupradictã cõem opinionem, nã vt coram iudice cõpetenti perſeueratur, aut negatur, primo caſu non eſt neceſſaria tortura, ſed damnatur: aut negatur, & tũc eſt neceſſaria tortura, & prout eſt cõmunis opinio, irrogatur, ergo nõ poteſt eſſe vera ſublimitatio prædicta, & ſic concludi, quòd etiã ſi reuocata eſſet irrogaretur tortura, & ita ſeruatur ſecundũ eum. limitatur ẽr, vt procedat cõcluſio ſupra firmata, vbi cõfeſſio eſſet veriſimilis. ſecundum Bald. in l. clarum. C. de auth. pręſtã. & ſequitur Iaſ. vbi ſupra, in 3. ſublimitatione. & tenet Ba. in d. l. magiſtratibus & Canoni. in d. c. ſi clerici. & Abb. in ca. olim de reſer. & And. Barb. in addi. Bal. in d. l. clarum. debet etiã concurrere ultra veriſimilitudinẽ, quòd ſit orta infamia aut ſuſpitio, alias ſecus ſecũdum Ang. de Arer. in li. ma. in verbo, cõparent dicti inquiſiti. & cõſ. 10. & id volebat Bal. in d. l. clarum. & Innoc. in c. per inquiſitionem. & ideo ſi cautus eius aduocatus, ut reuocata dicta cõfeſſione petat terminũ, & in termino uerificet, quòd ex tali confeſſione nulla orta fuit ſuſpitio, nec infamia, ſed potius orta fuit fama ꝙ eſt erronea. limitatur etiam, ut procedat, ſi confeſſio fieret ad eundem finem ſecus ſi ob aliam cauſam, ut tenet Iaſon ubi ſupra in 4. ſublimitatione. ſed Alexan. in d. l. magiſtratibus tenet contrarium, & dicit procedere dictã ſublimitationem, qñ eſt ſentẽtiatum contra cõfeſſionem, quòd ſi facta nõ ad eundem finem. ſed Fran. Cur. ibi in add. Alex. defendit opinionem relatã per Iaſ. uide oĩno Fran. Aret. in d. c. at ſi clerici. & in conſ. 26. in fin. colum.

2 † Et ubi cõfeſſio facta coram incõpetenti noceret alicui cõfitenti, noceretur etiam hęredi ipſius, ſi fuerit mortuus antequam ad iudicẽ ſuũ competentem remitteretur, ut dicit Ang. in l. 2. ff. vi bon. rapt. qd eſt intelligendum quãdo alias cõfeſſio defuncti noceret hęredi, tamen ſi bene inſpiciatur Aug. nõ videtur

ſil in l. 1. ff. de quæſtio. in prin. nu. 16 uerſ.
11 ſeptimò requiritur. Item facit ad corro-
borationem præfatorum, quia teſtes depo
nẽtes falſum, dum examinantur coram a-
ctuatio cauſæ, non puniunẗ de falſo, ſecũ-
dum Bart. in leg. ſi quis legatum. ff. de fal.
quẽ ſequitur Ange. in l. 1. C. de ſepulch.
12 uiolato. Facit, quia id dicitur fieri apud
acta, quod apud iudicem fit ſecundum Lu
13 cam de Pen. in l. inſtar de iur. fiſ. li. 10. Fa
cit ẽt notabile dictum Afflic in conſt. ma
giſtri cameratij. in 12. nota. ꝙ ſi recipiaẗ
fideiuſſio extra locum iudicij in domibus
priuatarum perſonarum per tabellionẽ,
uel obligatio ĩ abſentia iudicis, ſi fideiuſ-
ſores poſtea negẽt, ſe fideiuſſiſſe, vel prin-
cipales ſe obligaſſe; non erit ſtandum ta-
bellionis ſcripturæ: quia eam facit ſine te-
ſtibus & iudice ad contractus. & ſic nõ eſt
ſcriptura publica, nec ẽ ſcriptura penes a-
cta, quia facta ſine præſentia iudicis eſt: fa
cit ẽt, quia color iudicij, & præſentia iudi
cis multa operantur, ut habetur per do. in
l. pacta nouiſſim. C. de pac. maximè per
Iaſ. qui multa notabilia dicit. & ſequitur
conſulendo remiſſiuè Marſi. cõſ. 106. 2. li.
nu. 9. cum ſequen. & ex his clarè apparet
illam dici, confeſſionem iudicialem, quæ
fit corã iudice, & in figura iudicij, 1. iudi-
ce ipſo ſedente pro tribunali; nõ illa, quę
fit coram notario actorum per illam gl. ſo
14 lennẽ in d. l. iubemus. Quæ limitari po-
teſt iudicio meo, niſi iudex mãdaret nota-
rio, ut illam ſcribat. quia cum iudex man-
dat, nõ eſt neceſſe, quòd poſtea ſit præſens
per ea, quę dicit Iaſon. in l. uideamus § de
ferre. ff. de in lit. iur. licet poſſet dici, quòd
prædicta limitatio procederet, quãdo cõ-
feſſio requireret ad ſuum robur ſolam p̃-
ſentiam iudicis, & nõ figurã iudicij. quia
tunc poteſt eſſe uerum, quòd præſentia iu
dicis, & mandatum a pari procederent ſed
quia in confeſſione requiriẗ figura iudicij
ut ſupra demonſtraui, & ſic iudicem ſede-
re ꝓ tribunali; ideo nimirũ, ſi non ſufficit
mandatum iudicis. ſed præcedentem limi
tationẽ uidetur tenere Marſi. in pract. cri-
min § poſtquam num. 27 & eam expreſſe
tenet Ange. in l. unica C. de confeſ. & uide
tur eam tenere Afflict. in deciſio. 245.
15 Requiritur quinto, ut iudex nõ ducat in
quiſitum blandis verbis, & promiſsionib.
gratiæ ad cõfitendum, ſed quòd confeſsio
ſit facta ſponte, quia confitens taliter, nõ
poteſt ex tali cõfeſsione damnari. ſecun-
dum Ioan. de Imol. conſi 100 inci. uiſa in
quęſti. quem uidi in fonte. & firmat Marſ.
in pract cri. § poſtquam nume. 16. ubi ad
corroborationem dictę doct. alia adducit
& idem ſequitur in le. ſi quis obrepſerit. ff.
de fal. cõtrariam autem opinionem nulla
de prædictis mentione facta, tenet Afflic.
in conſt. inter cætera. in fine. ſed ſecundũ
primam opinionem cõſuluit idem Marſ.
in conſi. 14. in primo libro, in fine. & con-
ſil. 32. nu. 22. eodem libro, ſequitur Pariſ.
li. ſyn. in uerbo, torturæ uer. ſequitur quæ
ſtio & in uerbo, aduertendum eſt. & Gram
ma. in q̃uæſtione tertia poſt ſuas deciſi in-
cip. notabilis & pulchra. & firmat idẽ Mar
ſi. in ſingul. 201. inci. in cõfeſſum. & in ſin
gu 77. incipiẽ. malitijs hominũ. & habeẗ
in addi. ad Afflict. in d. conſtitut. inter cæ-
tera, & plenè ac nouiſſimè per Garr. in ſua
practi. in leg. obſeruare curabis. in pri. nu-
16 mero 173. Ad quorum corroborationem
adducitur id, quod no. Afflict. in conſtitu.
ſi quis rapere in ſecundo nota. in tertia
quæſtio. ubi dicitur, quòd ſtuprum uiolẽ-
tum punitur pœna mortis, non uiolentũ
punitur medietate bonorum omnium, &
ſtuprum uiolentum non tantum dicitur,
quando interuenit uis & uiolẽtia uera, ſed
etiam, quando interueniunt blanda verba
& allectamenta, ac doloſæ promiſſiones
& iſto caſu etiam punitur ſtuprum pœna
mortis, quia illa promiſſio & ſeductio eſt
uis interpretatiua: ſic ergo in confeſſione
facta blandis uerbis & allectamentis iudi-
cis, & ꝓmiſſionibus doloſis, nõ debet no-
cere, eò, quia uidetur extorta per uim &
17 uiolentiam. Nam confeſſio debet ma-
nare ex propoſito, unde ſi aliquis cõfitere-
tur aliquid per iracundiam, talis confeſ-
ſio non noceret ſecundum Io. de Imol. in
c. fi. de confe. & gl. in c. ex literis. in uerſic.
admonita. de diuor. & Io. de Imo. in c. fin.
de confeſ. & confeſſio extorta tot blandis
uerbis & doloſis promiſſionibus rectè in
tuenti non poteſt dici ex ꝓpoſito manaſ-
18 ſe uide infra. nu. 136 Vnum tamen uide-
tur prędictis obſtare, nam habemus, quòd
confeſſio iudicialis extorta etiam dolo ad
uerſarij, præiudicat. le. minor 25. annis. ff.
de

de mino. ſecundum gl. in verb. probata. & Bal. in d. l. tutela. 2. col. uer. 2. oppo. C. de in inte. reſti. Bald. ibi. dicit. quòd interuenit ſola ſcientia aduerſarij ſine doli inductio ne ad fieri faciendum illam cõfeſſionem falſam: ſed etiam poteſt dici pro ſolutio ſic, quòd aliud eſt, quando interuenit dolus iudicis, a quo totaliter confeſſio ſub ſtantiatur. circa confitentis porrò perſonã

19 plura alia requiruntur.† Et primo requiritur, ꝙ confeſſio fiat per habentem legitimam perſonam; & ſic per maiorem, uel minorem ſeruatis ſeruandis, ut dicit Ang. in lib. malefi. uerbo, comparent dicti inquiſiti, & confitentur totum uerſi. nec nõ ſit bene cautus. & dicit ita uoluiſſe Cyn. in l. clarum. C. de auth. præſtand. & Bartol. in l. ſi §. pupillus. ff. de uerbo obligat. & Sali. in l. prima. C. de confeſ. & Gand. in li. maleſi in rubrica. de aliquibus quæſtionibus uarijs, in male. 6. col. uerſi. ſed quæritur & Hippo. a Marſi. in practic. cri. §. nunc videndum & in §. expedita & in § poſtquã & in leg. 1. in princi. & in § ſi quis vltro. & in l. ſtatuliber ff. de quæſt. & in leg. qui eadem. ff. de ſicar. & in conſi 9. & conſ. 26. & conſ. 47. & conſi. 62. & conſilio 130. & per Tho. Gramma. conſi. 16. & conſilio 60 fallit in crimine læſæ maieſtatis, & in atrocioribus, ut per Marſi. in d. conſi 9. & in l. de minore, ff. de quæſt. & per Afflict. in cõſtit. minorum iura. poſt doct. in d. leg. clarum. & fuit deciſum in ſacro regio conſil. Nea. ut refert Affli. in deciſio. 208. quod ſi facta confeſſione in iud. abſque curatore, minor ſe petat reſtitui in integrum aduerſus dictam confeſſionem tanquam læſus illa cõfeſſio nihil ipſi nocebit ex prædictis & ex doctrina. Ang. l. certum. §. in pupillo. ff. de confeſſ. & Alexand. in leg. nam & poſtea. §. ſi minor 9 col. ff. de iur. iuran. & in conſil. 126. 3. lib. o. 1. col. incl. in cauſa appellationis. Sed quid ſi non fuerit illi datus curator, ſed legitimè conſtitutus procurator an ualeat confeſſio? dicas, ꝙ ſic vt per Marſi. in l. de minore. num. 56. ff. de q

20 Et ſit cautus iudex, ut ad uidendum iuramẽtum minoris, faciat eius curatorem ad

21 eſſe; ſecundum Salice. in l. 1. de confe. † Sed pone, quòd minor ducitur ad torturam ut torqueatur; qui u. dens ſe torquendum eſſe, dicit, non torqueatis me, omnia con

fitebor, & iuro me non neutrum contra, an eiuſmodi confeſſio præiudicet ipſi minori. Bal. in l. 1. C. de confeſ. uerſicu. ſed pone dicit, quòd non præiudicat, ne inducatur p indirectum remutatio iuriũ & defenſionis. & ſequitur Ang. in lib. maleſi. in uerbo, comparent dicti inquiſiti, & confi

22 tentur totum. † Sed quid ſi minor negat & propter ſuam negationem crimen creſcit, uel eius pęna ex forma ſtatuti, uel perdit beneficium confitentis, an reſiſtatur ut habeatur pro confeſſo dicas, quòd ſic; ut eſt, tex. & ibi Bar. in l. ex cauſa. §. nunc uidendum, ff minor. & ſequitur Angelus ubi ſu

23 pra † Prædicta uero non habent locum, quando minor confitetur contra alium ut teſtis, quia eo caſu, etiam ſi nõ interuenerit authoritas curatoris ualet & tenet eius confeſſio. ut pulchre tenet Bald. in leg. clarum. C. de author. præſtand. concluſionem uero principalem firmat etiam Boe. deciſio. 65. nu. 7. in prima parte & habetur per Bertran. conſil. 94. in 3. lib. numero. 1.

24 † Et intantum ſunt uera prædicta, ut non ſolum procedant & habeant locum in minore accuſato, ſed etiam accuſante, ut tũc etiam requiratur authoritas, curatoris, ſecundum Bal. conſi. 60. incipien. factum ſic proponitur. 5 libro firmat, & ſequit Hip. a Marſi. in l. 1. ff. de quæſtio. in prin. num.

25 8 † Item intantum ſunt uera prædicta, ut non ſolum procedant in confeſſione uera ſed etiam ficta, u gore ſtatuti dictantis, quòd contumax habeatur pro confeſſo nam eo caſu minor contumax non dato curatore, nõ poteſt puniri virtute illius factæ confeſſionis, ut hr̃ per Cæpo conſ. 30. & 31. & Bald. in l. clarum. C. de auto. præſtan. & ſequitur Marſi. in l. de minore. 53 ff. de quæſt. & Affl. in conſtit. minorum iura. in 5. not. & Nell. in tracta. bannito. in prima quæſtion. primi tempo. & Boer. in deciſi. 63. in prima parte & Bal. in le. vnica, C. de confe. uer. iuxta hoc quæro qui uidetur tenere contrarium in adulto, & non in pupillo. & dicam plenius in quarta parte, ubi de cõfeſſionibus fictis tracta-

26 bitur † Et non ſolũ requiritur datio curatoris, ut confeſſio ſit ualida, ſed etiam requiritur, non eodem momento, quo dat, curator autorizet ipſi minori, nam eſſet nullus ille actus propter breuitatem temporis

poris ex quo apperet, quod in tali præſtatione autoritatis non proceſſit aliqua cauſæ cognitio, quæ debuit interuenire ad ualiditatẽ actus, ut habet per Pet. de Anch. conſ. 62. incip. uiſis diligenter actis. & habetur plene per Hipp a Marſi. in practica crim. § nunc uidendum. num. 32. & ideo ſemper ante præſtationem authoritatis, facias apparere aliquem actum ſeparatũ in quo appareat fuiſſe informatũ curatorem de informatione & iuribus, & defenſionibus pupilli & minoris, & de meritis proceſſus, & quod adhibita fuit cauſæ cognitio, quo facto ſecure poteſt præſtari au
27 toritas. Secundo requiritur ut ſi mulier in iudicio confiteatur: delictum, de quo aliter non apparet, niſi per ipſius cõfeſſionem, ipſiusq; ſi interſit nõ eſſe confeſſum id, ac ob id petat ſe reſtitui in integrũ aduerſus ſuam confeſſionem, non condemnetur uirtute dictę confeſſionis, ſed concedatur ei reſtitutio in integrum. quia in hoc habebit beneficium mino. is. ut notabiliter dicit Affli. in conſ. obſcuritatem. 3.
28 colum. in 2. q. Tertio requiritur, ut confitens non ſit furioſus & demens, quia ex confeſſione non poſſet damnari inſtar minoris, ut habetur per Specu. in tit. de conf. § ſequitur. uerſi. 13. & plene per Tho.
26 Gramma. in conſil. 16. Requiritur quarto, ut confeſſio fiat per reum criminis tan quam reum, & inquiſitum ut reum, alias ſi fieret per aliquem ut teſtẽ. & ſic repræſentantem aliam perſonam, non ſufficit ad condemnandum, ut dicit Cap. in dec. ſ. ſac. regij conſil. 52. & Marſi. in conſil 115. num. 3. 2. lib. & hæc de requiſitis circa per
30 ſonam confitentis. Sunt etiam, quæ requiruntur circa qualitatem temporis, ut dixi ſupra. atque ut ea nunc perſequamur ſciendum, eſt, quod requiritur, ut confeſſio fiat tempore habili, alias ſi fieret tempore inhabili, uidelicet elapſo tempore, dato & ſtatuto per leges vel ſtatutum ad inquirendũ, confeſſio non noceret cõfitẽti. ſecundum Bal. in ca. 1. de offi. deleg. pe. col. uerſi. pone, quod maleficium & firma uit. Soc. in conſ. 108. inci. ſuppoſito ſtatuto. in pen. col. poſt medium & firmat Marſil. in practica cri. poſtquam num. 10. cõtrariam opinionem firmauit Bal. in l. properandum 4 colu. C. de iud. ubi intrepide firmat, quod etiam perempta inſtantia iuris communis in criminalibus, vel ſtatutaria ſeu ſecundum conſuetudinem loci, cõfeſſus delictum poteſt condemnari, quia non petijt confeſſio, & delictum eſt factũ notorium & ita tenet Marſil. ſibi contrarius conſ. 46. nume. 18 refert & ſequitur Angel in lib. male. in verbo. inchoata & facta, & in verbo, comparent dicti inquiſiti. & confitentur totum, quam doctrinã corroborauit pluribus medijs Marſi. in l. 1 §. diuus Antonius. ff. de quęſtio. 4 col. & contrarium, & alias tenuit. in d. l. 1. nu. 69. ſequitur etiam. doctri. Bald. Iaſon. in d. l. properãdum, nu. 21. in 3. limitatione. & dicit ita teneri per Panor. in c. pe. in pe. col. de iudic. & faciunt ea, quæ not. Bart. in l. ſi confeſſus cum ſuis concordantijs ff. de cuſto. reo. quid uero dicendum in iſta uariata quęſtione ego pro nunc dicerem ad cõcordandas opiniones, quod prima opinio loquitur, & habet locum iuxta terminos l. querelam. C. de fal. de tempore ſtatuto ipſi actionis, ſeu accuſationi, ſeu iuri ingrendi, quo elapſo præſcribitur illi iuri, ſequẽs uero opinio loquitur ſimpliciter de tempore inſtantiæ iuxta terminum d. l. properandum & ita loquuntur doct. in locis ſup. allega. ſi recte inſpiciantur, & ſic nulla eſt intereos contrarietas ſeu diuerſitas. Circa requiſita concernentia formam & qualitatem confeſſionis, notãdum eſt, qđ plura requiruntur, & idem tenet etiam ipſemet Bald. in l. quoniam alias l. genero. ff. de his, qui no. infa. & Feli. in ca. ad aures. de præſcrib. & ibi Par. in fine. & idem voluit Areti. in ca. cum Pet. Manconella. de accuſa. colum. 4 licet Roma. in l. 1. §. occiſorum. ff. ad Sylle. uoluerit contrariũ,
21 quem reprobat Are. ubi ſupra. Et primo requiritur, ut confeſſio fiat principaliter, & non incidenter, ut confeſſus cõdemnari ualeat ad pœnam ordinariam delicti. ſecundum Barto. in l. ſi conf. ſſus. ff. de cuſt. reo. & Ioan. de Imo. in cap. fin. pe. col. de confeſ. & Sali. in l. mercalem. C. de condi. ob turp. cauſ. & plene habetur per Marſil. in l. 1. § diuus Antonius. ult. colum. in princip. ff. de quęſtio. & in practica. crimi. §. poſtquam. nume. 9. & ita fuit deciſum in ſacro regio conſ. ut refert Affl. ct. in deci. 176. operatur tamen dicta confeſſio ad

instruendum

inſtruendum iudicẽ, ut poſſit formare inquiſitionem, & non, ut ex hac ſola poſſit condemnare. quia iudicium non erat ad hoc ordinatum, & ſic eſt ſine inſtantia. & proinde erit neceſſe, ut ſpecialiter inquiratur de illo delicto, de quo extat confeſſio, & detur illi copia defenſionis: & capituletur illa confeſſio facta. licet enim cõfeſſio incidenter facta non ſufficiat ad cõdemnãdum, ſufficit tamen, ut condemnetur confitens ad intereſſe partis. ſecundũ Angel. in l. infamem. ff. de pu. iu. & in l. 2. in fi. C. de edendo & uidetur Batt. & Ange. in l. inter ' um § qui furem. de furt. & Ange. in l. 2. §. 1. circa finem. ff ui bon. ra.

32 Ad quorum corrobarationem adducitur quod ſi quis examinatur ut teſtis, & confitetur aliquid ac poſtea inquiritur, ut principalis de eo. quod cõfeſſus fuit ut teſtis, illa confeſſio ipſi non nocet. ut dicit Capiti. deciſio. 52. & conſuluit Marſi. conſilio

33 115 2. uolu. nume. 30. Requiritur ſecundo, quod cõfeſſio ipſa ſit ueriſimilis, aliàs non nocet confitenti, ſecundum Bald. in l. ſi quis in hoc genus. C. de epiſco. & cle. 1. colum. & Petr. de Ancha. conſilio 25 incip. uiſa inquiſitione formata contra Philippum. pro quo facit text. ca. quia ueriſimile de pręſumptio. & l. non eſt ueriſimile. ff quod me cau. & tex. l. ſi ita quis uerſ. qđ nemo ſanus diceret. ff. de euictiõn. & pro hoc faciunt multa ſimilia Mar. in l. 1.

34 nume. 65. cum ſequen. ff. de quæſtio. Requiritur tertio, quod confeſſio ipſa ſit probabilis. & ſic ante omnia debet conſtare de corpore mortuo, & ſic de delicto in genere commiſſo nam ſi quis confitetur ſe hominẽ occidiſſe, & poſtea proieciſſe in mare, non debet puniri, niſi de corpore mortuo cõſtet, ſaltẽ per famam ſecũdum Bald. in addi. Spec. in titu. de ſenten. 18. colum. in fin. & idem etiam firmat idem Bald. in l. cum probatio. ff. de probatio. in ſuis addi. & in auth. n. ſed nono iure. C. de fur. & faciunt dicta per Angel. in l. 1. C. de confeſ. ubi ponit de illis Malandrinis, qui confeſſi ſunt ſe occidiſſe plures mercatores peregrinos, & illos proieciſſe in mare uel flumen, an ſtandum ſit tali cõfeſſioni. & dicit, quod inſpiciendum eſt, an mare uel flumen ſit prope, quia ſi eſt prope nocebit, ſecus aũt, ſi nõ ſit prope. facit ẽt pro prædicti s doctrina Aug de Arc. in li. male. in uerbo, & veſtem cœleſtẽ abſtulit. in 6. char. uer. quod ſi quis confitetur. ubi dicit: quòd ſi quis confitetur ſe commiſiſſe plura furta diuerſis temporibus, huic confeſſioni ſtandum nõ eſt, quia talis confeſſio eſt generalis, cum non conſtet de rebus ſubtractis. & ideo iudex debet eſſet cautus, ne damnet corpus & animam ſuã, qa tales confeſſiones non debet ſimpliciter admittere, ſed debet eas uerificare, inquantũ poteſt, mittendo nuntium qui ueritatem, & quas ſe res furatum eſſe cõfeſſus eſt inquiſitus, inquirat, ita ut appareat, quæ diſtraxerit, quæ pignorauerit, & quæ penes ſe habeat, alias ſi hoc iudex non faceret, ſępe innocentes cõdemnaret, ut firmat etiã Gramma. in deciſio. 2. nume. 38. & Marſil. conſi. 109 nu. 15. 1. lib. & conſ. 8. num. 2. & conſ. 40. nu. 6 & conſi 49 num. 11. & conſ. 53. num. 4 & conſ. 76. num. 4. & conſ. 130. nu. 13. 2. lib. & conſ. 14. nume. 18. & conſil. 22. num. 9. & Franc. Brun. in tracta. de ir. d c. & tormen. 6. q. 2. partis. nume 8 & nu. 29. uerſi poſtremo quæro. & Par. a Put. in lib. ſyndic. in uerbo confeſſio. & Grãmat. conſil. 37. num. 29. & conſ 32 & conſi. 60. nume. 2. & in deciſio. 38. & Aymo. Craue. conſilio 134 nu. 38. uidi omnino Aymo. Craue. conſ. 244. 2. lib. & conſ. 360. eodem lib. uide Boer. in deciſio. 164. num 9. prim

35 parte. Et an dicatur conſtare de furto cõmiſſo, ſi apparet de fractura caſpę uel alterius loci, nõ aliter conſtito. uide Mar. in conſ 8 in prima parte & Mar. conſ. 48. nu

36 me. 49 & 50. Requiritur quarto, quòd confeſſio ipſa ſit poſſibilis, aliàs confitenti nõ præiudicatet, ut puta, ſi reus cõfiteatur ſe occidiſſe hominem uiuentẽ adhuc per text. l. inde Neratius §. ſi quis hominẽ uiuum. ff ad l. Aquil. & habetur in confeſſionibus. & in l. ſi is. ff. de interrog. actio. & hãc partem firmat do. Anto. in c. ſigni-

37 ficaſti. 2. col. de homi. Et pro prædictis facit, quod ſi aliquis cõfiteatur ſe ueneneſſe aliquem & mortuum eſſe, ex hac cõfeſſione non debet condemnari. quia eſt impoſſibile ut ſciatur, an mortuus ſit ex illo ueneno ut latè habetur per Marſi. in l. 1. præterea. ff. de ſicar. nu. 37. & per Afflict. in cõſtit. mala noxia. 1. col. & dixi infra in confeſſione extorta p torturã nu. 101. 33.

38 q † Item facit, quia ſi quis fatetur ſe alicui fregiſſe capit s cran um, ia is confeſſio nō nocebit, quia impoſſib le eſt ſcitu, an quis percutiēdo caput fregerit vel cranium, quia an d ſit f. actū, laborarūt medici periti pro curando vulnus, bis aut ter adhibita candela. ſecundum do. Ant. in c. fi. 6 col. ver. quæritur. extra de conf. & plenè per Marſil. in l. 1. num 62. ff. de quæſtio.

39 † Requiritur quintò quòd talis confeſſio ſit perſeuerata: etiam, quòd ſit ſpontanea & iudicialis. ſecūdum Lud. Bol. in addi. ad Guid. de Suxar. in tra. de indi. & tor. nu. 46 vbi ex nonnullis iuribus & authoritatib. firmat hāc opinionē. & ante eum tenuit iſtā opinionē Ang. de Are. in li. male. in uerbo, fama publica. pen. colum. & per Cuma. conſ. 136. & per Marſ. in practica. crim. §. poſt quam. in 5. colum. verſi. addo vlterius. Sed cōtrariam opinionem tenet Bal. in l. vnica. C. de confeſ. & in l. fin. C. de proba. & in l. addictos. C. de epiſ. audiē. & Fran Bru. in trac. de indic. & tor. 2. parte. in q. num. 21. vbi dicit, quòd vera, communis & quaſi omnium concluſio eſt, quòd confeſſio iudicialis ſpōtanea unica ſufficit ad cōdemnandum, licet inſuper dicat, quòd cauti aſſeſſores ſemper in arduis negotijs faciunt ſæpius repeti confeſſionem apud acta. ſecundum Bal. in l 2 C. de cuſto. reo. licet ipſe ex mente eiuſdem Bal. dicat poſtea, id eſſe uerum in confeſſione in tormentis facta, & quod ita de generali conſuetudine ſeruatur, diſtinguit tamen Bal. ibidem, cuius diſtinctionem ſequitur idē Fran. Bru. quòd quandoque in cōfeſſione perſeueratur expreſſè per expreſſam confeſſionem factā apud acta, & tunc non eſt dubiū, quin talis confeſſus ex ſola confeſſione facta poſſit damnari, ſecundum omnes, quandoque in confeſſione perſeueratur tacite, quia non reuocatur talis confeſſio, & tunc aut emanauit ſponte, & ſufficit ad condemnandum: aut metu tormētorū, & nō ſufficit, ſed repetenda eſt, quandoque in confeſſione non perſeueratur tacitè nec expreſſè, ſed reuocatur confeſſio, & tūc, ſi quidem ſunt aliqua indicia facientia pro reuocatione, admittitur reuocatio, ſed poteſt cogi confiteri, ergo fortiùs pōt cogi perſeuerare in confeſſione, ſi autem nulla indicia apparent pro, vel cōtra, vide tur, quòd iſta reuocatio ſponte facta non procedat, niſi error allegetur & probetur: vel ſtare per iudicem; nō per allegantem, quò minus probaretur. & quòd vnica confeſſio etiam non ratificata, ſufficit ad condemnandum, tenet Marſil. in practica. §. quoniam. 3 col. & Imol. in cōſi. 109 refert hanc fore communem opinionem, q̄ nō requiratur perſeueratio, ſed ſtatim cōfeſſus cōdemnandus ſit. ut per Thom. Gramma. conſi. 40. & per Marſ. ſingul. 201. & per Gādi. in rubrica de quæſtio. & per Par. in libr. ſyndic. in verbo, tortura lo primo uerſ officialis. in fi. & verſi. an ex ſola cōfeſsione, & in verbo, tortura. lo 2. ver. ſequitur quæſtio. & in verbo, tortura, lo. 3. uerſ. nunc uidendum. & verſi. an ſtetur dicto torti. circa fin. & in verſi. ratificatio. in fin. & plenè Carre. in l. obſeruare curabis. C. quorum appel. non recipiantur. numer. 23. cum ſequen. & do Guido de Suxar. in tract. de in-

40 di. & tor. nu 43. † Requiritur ſexto, quòd contra talem confeſſionem non ſit aliàs ſentētia lata, aliàs etiam ſi eſſet confeſsio ſpontanea, nō noceret ſecundum Innoc. in cap. mulieri. de iureiu. refert & ſequitur Bald. in l. ſiquis in hoc genus. C. de epiſ. & cler. & ſequitur Marſi. in practi. cri. § poſt quàm. num. 11. & magis plenè, licet doct. præfati non allegent, per eundem Innoc. in cap. cū venerabilis. de excep. & ibi per Fely. an confeſſus & abſolutus poſsit alibi conueniri virtute illius confeſſionis, uide Boer. in deciſio. 289. numer. 8 in ſecunda

41 parte † Sed hic aduertendum eſſe puto, quia uidetur obſtare tex. l qui ſeruum. ff. de interro. actio. & habetur per Bal. in l. 2. C. qui res iudi. nō no. ubi colligitur, quòd ſi quis confeſſus ſe hominem occidiſſe, ſuſpēſus fuerit, & poſt paucos dies verus homicida captus planè falſus fuerit omnia, certè damnādus erit & hic ad mortem, ob dictam ſuam confeſſionem, ſi ergo vera eſſet ſimpliciter doctri. ſupra relata, hic ſecūdus cōfitens non deberet damnari, quia dicitur, quòd aliàs ſit ſententiatum contra ipſius confeſſionem, nam apparet aliū dānatum ad mortem ob illud delictum cōmiſſum per vnum ſolum & ſic perinde haberetur, ac ſi iſta 2 confeſſio reprobata eſſet per illam ſententiam, & ſententiatum

42 eſſe contra eam. † Præterea ſi loquimur

in vno eodemq; met confitente poſt ſententiã, adhuc vt poſſe dici, quòd confeſſio ſua ipſi noceat, non obſtante ſententia nã habemus, quòd ſi quis ubi obtinuit ſententiam in ſui fauorem confiteatur ueritatẽ, & retractetur dicta iam ſententia ſecundum Innoc. in c. quia pleriq; colu. 1. de immu. eccle. & Abb. & Anto. de But. in cap. is qui fidem deſpon. & Abb. in c. quanto de præſu. & in c. 1. in fi. de conceſ. preb. & Iaſ. in repetitione. l. admonendi col. 24. uerſi. ego inter alios. & in l. ſi duo. §. idẽ Iulianus in ſexto notab. ff. de iureiurando

43 † Præterea confeſſio poſt ſententiam eſt tanti uigoris & momenti, ut licet confeſſus poſſit appellare poſt latam ſententiã, ſi condemnatus ſit ob dictam ſuã confeſſionem, tamen id non habeat locũ in confitente poſt ſententiam, quia appellare nõ põt, ut per Bartol. & alios in l. obſeruare curabis. C. quo. app. non reci. & traditur in l. non tantum. ff. de appe. & in l. additos. C. de epi. aud. & Bar. in l. conſtitutiones. ff. de app. & Bal. in l. vt debitũ. C. de hęre. act. & Philip. Fran. in cap. cum ſpeciali. § porro. uerſ. ex prædictis not. 3. colu. & plene per Lud. Carre. in d. l. obſeruare. nu. 35. in

44 prin. † Quare intelligere oportet dictum Innoc. & intelligi debet ſecundũ text. in quo eius dictum fundatur, uidelicet ex c. mulieri. de iureiuran. & ultra exemplũ ibi traditum (vt intelligatur, quomodo procedat) pone caſum, ꝙ ſtãte ſtatuto, quòd occidens bannitum habeat p̃mium, euenit, ut repertus fuerit quidam bannitus occiſus, quem Titius aſſerit & confitetur occidiſſe, ut conſequatur premiũ ſtatuti, uerum quia non probauit, niſi per ſuam confeſſionem iuratam, fuit determinatum & ſententiatum, nõ debere gaudere premio ſtatuti, ex quo non probauit ſe occidiſſe ipſum, modo quia reperitur illum bannitum occiſum non fuiſſe legitime bannitũ & proinde nõ potuiſſe occidi & ſic Titius impetitur ob dictam ſuam confeſſionem, & prætenditur per fiſcum cõdemnari ad pœnam ordinariam delicti ui iure dictæ ſuæ confeſſionis, certe non põt quia ſentẽtia ꝗ eſt contra dictam confeſſionem, ratio eſt ſecundum Abb. in d. cap. mulieri. numero. 10. quia curia non approbauit, nec recepit illam, & idcirco non poteſt ſuper illa ſe fundare, & cogere confitentem ad eius obſeruantiam. & hoc modo intelligendo ceſſant omnia contraria, quæ licet ſint uera in ſe, tamen doctrinæ Inno

45 cent. non obſtant Requiritur ſ. ptimo, ꝙ confeſſio ſit roborata cauſa nam alias, ſi eſt nuda, & non coadiuta alijs coniecturis & adminiculis, & non adſit cauſa legitima ut ſupra, non ſufficit ad condemnandum. ut conſuluit Pet. de Auc. in conſi. 24. incipien. uiſa inquiſitione formata cõtra Philipp. num. quem ſequitur Marſil. in practica crimi. § poſtquam. nume. 21. adde Marſi. in l. j. § præterea. n. 104. ff. de queſt. & Affl. in conſtit. volumus. in 7. no. & eundem Marſ. in ſingula. 219. incipien. obli-

46 gatio. † Requiritur octauo, quòd confeſſio ſit ſimplex, ut ex ea quis ad mortẽ condemnari ualeat. nã licet Bar. in l. Aurelius §. idem quæſijt. ff. de libe. lega. uoluerit, quòd confitens ſe occidiſſe hominem, tamen ad ſui defenſionem, & ſic qualificate põt licite condemnari ex illa ſua confeſſione, & poteſt iudex illam acceptare, quatenus confitetur ſe occidiſſe hominem, & & reſpuere, quatenus confitetur ad defenſionem (cuius opinionem ſequitur Bald. in l. vnica. C. de confeſ. 14. colum. uer. denuo quæro de q̃ſtione quotidiana. & in l. ſi quidem. C. de excep. licet contrarium noluerit Salyc. in d. l. vnica. in uerſic. opponitur. & opi. Bar. ſequitur Ang. de Arec. in li. maleſi. in uerbo, comparent dicti in quiſiti, & partem confitentur, & partem negant. ubi dicit ſe uidiſſe ſeruari opinionẽ Bart. de qua q̃ſtione latius dicã infra) tamen ex tali confeſſione non ſimpliciter facta, ſed qualificate, nunquam poteſt condemnari ad mortem & pœnam ordinariã ſecundum Panor. in c. auditis de p̃ſcrip. pen. colum. & ſequitur Iaſ. in l. ut uim. ff. de iuſt. & iur. nu. 13. in fi. & Bertrar. conſil. 341. 1. lib. & addo uidendum Abb. in ca. afferre. extra, de præſumptio. in 3. col. & habetur plene per Thomam de Ferra. in cau te. 5. ubi plene. & ſequitur Afflict. in conſt. terminum uitæ. in 7. q. & hæc intelligenda ſunt, non aliter probata defenſione: & habetur per Marſi. in pract. cri. §. ſecunda quæſtio, num. 14 & in § poſtquam. nu. 22. & 23 & Giam. in conſi. 69. nu. 12. & Capi.

47 in deciſ. 155. numm. 11. † Et ut plenius uideamus

deamus, an confeſſio qualificata ſit in totum acceptanda, an in partem; ſi, & quatenus, concluſiue dicas. quòd aut contra qualitatem annexam adeſt præſumptio iuris, & tunc pōt pro parte acceptari, vt ſi reus confiteatur ſe occidiſſe hominem ad ſui defenſionem, uel non animo occidendi, uel dixiſſe iniurias non animo iniurandi, nam iſtis caſibus ſtatur confeſſioni cōtra ſe, ut ff. de interroga. actio. l. de ætate, quatenus vero dicit non aīo occidendi, uel ad ſui defenſionē occidiſſe huic qualitati non adhibetur fides, ut l. exēplo. C. de proba. tamen licet non ſtetur, non propterea reijcitur, ut non debeat admitti ad probandum, confitens ut eſt tex. gl & alij in l. ſiquidem. C. de excep. & tenet Alexan. conſ. 20. nu. 21. 4. lib. & plene per Marſi. in conſ 135. n. 5. & conſi. 136. nu. 28 & conſi 129 nu. 1. in 2 lib. nam etiam confeſſis reis non denegātur legitime defenſiones. l. ſi filius. § exceptionibus ff. de īterro. actio. & ibi Bald. ad quas probandas reus debet admitti. l. 2. C. de leg. Cor. de ſica l. ſi non conuitij. C. de iniu. & tunc non fit diſtinctio, an ſit unum capitulū, an plura ſecundum, Abb. in ca. bonæ. el. 2. col. pe. de poſt. præla. & Pet. Philip. Cor. conſ 94 col. 2. in litera. I, in 3. vol. & tenet Ioann Mil. in practica criminali. fol 70. nu. 18. cum pluribus. ſequenti aut contra illam qualitatē nulla adeſt præſumptio iuris, & tunc aut confeſſio continet vnum capitulum, aut plura & primo caſu debet tota acceptari, & non poteſt diuidi, ut ſi reus confiteatur ſe promiſiſſe ſub conditione, uel ſi dicat uerum eſt, quòd recipi a te decem quæ mihi debebas ex cauſa mutui. ſecundū Abb. in d. c. bonæ. & Bar. in l. Aurel. §. idem q̄ſijt, ff. de liber. leg. ſecundo uero caſu, qn̄ continet plura capitula, ut ſi dicatur, uerū eſt, quòd mutuaſti mihi decem ſed feciſti pactum de non petendo, & tunc poteſt acceptari pro parte, & tenetur reus probare pactum de non petendo, alias condemnatur, ſecundum præfatos doctor. & prædictis adde And. de Iſer in conſtitu. terminum uitæ in fi. & Ioann. Mil. in practica. cri. fol. 71. nu. 33. cum pluribus ſeq. ubi aliter & latius diſtinguit. & uide Angel. de Aret. in lib. male. in uerbo, comparent dicti inquiſiti, & partem confitentur, & par
tem negant. & ibi dicit quòd ſi confitetur
quis factum, ſed negatur qualitas, poteſt
condemnari, ſi non probetur qualitas per
not. per Bar. in l. cum qui in prin. ff. de iur.
iuran & in l. ſi natus. ff de accuſa. & Ang.
in l denunciaſſe. § quid tamen. ff. de adul
ter. uide Alex. in conſi. 87. prim. uol. nu. 1.
& quando dicuntur plura capitula, uel
unum, uide per Part. in d. §. idem quæſijt.
ff. de libera. lega. & per Marſ. in § poſtquā
48 nu. 23. & 24 in pract. crim. † Sed ecce, con
fitetur quis ſe occidiſſe hominem, tamen
ad ſui defenſionem, uel aliter, quæro an
poſſit torqueri, ut explicite deponat. Bal.
in l. unica. 11. col. C. de confeſſ. uer. ſi tamē
iudex. uidetur tenere, ꝙ ſic. & idem tenet
Laufran. in cap quoniam contra de proba. in uerbo, confeſſiones uerſi. quæro iux
ta præmiſſa. & Thom Gram. in uolum. 2.
nu. 12. & in uoto. 24 licet Tom. Fer. in cau
te. 5. tenuerit cōtrarium. & idem cum Bal.
uidetur firmare Ange Aret. in lib. male. in
uerb. comparent dicti inquiſiti, & partem
49 confitentur partem negant. † Requiritur
nono, quòd confeſſio ut expreſſe accepta
per querulantem, uel iudicem inquirentē
ita dixit Cy. & Saly. in l. vnica. vt q. C. de
confeſſi & Salyc. in l. iubemus. C. de liber.
cau. & in l. generaliter. C. de non num. pe
cu. & Alex. conſi. 20 incip. in cauſa appel-
lationis 4. libro & refert ac ita conſuluit
Gram. vol. 17. nu. 10. cum ſequentib. alias
ſecundum eum non noceret confitenti.
50 † Requiritur decimo, quòd confeſſio nō
ſit reuocata prætextu erroris, quia eo caſu
ēt ſi confeſſio eſſet perſeuerata, & allega-
retur ante ſniam ipſam fuiſſe, & eſſe erro
neam, non debet procedi ad condemna-
tionem ſed dēt audiri, & dari terminus ad
probandum de errore, ut habetur p Gan-
di. in lib. male. in titul. de quæſti. & tor. 5.
col. uerſ. ſed quid ſi confeſſus. & per Saly.
in l. 2. penul. colum. C. de cuſto. reo. & idē
firmat Guido de Suzar. in trac. de tormen.
11. col. verſi. ſed quid de quæſtione. idem
firmat Bal. in l. fin. prima. colu. C. de pro-
ba. & in l. in bonæ fidei. 2. colu. C. de reb.
cre. & Pe. de Anch. in conſ. 23. inci. uiſa in
quiſitione formata. & plene per Marſ. in l.
1. ff. de quæſtio. §. fi. num. 89. & idē firmat
Gramm. uoto ſeptimo, ubi refert ita tene-
re And. de Iſer. in conſt. ſi dāna clandeſti-

na 4 colum.etiam in cõfeſſione iurata.&
ita etiam firmat Gramma.uoto.10.nu 33.
cum ſequen.idẽ firmauit conſ.69.& Mar
ſi.in pract.§.quoniam.& quod non obſtã-
te iuramẽto poſſit touocari,cõcludit Bal.
in authen.iubemus.circa med.C.de iudi.
& in l.1.C.de confe.15.colum.verſi.ſed po
ne minor & Ludo.Roma.conſ 391.incip.
ut prępoſita circa medium. & couſuluit
Mar.cõſ.1 8 nu.21.2.li.& habetur per Car
dina.conſ.101.incip.in cauſa appellatio-
nis, & an cõfeſſio filij poſſit per partẽ vel
aliam coniunctã perſonam reuocari,uide
glo.in l.1.§ ſi abſens ff.ſi ex no cau.& Bar.
in l.cum filius.in prin.ff.de uerbo.obliga.
& plenè per Par.de Pu.in li.ſyndi.in uer-
bo, tortura uerſi.ſequit quæſtio quotidia-
na.5.colum.& ad probãdum errorem cõ-
feſſionis admittuntur cõſanguinei illius
confitentis.ſecundum Ang.in l.ſi is, cum
quo.ff.de confe.& ibi per Par.de put.& ad
de,quod allegata erronea confeſſione per
tormẽta extorta; tempore ratificationis;
non poteſt procedi ad torturam,ſed debet
dari terminus ad probandum de errore,
vt plene habetur per Gram.in uoto ſepti-
51 mo.† Prædicta ſunt uera,niſi ultra cõfeſ-
ſionem adeſſent inditia indubitata, quæ
cõiuncta cũ cõfeſſione indubitabiliter in
dicant veritatem ſecundum Bal. in l.fi.ff.
de quæſtio.& Fran.Bru.in tract.de indi.&
tor.3.q.primæ partis.nu.4.nam tunc non
52 prodeſt reuocatio. † Item prædicta pce-
dunt in uera confeſſione, ſecus eſt in ficta;
nam in ea non admittitur reuocatio præ-
textu erroris,ut latè proſequitur Hippol.
in Mar.in d.l.pri.§.fi.ff.de quęſtio.nu 93.
& latius dicam in ultima parte,ubi de cõ-
53 feſſionibus fictis.† Et an in cauſa appella
tionis poſſit reuocari cõfeſſio erronea,di
cas, quod ſit ſecundum Bal.in l.edita.37.
colum.C.de eden.& Alexa.in l.admonen-
54 di.ff.de iureiur. † Et an probando rem ali
ter ſe habere,confeſſio dicatur erronea,p
Phili.Cor.conſ.261.inci.de duobus 4 lib.
55 † Et an confeſſio poſſit reuocari poſt ter-
minum præfixum ad reuocandum.Ange.
Are.inſtit.de actio.§ ſi minus dicit, quod
non,per Ro.per Bar.in l.1.ff de conf.& in
l.error de iur.& fa.igno.& Barto.Cœpol.
caute.149.& eſt gl.ſingu.in ca.ex literis.in
uer.admonita.de diuor.quam allegat Bal.
in l.cum precum.C.de lib.cau.& per do.
Iaſ.in d.l.error.12.col.uerſ ſecundo prin.
56 quæro.† Et an confeſſio facta poſt ſentẽ-
tiam poſſit reuocari?Bar.in l.non fatetur.
2.col.ff.de confe.& in l.error.in princ.&
ibi Bal.in 2 oppo.& in prim.colum.uerſi.
modo venio ad ſecundam regulã & in 3.
q.C.de iur.& fa.igno.ubi Bart.dicit,quòd
non,ſi eſt ſpõtanea.uel ad interrogationẽ
partis,ſecus,ſi ad poſitionẽ partis, quia re
ſtituitur in integrum,licet ibi Bal.aliàs di
cat, quod etiam tenet Alex.poſt Bar.in l.
1.in prin.de eo,per quem fa. erit & ibi Ful
go.& Pau.de Caſt & Panor.in cap.ex par-
ti,9.col.extra.de cõfeſſis.uerſ.nunc venia
57 mus.† Requiritur undecimo, quod cõfeſ
ſio nõ fiat ex cauſa pietatis, vt,ſi pater ui-
dens filium,morti tradi uel torqueri,cõfi-
teatur, nam ſicut cõfeſſio facta metu tor-
mentorum, non nocet, niſi perſeueretur
in ea,ita confeſſio facta ex cauſa pietatis,
nõ prodeſt ad condẽnandũ,niſi perſeuere
tur,ſecundum Abb.in c.afferte.pri.col.de
præſumptio.& refert & ſequitur do.Alex.
in apoſtill.ad Bar.in l.pri.§.diuus Seuerus
ff.de quæſtioni.ubi Marſ.in final.verbis &
per eundem in practica criminali § quo-
niam.num.39 & per Boer.in deciſio.166.
58 nu.8.prima parte. † Requiritur duodeci
mo,quod nõ liquet de innocentia cõfiten
tis,cum aliàs etiam ſi confeſſio eſſet perſe
uerata,non noceret.ſecundũ Thomã Grã
59 ma.in uoto ſeptimo †Requiritur decimo
tertio, quòd confeſſio ſit clara & non du-
bia, quia ſi eſt dubia, interpretat in fauo-
rem rei ſecundum do. Anto.in cap.ex lite
ris el.1.in fi de ſponſa.quem refert & ſequi
tur Deciſ.conſ.118.incip. uiſo in ultima
col.& ſequitur Mar.in practica criminali
60 poſtquam nume.25 † Sunt etiam alia re-
quiſita concernentia loci qualitatem,quę
debent concurrere,ut ualida ſit confeſſio.
Ac primo quidem,quòd fiat confeſsio co
ram iudice in loco ſolito iudiciorũ,& nõ
alibi, ſecũdum Bal.in l.unica.C.de cõfeſ-
ſis.in 19.colum.in princip.uer.quero,nũ-
quid confeſſio.ſed Angel.in d.l princip.
dicit, quod ſi fiat confeſſio coram iudice,
& locus ſit honeſtus, & iudex nõ habebat
determinatũ tribunal,quòd cõfeſſio facta
tenet, ſi uerò iudex habebat determinatũ
tribunal, erit idem, ſi confeſſio emanatur

per

per modum uoluntariæ iuriſdictionis. vt
quia ſine interrogatione pars confitetur,
vel cum interrogatione, ſed iudice nō p̄-
cipiente, quod reſpōderet, ſi vero emana-
tur per modū contentioſæ iuriſdictionis,
in duobus caſibus eſt idem; primo, quādo nō
requirit plenam cauſæ cognitionē, ſecun
do, quando emanatur ad ordinationem
iudicij. in alijs uero caſibus ſecundū eum
ſemper requiritur, iudicē ſedere in loco
maiorum ad hoc, vt dicatur actus in iudi
cio factus validus: & ita etiā tenet Sal. ibi
nu. 7. bene tamen confeſſio facta in loco.
non ſolito ſufficit ad imponendam pœna
extraordinariam, vt conſuluit Mar. in cō-
ſil. 2. nu. 28. & 29. primo lib. & Mar. Anto.
Blanc. in repet. l. fi. ff. de quæſt. nu. 212. cū
61 ſeq. Requiritur ſecundò, quòd confeſſio
fiat in loco iuriſdictionis non extra per
not. in l. fi. ff. de iuriſd. omn. iudi. quod eſt
verum, niſi fuerit habita licentia a iudice
illius loci ibi procedendi contra ſubditū,
quia tunc ualet confeſſio per not. per Af-
flic. in conſtit. de quæſtionibus. quas pri-
62 mo not. per illum tex. Requiritur tertiò
ꝙ confeſſio ipſa non fiat in loco torturę,
in carceribus, & in vinculis, ſed ſolutis
vinculis, & catenis: opus vt extra locum
& aſpectum torturæ fiat, vt dicatur con-
feſſio iudicialis ſpontanea, aliàs namque
diceretur metu torturæ facta, & require-
ret perſeuerantiam ac ratificationē, ſicut
quæ facta eſt in tormentis, & ꝙ diceretur
facta metu tormentorū, ſi fieret prope tor
menta. tenet Bar. in l. 1. § itē diuus Seue-
rus. ff. de quæſt. ſed Aug. in l. itē apud La-
beonē § quæſtio. ff. de iniur. dicit, ꝙ ſola
ductio rei ad torturā, & ad funē, eſt leuis
territio, ſed ductio & ligatio faciunt vide
ri confeſſionē extortā metu tormentorū.
& ſic vī tenere contra Bar. Gandi. in trac.
malef. in rubr. de quæſtio. & tortu. dicit, ꝙ
ſufficit, quòd ſi quis ductus ſit ad chordā,
etiam ſi non fuerint ligatæ manus poſt
tergum, vt confeſſio videatur facta metu
tormentorum, & ſic contra dictum Ang.
& dictum Gandi. ſequitur Aug. de Ari. in
addi. Aret. in uerbo, fama publica, in an-
te pe. col. & idem vt videtur, ſequitur Bar.
in l. nouiſſime. ff. quod fal. tu. auto. & cum
hac opin. trāſit Fran. Bruni. in l. lib. de indi.
& tor. in 2. parte. ſecun. q. in princ. ſequ. ē.
Marſ. in pract. crim. § expedita. nu. 10. &
Guido de Suzar. in trac. de indi. & tor. nu.
72. & ibidem. Lud. Bolog. in additi. dicit, ꝙ
confeſſio in tormentis æquiparatur cōn-
feſſioni, quæ fit ad pedem .pdus torturæ:
verum dicit, ſi fuerint ligatæ manus. Pau.
Grill. in tracta. quæſtio. & tor. in quæſt. 4.
dicit, quod confeſſio facta in iſtis præpa
ratorijs tormentorum. dicitur extorta me
tu tormentorum, & indiget ratificatione:
ſequitur Thom. Gram. conſi. 15. nu. 7. cū
plur. ſeq. ego tamen pro nunc limitarem
prædicta, vt procedant in homine debili
infirmo & formidoloſo. aliàs ſi fuerit ro-
buſtus & non meticuloſus, etiam non da
ta perſeuerantia, poſſet talis confitens in
loco torturæ damnari; nulla alia ratifica-
tione quæſita. pro hoc eſt, quod dicunt
doct. quòd ſi quis uerè ſit tortus ſed modi
ce, & ſit homo robuſtus, confeſſus, poteſt
ex illa confeſſione damnari, nulla data
perſeuerantia, vt dicit Bal. in l. 1. C. de cō-
feſ. & ſequitur Par. in uerbo, tortura. uer.
an ex ſola confeſſione. & ſequitur Gram.
uoto 6. nu. 8. cum alijs ſeq. quanto magis
ſi ſolummodo timor ſit illatus per ductio
nem ſolam ad locum torturæ. & in hoc
uide Guid. de Suzar. in trac. de indi. & tor.
num. 72. & ibi Ludou. Bolog. in addi. & in
inquantum ſup. dixi quòd cōfeſſio debet
fieri ſolutis vinculis & catenis, & extra
carceres. Bal. in l. 1. C. de cuſto. reo. dicit, ꝙ
ligatus manicis ferreis, dicitur torqueri,
ſed confeſſio facta in carceribus, in qui-
bus non derogatur cibus & potus, non di-
citur facta metu tormentorum ſecundū
eundem Bal. in l. 1. C. de confeſ. in 6. col.
& habetur plene per Marſ. in pract. crim.
§ attingam. a num. 20. vſq; ad 30. & con-
trarium tenuit idem Marſ. in §. expedita.
nu. 10. cum ſeq. & tenet do. Guido. de Su-
zar. in prælleg. loco num. 72. nam dicit,
quòd ſufficit probare ſolam detentionē,
vt præſumatur facta metu tormentorum.
& idem tenet Bal. in l. falſus. C. de furt. &
idem ſequitur & firmat Cyn. in l. quod
met. cau. & videtur firmare Par. a Put. in
verbo. tortura. verſ. quia ſi pe. quidquid
ſit pro nunc ad concordandum prædictas
opiniones dicerem ex mente Bal. in d. l. 1.
C. de cuſto. reo & l. 1. C. de confeſ. in 6. co-
lum. quòd aut ſit in loco carceris confeſ-

ſio per confitentem exiſtentem in dicto loco carceris cum ferris aut compedibus, aut alijs ligaminibus, & tunc dicitur extorta metu tormētorum: aut liber exiſtit in loco carceris, ſolutus vinculis & cathenis, & tunc non poteſt dici facta confeſſio metu tormentorum alias ſequeretur incōueniens, quòd omnes cōfeſſiones reorum dicerentur metu tormentorum extortæ; & non dicta perſeuerantia non nocerent; cuius contrarium quotidie videmus & hoc eſt uerum, ſi non denegatur ei cibus & potus, de omnibus videatis d. Io. Mille. in pra. cri. fol. 106. nu. 3. cū ſeq. adde quod Bal. in l. vnica. C. de confeſ. 7. col. dicit, quòd contraria procedunt vbi quis confitetur in utilitatem carcerātis, idq. non in figura iudicij, aliàs ſecus; ad euitandum tamen euitanda, facias ſemp confiteri reum extra carceres in loco publico, & extra locum & aſpectum torturę.

63 Et ex hoc inoleuit practica, qua quando duceretur reus, ad ratificandum confeſſa in tormētis, ſolet ſcribi, talis reus ductus ad ratificandum, ac cōſtitutus coram tali iudice ſedēte pro tribunali ad hunc actū ſolutus uinculis & catenis extra locum & aſpectū torturæ, lecta prius eidem ſua depoſitione, eam ratificauit atque veram faſſus eſt de uerbo ad uerbum, ut eſt tex. & ibi Afflict. in conſt. humanitate. & docet Iacob. de Belu. in pract. crim. in tit. de quæſtio col. 15. & Marſ. in practic. § quoniam & Fran. Brun. in trac. de indi. & tor. 2. parte. 6 col. nu. 4. & Guido de Suzar. in tract. de indi. & tortu. nu. 78. & ibi Ludo.

64 Bolo. Viſo de requiſitis concernentibus perſonam iudicij, confitentis, loci, temporis qualitatem, & formam, & qualitatem ipſius cōfeſſionis; ſequitur vt videamus de requiſitis, quæ debent ſeruari per ipſum iudicem, habita ipſa confeſſione, ſeruatis omnibus prædictis. & primo requiritur, quod iudex ipſe, habita confeſſione, ſtatuat ipſi confitenti terminum ad ſe defendendum, ſi petatur, ſecundū Bal. in l. 2. C. vt intra certo temp. crim. quæſt. termi. & idem tenet Aret. in lib. maleſ. in verbo, qui iudex ſtatuit ter. ad eorum deſen. & ibi vide apoſtillam Aug. & Afflict. in conſti. ſuper inciſionibus. 4 not. q. ver. aduerte. ſed intelligo bene, quòd practica omnium criminaliſtarum eſt, quod detur terminus prædictus, ſiue petatur, ſiue non, vt dicit idem Ange. ubi ſupra in princip. & tunc ſi delinquens non probat aliquid aduerſus ſuam confeſſionem in termino ſibi dato, videtur perſeuerare in confeſ. delicti ſecundum Afflict. in conſt. omnes noſtri. in 6. not. vide Sal. in l. ſi qs, num. 7. C. de cuſto. reo. & quod debet dari etiam non petenti, firmat Par. a Pu. in lib. ſyndi. in uerbo, condemnatio, & firmat Marſ. in pract. § nunc videndum. per totum, quando reus inquiſitus eſt ignarus literarum & quòd neſciat ſe defendere, aliàs ſecus, ſed ꝙ debet dari ſimpliciter etiam non petenti, eſt text. in l. 3. §. ſi ad diem. ff. de re mili. quem ad hunc effectū no. Bal. in l. unica. C. de confe. 10. col. ver. denuo quæro. de quæſt. quotidiana. vbi dicit, quòd iuris & moris eſt dari talem terminum ſponte confeſſo: ſed idem Bal. tenet contrarium, quòd non detur, niſi petenti. in l. nouerint. C. ut intra cert. ter. & Alex. in addi. ad Bar. in l. unius. §. cognitorum. ff. de quæſtio. tenet, quod detur ēt non petenti, & ibi Bar. videtur ſentire contrarium. Afflict. in conſtit. ſi damna clandeſtina. in 9. nota. videtur uelle quod ſem per detur, etiam ſi non petatur. & uidetur tenere Ang. in l. pactum inter hæredem. ff. de pact. & Marſ. in practica. §. examinā da in fine, & idem uidetur velle. Bald. in l. raptores. C. de epi. & cler. & Gandi. in tit. quid ſit agendum reo præſen. & non con-

65 tu. uerſic. ſed pone, quòd accuſatus. Iſtis omnibus requiſitis concurrentibus ſciendū eſt, quòd confeſſio ipſa nonnulla ſpecialia habet, & maximos effectus parit. primo vero, quòd confeſſus ſponte, etiā data nullitate proceſſus, & ex inualido proceſſu, poteſt damnari, ut tenet Pet. de Anch. in cle. 1. de homi. & eſt text. & ibi. no. in c. 1. de accuſ. lib 6. & refert ac ſequit Ang. Aret. in lib. maleſ. in uerbo, fama publica. in 6. colum. verſi. aduertas. & idem tenet Ang. in l. ſi uacantia. libro 10. C. de bon. uacan. & conſuluit Cæpol. conſilio 66. incip. teneo, & Petr. de Anchar. conſil. 23. & Rom. conſil. 149. uer. 107. & habetur per Ange. in l. denuntiaſſe. ff. de adult. num. 5. & in l. ſi quis. C. de cuſto. reo. nu. 2. & ibi per Salyc. in fin. & ita tenet Innoc.

in

in ea qualiter & quando, el. 2. de appel. & Salice. in l. 2. colum. ultima. C. de cuſto. reo. & Bald. in l unica 9. colum. uerſi. quæro. C. de confeſ. & Matthesſi. in nota. incip. nota pulchram regulam. Ang. de Aret. in lib. male. in uerbo, comparent dicti inquiſiti, & confitentur totum, Angel. in l. 1. ff. de confe. finali column. & Marſi. in l. 1 §. diuus Antoninus nume 16. ff. de quæſtio. per Felin. plene in cap. & clerici de indi. & in cap. qualiter & quando de accuſat. el ſecundo & Cap. in deciſio. 179. & Giamma. conſ. 4. nu. 27. & Marſi. conſ. 46. nume. 17. pri. lib. & conſ. 48. nume. 3. eo. libro. & Bertran. conſil. 211. pri. lib. Feli. tamen in d. cap. qualiter & quando, & in d. ca. at ſi clerici. dicit limitandam hanc communẽ opinionẽ pluribus modis primo, ut procedat in cõfeſſione ſimplici, non implicata, & conditionali. 2. fallit, ſi reus impetitus, nec aliter uocatus in ius ultro ſe offerat & confiteatur tertio limitatur, niſi præſcriptum eſſet iuri inquirẽdi ex præſcriptiõe ſtatutaria 4 limitetur, ut procedat, quando confeſſio eſt facta expreſſe, ſecus, ſi tacitè. 5. limitatur, niſi confeſſio fieret in iudicio nullo nõ principaliter, ſed incidenter per quandam conſequentiam. ſexto limita, niſi confeſſio fieret in iudicio nullo ratione incompetentiæ iudicis 7. limita. niſi iudicium eſſet nullum ratione præpoſterationis ordinis. 8 limita. niſi confeſſio fieret in iudicio nullo propter partiũ inhabilitatẽ. 9. limita. niſi confeſsio eſſet facta per torturam nõ præcedentibus indicijs. alias limitationes uideas per te, ſed Mar. uidetur tenere contra octauam limitationẽ in d §. diuus Antoninus. & etiam uidetur tenere contra nonam limitationem, unde per eum nos autem dicamus intelligi prędictam concluſionem cõcurrentibus om-

66 nibus prædictis requiſitis. † Secundo operatur alium mirabilem effectum, ut ſi quis confeſſus ſponte, & cõdemnatus ex dicta confeſſione appellauerit, iudex a quo nõ tenetur deferre appellationem, ſed ſuam ſnĩam mandare executioni poteſt, appellationem nõ obſtante, ut eſt tex. & ibi not. Ioan. And. in c. Romana §. ſi autem poſt ſententiam lib. 6. & ſequitur Bal. in l. unica. C de confe 6. columna. uerſi. ſequitur uidere quando confeſſio. & in l. 1. colum. 11. C. ne ex delict. defuncto & Archid in d §. ſi autem, & Angelus in lege 2. C. quorũ appel. non recipia. in princip. & plene per Capel. Toloſa. deciſio. 177 & per eundem Bald. in d. l. 2. C. quo appel. non recipia. 2. col. uerſi. quæro, utrum in pecuniarijs cauſis prædicta tamen proceditur, & ſane intelligi debent, ubi confeſſus appellat, & nullam cauſam obfuſcantem ſuam confeſſionẽ, & per conſequens condemnationem, allegat alias ſi allegat erroneã ſuam confeſſionem, uel aliter contra eam dicit, admittitur appellatio. item procedũt, niſi facta appellatione ſit inhibitũ per ſuperiorem, quia ſtãte inhibitione, nõ poteſt procedi ad exequutionem item procedũt ubi iudex a quo, nõ detulerit appellationi, & eam admiſerit alias ſi admiſerit ſtatim iuriſdictio eſt deuoluta ad ſuperiorem. item procedunt, ubi, non ſteterit per 30. dies ad dandum apoſtolos inſtãter petitos: nã ex tunc caret omni iuriſdictiõe, ut d. cit Bal. in d. l. pri. C. de conceſ. iudex uerò ad quẽ, tenetur appellationem admittere, & interim examinare, an ſubſit iuſta cauſa appellandi, & impedire exequutionẽ. ſed iudex a quo, ut ſupra dictum eſt, non tenetur admittere, ſi in appellatione non fuit allegata cauſa, ut habetur plenè per ſup. alle-

67 gatos docto. † Tertio operatur alium effectum, cum non obſtante, quod perempta ſit inſtantia nihilominus poteſt confeſſus cõdemnari, ſicut plene dixi ſupr. in requiſitis concernentibus qualitatem tempo-

68 ris. † Quarto operatur, nam licet confeſſio extorta per torturam indicijs non præcedentibus nõ ualeat, ut dicam in tertia parte, tamen confeſſio ſpontanea, etiã non præcedentibus indicijs, ualet & tenet ut eſt tex. & ibi not. in cap. 1. de accu. libro 6. & nota. Petr. de Ancha. in cle. prima. de homi. & firmat Angel. de Are. in libro maleſi. in uerbo, fama publica in 5. colu.

69 verſic. aduertas tamen † Quinto operatur. nam ſi in una cauſa conſtat per cõfeſſionẽ alicuius producti in teſtem de crimine & eius inhabilitate, remouetur à promotione, ut dicit Abbas in c. cũ dilectus 4. char. verſicu. ex prędictis infertur ad aliam quęſtionem de ordi cogni. & refert & ſequitur Afflict. in deciſio. 361. incip. fuit lata

70 in 3. colum. mihi. † Sexto operatur, nam

confeſſus cum iuramento delictum, dicitē manifeſtus delinquēs: ut probatur in c. cū olim. ad fi. ibi manifeſtam, quæ vel per cō feſſionem. extra de verbo. ſigni. & in cap. fina. ibi ſuper confeſſionem factam. extra de cohabi. cler. & mulier. & eſt tex. in c. ſuper quibuſdam. in princ. de verbo. ſignifi. & not. gloſ. in cap. 1. in uerbo manifeſtos. de uſur. lib 6. & Spec. in tit. de noto. cri. §. iam de notorio. uerſicu. notorium iuris & no. per Feder. de Sen. conſil. 8. & conſil. 6. & no. per doct. in cap. ad noſtram. extra de iureiur. & in c. cum diœceſi. extra de uſur. & per glo. & doct. 2. q. 1. de manifeſt. & per Bar. in l. 3. ff. de uſur. & per do. Laurent. de Rodul. in tracta de uſur. q 87. & per Cœ-
71 pol. in conſi 58. num. 10. † Item ſeptimò operatur, nam licet tertius poſſit appellare pro cōdemnato capitaliter, etiam ipſo inuito, ut habetur in l. non tātum. ff. de appel. tamen iſtud fallit, quando talis reus, cōdemnatus, ſponte cōfeſſus ſit crimē, & iu cōfeſſione perſeuerauit, quia túc nō poterit appellare ſecundum Baldum poſt gl. in lictus fuſtium. in fin. ff. de his qni nota. infa. & in l. 1. §. cùm urbem. ultima colum. de offi. præfect. urb. & Angel. in l. ſecunda. C. quo appel. non re. & Feli. in capitu. cum ſuper in princip. de re iudi. & habetur per Mar. in l. 1. § diuus Antoninus. 4. colum.
72 ff. de queſtio. † Octauo operatur, nā licet reus criminis regulariter non poſſit renūtiare ſuis defenſionib. uel termino defenſionis: ut habetur per glo. & doct. in l. pactum inter hæredem. ff. de pact. & habetur per Iaſonem in l. iubemus. 2. colum. C. de iudi. & Par. de Pu. in libro ſyndi. char. 30. in 4. colum. in cap. incip. an poteſtas, quæ miſit. tamen hoc non procedit in ſponte cōfeſſo. quia poteſt renuntiare defenſionibus: & talis renuntiatio ualet, & tenet, ſecundum Bal. in l. accuſationis prima col. C. de accuſat. & l. 1. 23. colum uerſic. ſuper quinto. C. qui accuſa. non poſſ. & habetur per Marſi. in l. unius. § cognitarum. 12. colum. uerſic. fallit tamen iſta cōcluſio. ff. de
73 quæſt. † Nonò operatur, nam licet reus ſit fideiuſſionibus relauandus, quādo ueniret imponēda pęna pecuniaria, tamē hoc nō procedit, ſi ſponte confeſſus eſt delictū quia tunc nō relaxatur ſub fideiuſſoribus ſecundum Bald. in l. nullus. C. de exhiben. re. & ſequitur Ang. de Ari. in addi. ad tra. Ang. de Bre. in uerbo, pro quibus Anton. fideiuſſit. in pri. addit. & idem dixit idem Ange. in libro male. in uerbo, fama publica in 9 char. uer. decimò quæro, & habetur per Marſi. in d §. cognitarum. 13. col.
74 † Decimo operatur, nam licet confeſſus coram iudice incompetenti uigore illius confeſſionis, nō poſſit condemnari, tamē eſt tantæ potentiæ, ꝙ eius uigore pōt cogi ad perſiſtendum in dictā cōfeſſione coram iudice competenti ſecundum Angel. in l. 1. in fi. C. de confe. ubi agitur ad eundem effectum, ut intelligit Capiti. deciſi. 179. nume. 5. cum ſequen. & habetur per Afflict. in cōſtit. ſi damna clandeſtina. no no not. in quatta quæſtione. & Ange. Are. in libro male. in uerbo, comparēt dicti in quiſiti & confitentur totum. uerſi. & tene-
75 menti. † Vndecimò operatur alium effectum. nam per confeſſionem ſpontaneā, factam in iudicio, inducitur notorium, ut dicit Andr. & ſequitur Afflict. in conſtit. ſi damna clādeſtina. in nono no. & probatur in ca. ueſtimenta, de coha. cler. & mulier.
76 † Duodecimo operatur, quia habet uim rei iudicatæ ſecundum Philip. Corn con-
77 ſil. 250. incip. uiſa. in 3. lib. † Decimo tertiò operatur, quia eſt pleniſſima probatio ſecundum Philip. Cor. conſi. 261. incip. de
78 duodus. 4 lib † Decimoquartò operatur mirabilem effectum in fauorem inquiſiti. nam ſi quis confitetur ſe non fuiſſe vulneratum a Titio non poterit Titius torqueri ex indicijs exiſtentibus contra eū: quia habet iudicium innocentię pro ſe, ſecundum Alex. de Imo. coſi. primo. 3. lib. allegat Bal. in l. 1. ultima colum. uerſ. pone teſtator. C. communia de leg. allegat l. Paulus. §. 1. ff. de bon. quę libe. & firmat Afflic. in conſtitutione. terminum uitę. 8 q. uerſ.
79 quibus adde. † Decimoquintò operatur, nā fecit tranſire actionem cōtra hęredes conuenti, & ideo ſi quis confeſſus fuerum mox moriatur, eius hæredes poterunt conueniri ad rei reſtitutionem, ut dicit not. Specu. in ritu. de interrog. §. 2. uerſ. quid ſi is, qui confeſſus eſt num. 5. & in tit. de accuſa. §. primo. uerſi. quid ſi latro. & ibi plenè Ioan. And. in addi. & habetur plenè ꝑ Baldum in l. prima. C. ex delict defun. columna ſecunda. in fi. uerſic. ſed hic dubitatur.

tur.ubi idem dicit,quādo pro crimine cō-
feſſato ueniret imponenda pœna publica
tionis bonorum,uide Angelum de Are.in
lib.maleſi.in uerbo, & ueſtem cœl. abſtu.
80 uerſiculo, quid ſi fur. confiteatur. Deci-
moſexto operatur,nam ſi adultera cōfite-
tur, ſe ante coitum contraxiſſe matrimo-
nium cum adultero,dicta cōfeſſio liberat
eos a pœna,& legitimat prolem. ut eſt gl.
ſing. in l. penul. C. de fideiuſ. & ſequitur
Bal.in l.eam quam, ſeptima colum. uerſi.
attende tamen.C.de fideicommiſ.& in di-
cta l.penul.& ibi Docto tamen idem Bal.
in l.quinque.6 col.uerſi. ulterius uides. C.
de furt.dicit,ꝙ mulier hoc confitēs eſt tor
quēda,& torqueri debet. & idem Bal in l.
1.C.de col.deteg. dicit prædicta uera, ubi
qualitas perſonarū hoc ſuadet, & indicia
concurrunt, alias ſecus.& uide ibi And.
Barb.in addi. & primum dictum ſequitur
idem Bal.in l.unica.8.col.uerſ.quæro,fuit
quæſtio.C.de confe.adde.Bart.Cep.caute.
83. & 84. adde Angel. Aret. in uerbo, che
me hai adulterata la mia dōna uer. pone,
quòd quidam iuuenis & Afflic. in cōſtitu
tione ſi quis rapere in 5.quęſti.
81 Septimodecimo operatur ſingularem ef-
fectum:nam ſi quis confitetur crimen. de
quo aliàs ſecundum formam iuris,vel ſta
tutorum,non poteſt per inquiſitionem ꝓ
cedi,niſi ad querelam partis:nihilominus
ſtante confeſſione poteſt procedi,cum de
lictum fuit effectum notarium, & ſic non
eſt neceſſarius accuſator,ut in cap.euiden
tia.extra de accuſatione. & ibi not. & in l.
& quidem.C.de accuſat. & firmat Angel.
Are.in l.b.male.in uerbo, comparēt dicti
inquiſiti,& confitentur totum uer.quæro,
an confeſſus & fuit ita determinatum in
ſacro regio conſil. ut refert & teſtatur Af
flict.deciſio.176.incip.quædam mulier ui
dua & uide Panor.in cap.2.de.confeſ.col.
5.contrarium tenet Ang.in l.ſi filius.ff.de
inte.acti.per illum textum.
82 Decimooctauo operatur alium mirabi-
lem effectum nam cōfeſſus ſponte mitius
debet puniri,ut eſt gloſ.in capitul. ad hoc
uerſ.confeſſio,de ſimo.& 5.quęſt.1.in ſum
ma.& 2.q.1.in præmiſſis.uerſi.ſua ſponte.
facit.l 1.C.de tuto.uel cura. & Ioan. And.
in cap. qualiter & quando el 2.de accuſa.
Bart.Cep.in l.ſponſio.de uerbo. ſignifi. &
tenet Panor. in cap. per inquiſitionem. in
fin.extra de elec.uide Angel.in l.non ſolū
num.8 ff de procu. & firmat etiam Alber.
de Ro.in l.1.§.quæſtionem ff.de quæſtio.
83 nume. 3. Decimonono operatur, quia
confeſſio tollit præſumptionem iuris, &
de iure.ut nota.in auth.ſed iam neceſſe.C.
de do.ante nup.quod eſt uerum,niſi in cau
ſa matrimonij, in qua ſi mulier confitetur
contra copulam, nihilominus pręſumit
matrimonium copulatum.ca.ſuper eo.de
eo.qui cogno.conſan.uxor.ſuæ, & Barth.
84 Cæp.in caute.12. Vgeſimo operatur,quia
facit rem liquidam,& habetur pro ueritate.ſecundum bo. Pet. Philip. Cor. conſil.
10.incip.principale.in litera h.2.parte.
85 Vigeſimoprimo operatur, quia ſi fuerit
facta coram iudice incompetenti, nocet
hæredi ſi confeſſus moriatur, antequam
remittatur ad iudicem ſuum cōpetentem.
ſecundū Ang.in l.2.ff.de ui.bo.ra. & Flor.
in l.iudex.§.ſi dolo.ff.ad l.Aquil.Inno.in
ca.fi.in glo ſua, in uerbo, aſſeruit. de ſuc-
86 ceſſ.ab inteſt. Vigeſimoſecundo operat',
quia confeſſio in iudicio facta,non pręſu
mitur erronea,ſed uera ſecundum Dyn.in
regula,quod ſemel,de reg.iur. in 6.& Bal-
dus in addi.Spec.in tit.depoſitio.uer.con-
feſſio facta.Vigeſimotertio operatur,quia
quādo formatur inquiſitio contra ſponte
confeſſum , non requiritur, quòd pręce-
dat infamia.ſecūdum Ang.in l.ſi uacātia.
C.de bo.uac.lib.10.col.16.allegat.no.in c.
p.de accu.in 6.& refert.& ſequitur Mar.in
pra.cri.§ conſtante.nu.20.Vigeſimoquar
to operatur,quia licet corrumpens iudicē
puniatur,& perdat cauſam,hoc tamē non
procedit,ubi ſponte cōfitetur, quia ei par
citur.anthen.nouo iure.C de pœna iu.qui
ma.& eſt gl.in l.1.§.2.ff.de calum.Vigeſi-
moquinto operatur,quia licet cōſpirans,
vt fractis carceribus euadat, puniatur, ta-
mē ſi cōfitetur,& reualeat curiæ tractatū,
nō punit.l.in eo. ff de cuſ.reo. Vigeſimo-
ſexto operatur. nā licet nō poſſit imponi
pœna ordinaria clerico ꝓ delicto, quādo
proceditur per uiam inquiſitionis,ut in c.
inquiſitionis de accu.fallit tamen,ſi de cri
mine conſtaret per confeſſionem ſecun-
dum In.in c.qualiter.el. 2.de accuſa.ple-
ne per Io Ler.Hiſpa.in pra. cri. in uerbo,
87 confeſſionibus, proprij. Viſis iā tandem

requiſitis & effectibus iudicialis ſpõtaneę confeſſionis, ut ſequar promiſſum ordinē videamus de aliquib. quęſtionib. extrauagantibus, in materia & quidē primo quæro, an ſtāte ſtatuto, ꝙ pœna minoretur per confeſſionem, & augeatur per negationē, qualis bebeat eſſe confeſſio, ut ſic habeat locum præmium ſtatuti: Bald. in l. ea, quæ poſt Bartholum in ult. col. C. de condic. indeb. dicit, quòd debet eſſe ſimplex. & puta: & ſi circa ſubſtantiam qualitatem, circunſtātias, locum, uel tempus inueniatur negatio, non meretur prẽmium; ſed ſi negatio foret in aliquib. articulis & incidentib. ſeparatis a cauſa maleficij, nō per hoc perditur beneficium ſtatuti. exemplum, ſi ante confeſſionem dicitur, quòd locus nõ eſt de territorio, uel ſi confitens dicit ſe clericum, etiamſi non probatur de clericatu conſequitur beneficiū ſtatuti: uide Felin.
88 in c. de hoc. extrà de ſimo. Sed quid ſi cõfitetur vulnus, ſed negatur, ꝙ eſt mortale, an conſequatur beneficium ſtatuti? idem Bal. ibi dicit, ꝙ non cõſequitur. ſed quid ſi negat cicatricem remanſuram, an conſequatur prẽmium ibi Bal. putat, quòd ſic, eo. quia ſpectat ad iudicium medicorum.
89 Sed quid ſi primo cõfitetur demū negat, vel econtrà, an habeat beneficium ſtatuti? idem Bal. ubi ſupra, dicit ꝙ non; eo, quia requiritur perſeuerantia, & de multis alijs circa materiā iſtam uide per te do. Bal. ibi.
90 Secundò principaliter quæro, an confeſſio poſſit reuocari poſt latam ſnīam condemnatoriam. Bart. in l. non fatetur. dicit, quòd poteſt reuocari beneficio reſtitutionis in integrum, idem Bart. in l. error. C. de iur. & fa. igno. dicit, quòd poteſt reuocari, quando confeſſio facta eſt ad interrogationē aduerſarij, ſecus ſpõte. quia nõ poteſt reuocari. Bal. ibidem 1. col verſ. modò uenio ad ſecūdam regulā, dicit, quòd ſi eſt maior, nõ reſtituitur, & ſi eſt minor, reſtituitur. & uide ibi Alexā. & Panor. in ca. ex parte 9 col. de confeſſ. ſed quicquid ſit, procedunt prędicta in cõfeſſione in cauſis ciuilibus, ſecus tamē eſt in criminalibus. nam etiam poſt ſententiam confeſſio reuocatur prętextu erroris, & in cauſa appellationis admittitur ad probandum de errore, ut hr̄, ut dixi ſupra ſub nu. 92. & adde Angel. in l. ſi debitori. num. 7.
91 ff. de iudi. Tertiò principaliter quæro quid ſi teſtis in mortis articulo confitetur ſe falſum teſtimoniū tuliſſe, uel iudex ſe uenalem ſententiam, & contra iudex ſe uenalem ſententiam, & cõtra ius dediſſe, an eis ſit credendū? Bar. quem ſequitur Ang. in l. ſiquis in graui. § ſiquis moriens. dicit quòd non eſt eis credendum, ut noceat, alijs, puta producenti teſtem pro ſe, uel reportanti ſententiam in ſui fauorem, & plenè proſequitur Fran. Cur. conſ. 70. inci. circa primum. in princ. & plenè proſequitur Iaſ. in l. iuſiurādum § procurator. ff de iuiuran. num. 24 & conſuluit Auge. pro iſta parte. in cõſi. 306. incip. pactum eſt tale. penul. col. limitatur tamen præcedens dictū ut dicit Iaſ. niſi duo iudices, qui tulerunt ſnīam, fuerint cõcordes in mortis articulo, quòd uenalem tulerunt ſententiam, licet id non procedat in duobus teſtibus, & ſequitur pcedens principale dictum. in c. literas. de præſump. num. 2. & Bald. in authen. ſi dicatur. 2. colum. C. de teſt. & in l. generaliter & idem eſt in notario conficiēte falſum inſtrumentum, ſi confitetur falſum inſtrumentum fabricaſſe. ſecundum Spec. in tit. de inſtru. edi. §. poſtremo verſ.
92 ſed nunquid. Quartò quęro, an confeſsio infamet, ubi ſententia nõ infamat, nec infert infamiā Ang. in l. quid ergo. § ex cõpromiſſo. ff. de his. qui not. infa. dicit, ꝙ non. & idem firmat ibi glo. uide Bald. in l. ictus fuſtium. ff. de infam. & an cõfeſſio in actione famoſa infamet, Bal. in l. quoniā.
93 ff. de infa. nu 9. Quintò quęro, qd ſi quis in teſtamento cõfitetur, ſe eſſe vſurarium, an per hoc eius teſtamentū irritetur & annulletur? & quid, ſi ita fuerit in iudicio cõfeſſus? Bal. in l. unica. C. de confeſ. ult. col. uerſicu. remanet unum dubium. ubi dicit, quòd iſta confeſsio nõ obligat neque probat propter omnimodam eius incertitudinem, ſed in l. 1. § ſimiliq; modo. C. de Lat. liberta. tollen. §. 2. dicit, quòd ſiquis confitetur ſe vſurarium corpore, dicetur manifeſtus vſurarius: ſed primū dictū Bal. ſequitur Alex. in add. ad Bar. in l. 1. de fur. in addi. magna. in fin. dum allegat. Bal. in l. 1. de confeſ. & ſequitur Bal. in l. 1. 3. col. uerſ. quidā confeſſus fuit. C. de fal. cau. adiect.
94 leg. Sextò quęro, an confeſsio clerici uel epiſcopi accuſati de homicidio, ꝙ promi-

ſit

ſit decem, ne accuſetur de homicidio, noceat, ut poſſet deponi. Io. And. in cap. 1. de accu. in 6. nouella. dicit, quòd ſi fuit facta ante inſtitutam accuſationem, nõ nocet. & Alex. in l. eius, qui de iure fi. & per Bal.
95 in c. 1. §. iniuria. de pac. iura firma. Septimò quæro, an confeſſio ſurdi & muti in criminalibus noceat. Bald. in l. 1. 7. col. C. de confeſ. dicit, quòd nocet. vide omnino
96 Bal. ibi in contingentia facti. Octauo quæro, an confeſſio facta coram ſyndico denuntiante maleficium, noceat, vt ex ea poſſet dãnari? dicas, quod non nocet ad condemnandum, ſecundum Sal. in l. ea quidẽ 14. q. C. qui accuſ. non poſſ. & Ang. Aret. in lib. mal. in verbo, ad denuntiã. in 6. col.
97 Nonò quæro, an confeſſio procuratoris in criminalibus noceat principali; dicas, quòd non, nã non eſt uera confeſſio principalis, ſed ficta, vt dicit in Panor. in c. per inquiſitionem extra de elec. & ſic non nocet, & Bal. in add. Spec. in tit. de pro. 1. col. in fi. & vide in cle. 2. de proc. & tex. l. certè de precar. & Alex. poſt Bar. in l. creditor. §. iuſſus. ff. de appel. & in l. certum. §. ſed an. ff. de confe. & Panor. in c. 1. ut lit. non
98 conteſt. Decimò quæro, an confeſſio in criminalibus habeat exequutionẽ paratã, vt ſic ſiue ſentẽtia poſſit exequi? dicas, quod non, ſed expectatur ſententia, ſecundũ Iun. in c. quæſtẽti in gl. ſua in uerbo, quadrimeſtre. uer. in criminali. de offi. deleg. & Bart. in l. quoniam. ff. de infa. & Bal. in Margarita. in uerbo, confeſſio. uerſ. 3. ſecus eſt in ciuili. ſed And. in conſtit. pœnã corũ. decidit, quòd in delictis, in quibus poteſt procedi ſine accuſatore, poteſt ẽt ſine ſententia confeſſus mitti ad ſupplicium. & tunc iudex debet notificare delinquenti, quòd mittit eũ ad ſupplicium pro tali cauſa, vt poſſit de præcepto appellare. & uidi ſeruari per iudices ſuperiores 1 cogitare. vide Par. de Put. in lib. ſyndic. in verbo, tortura, verſicul. ſequitur quæſtio quotidiana. 2. col. vbi tenet contra Andr. de Iſer. & vide Gram. decif. 36. num. 57.
99 cum ſeq. Vndecimò quæro, quid ſi ſtat ſtatutum, prout eſt in regno hodie, quòd pro tertio furto, licet minimo, quis debeat mori, & confitetur, ſe feciſſe plura furta eodem loco, diuerſis tamen temporibus an debeat mori ex iſta confeſſione, quaſi plura furta fecerit. Bal. in auth. ſed nouo iure 3. col. verſ. item quid ſi confitetur. C. de ſeru. fugit. decidit, quòd ex quo illa verba, diuerſis tẽporibus ſunt obſcura (quia poteſt intelligi diuerſis temporibus continuatis, vt no. ff. de actio. & obli. l. nunquam actiones) & pro confitente interpretatur in mitiorem partẽ, niſi dicatur in confeſſione cum tpis interuallo, & ſic concludit, quòd non debet mori virtute dictæ confeſſionis. Boer. deciſ. 219. 2.
100 parte. Duodecimo quæro, quòd ſi fur confitetur ſe feciſſe plura furta diuerſis locis & temporibus, an virtute dictæ cõfeſſionis debeat condemnari Bald. in auth. ſed nouo iure. col. 3. verſ. ſed pone. C. de ſer. fugi. dicit, quòd non; quia cõfeſſio eſt generalis & incerta, cum non conſtet de rebus ſubtractis. & habetur per Ang. in l. certum in princ. ff de confe. & Pet. de Ancha. conſ. 22. & Gandi. in tit. de præſump. & indi. iudi. verſi. aliud etiam not. & ideo
101 dẽt conſtare de rebus ſubtractis. Decimotertio quæro, quòd ſi dantur capitula reo inquiſito de furto, & capitulatur eum eſſe publicum & inſignẽ latronem, & cõmiſiſſe vnum furtum, qui confitetur oĩa & ſingula in capitulo contenta, fuiſſe & eſſe uera, an noceat ad pęnã mortis, ſi furtum non eſt ultra vnciam? dicas, quod non, licet confiteatur ſe eſſe inſignem & publicũ latronẽ, ex quo conſtat contrariũ per eius depoſitionem, cum non conſtat, niſi de vno furto, ſecundum Ang. in conſ. in-
102 cip. proceditur per inquiſitionẽ. Decimoquarto quæro, an, & quãdo confeſsio ſocij criminis probet contra alios? circa cuius quæſtionis deciſionẽ oportet videre, an, & quando ſocius poſsit & debeat interrogari de ſocijs participibus, receptatoribus, & alijs Bar. in l. repe. §. 1. ff. de quæſt. diſtinguit, aut ſunt delicta, quę principaliter in offenſam alicuius cõmittuntur, & iſto caſu non põt interrogari, aut ſumus in delictis, quę principaliter in offenſam alicuius non cõmittunť, ut falſificare monetã, latrocinia cõmittere, & ſimilia, & iſto caſu interrogari põt, ut ibi per eum. Saly. in l. fin. C. de accuſ. aliter diſtinguit, & reiecta diſtinctione Bart. quã reprobat rationib. de quib. per eum, diſtinguit autẽ ſic, aut ſocius eſt ſeruilis conditionis, & tũc indi-

ſtincte

ſtincte interrogatur: aut liberæ conditionis: & tunc aut ſunt delicta, quæ non poſſunt committi ſine ſocijs, & tunc non eſt licita interrogatio, niſi delictum ſit cõtra ſalutem omnium, per l. fin C. de malc. & iſtam diſt. vr ſentire & ſequi Alex. in l repeti. ff. de quæſt. in addi. an quis ſit interrogandus de ſocijs, & eam refert & ſequitur Bertran, conſil. 32. 1. lib. fallit ſecundum Ang. de Aret. in lib. malef. in uerbo Sempronium mandatorem. 1. col. ver. & bene not. in crimine aſſaſſinij. Affli. in conſti. ſi damna clandeſtina, remittit ſe ad doctrinã Bar. & Alex. in d. l. repeti. 16 col. & aliter non dicit. & dicit ipſe, quòd in criminibus, in quibus licita eſt interrogatio de ſocijs, ſola confeſſio ſocij non facit ſufficiens indicium ad torturam, niſi alia præſumptio concurrat, uel aliud indicium, & dicit, ita ſe vidiſſe iudicari & practicari p ſapientes regni in crimine læſæ maieſt. licet l [illegible] r Ang. de mal in verbo, fama publi. verſ. 10. quæro. tamen opinio Affl. cõiter obſeruatur; vt dicit Gramma. conſ. 21. & vide pro hoc Par. de Put. in lib. ſyndic. in verbo, tortura verſ. an ſtetur dicto. & Marſ. in l. 1. diuus Antonius. 2. col. ver. ſed dubium. Blanc. in l. fi. num. 378. & Signor. conſi. 209 & Calca. conſil. 109. & Gram. conſ. 21. determinat, quòd extra caſus poſitos, per gl. in d. l. fi. C. de accuſ. ſocius non poteſt interrogari de ſocijs. & vr ſequi diſtinctionem Bar. in qua ſuprà Gram. ſimiliter conſ. 37. nu. 11. & conſ. .. nu. 5. & conſ. 70. nu. 7. & an ſocius criminis probet contra ſocium in furto, vide Gram. conſi. 59 vbi determinat quòd nõ; ſed in latrocinio ſic, & ſic ex prædictis habes, an confeſſio ſocij probet. nam in caſibus exceptuatis probat, quoad indiciũ, & licet in caſibus exceptuatis ſtetur dicto ſocij, vt ſuprà, id veruntamen tunc intelligitur, quando ipſe ſocius aliàs non eſt infamis ex alio delicto. Gram. conſil. 61. & plenè, an cõfeſſio ſocij criminis faciat indicium ad torturam, vide Marſ. in practi. cri § dilig. nter. nu. 59. & Boer. deciſ. 319 ſecunda parte. & Franc. Brun. in trac. de indi. & tor. 3. col. 1. partis. nu. 18. & ibi nu. 24. ponit modum interrogandi, nam dicit ipſe, ſi ad eſt præſumptio aliqua contra illum, de quo interrogatur quis, poteſt fieri interrogatio in ſpecie, aliàs ſecus, quia debet interrogari generaliter, adde Ludo. & Guido de Suzar. in tract. de indi. & tor. nu. 50. & vide Gramm. deciſ. 28 & ſciendum eſt, quòd etiam in criminibus exceptuatis, de quibus per glo. in l. fi. C de accuſ. confeſſio ſocij criminis, nõ eſt ſufficiens indicium ad torturam; vt dixit Alex. conſ. 475. incip. quoniam abunde. in fi. 1o. de Imol. c. 1. de confeſ. Marſil. ſing. 209. Gandi. in lib. malef. ſub rubr. de quæſtionib. 4. col. in princ. verſ. ſed quid ſi perſona. & do. Alex. conſi. 69 incip. viſa facti narratione. 2. lib. Franc. de Aret. in c. cum Pet. Manconella. 7. col. de accuſ. & adde, quòd in caſibus, in quibus creditur ſocio criminis, non creditur ei, niſi dictũ ſuum fecerit in tormentis. ita ſingulariter dixit Rapha. Fulg conſ. 173. incip. in cauſa inquiſitionis 1. col. ante fi. & Sal. in l. fi. col. ult. verſ. quæro nunc, an cum tormentis. C. de accuſ. & aduertendum eſt ſecundum Marſ. in pract § diligenter. num. 6. cum ſeq. quòd non creditur ſocio criminis, niſi iudex antequam ponat ipſum ad torturam, deferat iuramentum de veritate dicenda contra auxiliatores, fautores, participes, & receptatores. & nota vlterius, quòd ubi creditur ſocio criminis, id intelligitur, dummodo nõ ſit infamis ex alio delicto: vt notat Ang. in l. qui in iudicio. ff. de accuſ. ſequit Ant. Cor. in ſuis ſingularibus in verbo, integer & ita conſuluit Marſ. conſ. 74 4 col. 1. lib. & Gram. not. 34. nu. 9 & Gram. conſ. 21. per totum. & conſi. 38. & conſ l. 44 num. 1. & Affllict. in conſtitut. ſi damna clandeſtina. q. not. vltima, & quinta col. & Ang. de malefic. in uerbo, fama publica. colum. 4 & 5. ver. quæro, an participes. & ibi Augu. & Ber-
103 nar. in addi. Et adde, quòd ſi ſocius criminis alium nominat in ſocium non interrogatus, ſed ſponte, non facit eius confeſſio aliquam fidem, cum videtur ſuſpecta, ita, & quidem pulchre dixerunt Moder. Scne. in tract. de indi. & tortu. 3. char. 2 colum. verſicu. qualis autem ſit modus.
104 & Grammat. conſil. 21. num. 5. Et ultra ſciendum eſt, quòd ſocius criminis non debet interrogari de ſocio in materia furti. [illegible] ſecus ſit in latrocinio, conſuluit Gramma. conſilio 37. numero 14. Marſil. conſi.

conſil.22.colum.4.primo;uol.nec nec ob
ſtat doctri.Bar.in l.repeti.§.1.ff.de quæſt.
dedicit, in crimiue furti ſocius interro-
gatur,quia dicunt præfati doct. doctrinā
Barto.debere intelligi in latrocinio:ſecus
in furto,rō diuerſitatis eſt,quia latrociniū
communiter ſine ſocijs committi non po
teſt,cum latrones dicantur, qui in ſtratis
publicis aggrediuntur & diſrobant; fures
105 ueto,qui clam furanter.† Decimoquin-
to quæro, an ſi quis cōfitetur ſe occidiſſe
hominem cuius nomen ignoratur, poſſit
virtute dictæ confeſſionis dānari ad mor
tē. Bal.in l.ſi cum exceſſione, §. in hac,ff.
quod me.cau.dicit, quòd ſi conſtat de cor
pore mortuo,damnari poteſt & idem vo-
luit Bal.in l.data opera.col.12.uer.ſed qd
106 ſi teſtis.C.qui accuſa.nō poſſ.† Decimo
ſexto quæto, an confeſſio ſerui noceat do
mino,dic, ꝙ non, ut eſt tex.in l.1.§.ſi ſer-
ui quaſi.ff.de quæſtionibus,& ibi.doct.tñ
ſecus eſt confeſſione ſerui facta de ſe; qa
talis confeſſio præiudicat ſibi,& nocet ip
ſi dño;niſi ipſe dominus contrarium pro-
bet.ita dixit gl.in l.2.ī 2 gl.ff.ſi ex no.ca.
aga. qnam gloſſ. ibi ſummè commendar
Bar.& ſcriben.ibidem & Marſili. in d §.ſi
107 ſerui.quaſi.† Decimoſeptimo quæro,an
confeſſio facta per delinquentē, qui alias
tortus fuerat ante confeſſionem; irritet ꝑ
dictam torturam? dicas quòd non.ſecun-
dum Ang.in l.cum te.C.de his,quę ui me.
cau.ge.nu.29.uide Matheſi.in notabilibus
108 ſuis no.55.† Decimooctauo q̄ro, quod
ſi inquiritur cōtra aliquem de adulterio
commiſſo in perſonam alicuius mulieris
& confitet ſe cognouiſſe carnaliter ipſam
an uideatur confiteri illā eſſe uxorem que
relantis Bar.in l.ſi cui la.2.ff.de leg.1.di-
cit, quòd ſi confitetur ſimpliciter omnia
cōtenta in accuſatione ſeu inquiſitione
eſſe uera,tunc confeſſio refertur non ſolū
ad principale delictum,ſed ēt ad qualita-
tes facti aut cōfitetur ſimpliciter ſe cogno
uiſſe illam mulierem, & tunc vr confiteri
factum principale tm̄, & non qualitates,
& ibi ſequitur Bal.Ang.de Are.in lib.ma
le.in uerbo, comparent dicti inquiſiti &
confitentur totum,dicit contra opinionē
Bartol. in ſecundo caſu nonnullos docto
res tenere, & etiam ipſe contrarium deci-
dit,& dicit ita ſe conſuluiſſe, & ibi plene
habetur per Auguſtinum de Ari.& Berna
de Landri. in addi.qui poſt multa uidetur
qui opin.Ang. in dicto loco contra Barr.
109† Decimonono quęro,an confeſſio triū
latronum, & malefactorum ſigillatim ha
bita operetur: ut ex ea poſſit nominati cō
demnari,dicas quòd ſic,ut eſt tex.in c.fré
quēs,& ineffrenata, hoc tamen uerum eſt
ubi nominati per eos alias ſint leues perſo
næ,& infamaię,ut eſt tex.in c conſtitutio
nem diuæ memoriæ & an prædicta proce
dant qnando illi tres latrones ſunt infa-
mes ex alijs delictis? dicas,quòd ſic licet
aliud ſit, qñ opponuntur eis alij defectus
puta, minor ætas, & corrupiela, ut dicit
do.Pe.de Monteforte in d.c.frequens, &
ineffrenata, per totum. Adde quòd facta
eſt nouiter quædā regia prouiſio,ꝙ ſi tres
principales depoſuerint dē receptatione,
etiam quòd de diuerſis factis deponant,
110 poteſt ſubſequi condemnatio ex eis.† Vi
geſimo quęro,an confeſſus delictum dēat
liberari ſub fideiuſſoria cautione?dicas,ꝙ
non ut eſt tex.in conſti. humanitate & ꝙ
ſi reuocatur confeſſio & allegatur erronea
an interim donec probetur de errore, de-
beat liberari? Petrus de monte forte in di
cta conſtitu.humanitate,decidit,ꝙ debet
interim liberari, & intelligit ita demum
procedere diſpoſitionem illius tex.conſt.
humanitate. ſi perſeueratur in confeſſio-
ne tacita & expreſſa,alias ſi reuocat,dicit
111 ipſe.non procedere. † Vigeſſimoprimo
quæro,quòd ſi aliquis confitetur,ſe vulne
raſſe Titium.& ex vulnere ipſum deceſſiſ
ſe,cū conſtet deceſſiſſe ex malo regimine
& vulnus non fuiſſe mortale, an ex dicta
cōfeſſione debeat ad mortē dānari? dicas
quòd non,ut plene conſulit Signo.de Ho
me.in conſtitu.115.incipien.in ꝓceſſu fa-
cto contra Petrolum & conſil.163.incip.
factum ſic ſe habet.& eſt pulchrū conſiliū
112 in materia confeſſionum.† Vigeſimo ſe
cundo quæro,pone,commiſſum eſt furtū
& fiunt proclamationes, quòd quicunq;
reuelauerit furtum, parcetur ipſi, ſi eſt de
ſocijs,& quidā qui uere commiſit furtū,
reuelauit, ac ſe commiſiſſe confeſſus fuit
an ſtāte dicta ꝓclamatione poſſit cōdēna
ri ex illa confeſſione?dicas,quòd ſic,non
obſtāte pacto in dictis proclamationibus
facto,ut ſingula.dixit. Vale.de Bob.in l.ſi.
pro

pro fure. ff de condit.furti.& refert & ſequtur Hippol.de Mar.ſingula.177. inci.ma-
113 liti s hominū. † Vigeſimotertio quæro, an confeſſus poſſit obijcere de nullitate iudicij propter inhabilitatem & illegitimationem perſonarum querulantium,dicas,ꝙ ſic,ſecundum Bal.in l ſi C.de fidei, lib 2.col.& Felin.in c.qualiter & quando accuſatio,el.3.§ licet autem, numero 11. & Marſi. in leg. ſi quis,ff.de quæſtionibus
114 col.nume.8. † Vigeſimoquarto quæro, quòd ſi aliquis ſponte confeſſus reuocat ſuam confeſſionem,& non vult pſeuerare an iſto caſu cogi poſſit per torturam ad perſeuerandum; uide de hac q̄ſtione Marſil.pract.crim § quoniam. nume.18 uerſi. ulterius quæro,ubi habetur,quòd,1.c.Bal. in l. in bona fidei, 3. col.uerſi.item quæro,de confeſſione.C.de re.cre. & Alexā.in
115 l.vnius.§.1.ff.de qu. † Vigeſimoquinto quęro,quid ſi aliquis ſupplicatione dicit, ſe condemnatū, & ſupplicat pro gratia, an dicta confeſſio ſibi noceat?dic,ꝙ ſi per ſupplicatem probetur de ueritate, non nocebit erronica confeſſio eidē ſecundū Bal.in l.2.C.de erro.aduo. & ſequit Marſil.in l.qui ignorans, ff.de fal. nu. 3.alias
116 ei nocebit.† Vigeſimoſexto quæro,quid ſi aliquis confitetur cōmiſiſſe uſuras, an noceat confitenti,ut condemnetur?dicas quòd nō,ſecundum Bal.in conſ.93.incip. Bectonus de Couo.l.b.2.& plenius per Aymon.Craue.conſil.48.nu.7 in lib. niſi aliter appareat de ueritate uſuratū,& de con
117 tractibus uſurarijs. † Vigeſimoſeptimo quęro,quid de confitente ſe extorſiſſe vſuras,ſi tempore cōfeſſionis eſſet damnatus ad mortem, an fiſco noceat?Bal.cōſi.476. incip teſtamenta,lib 5.dicit quòd p̄iudicat fiſco,licet ſit ſeruus pęnæ,& teſtari nō poſſit, nec præſumit facta in fraudem, cū nemo præſumatur mori cum mēdacio & prędicta ſequitur cōſulēdo. Aymo.Crau. in cōſi 158.in 1.par. nu.8.& in cōſi.6.nu.
118 53.in ea.parte . † Vigeſimooctauo quæro,quid ſi aliquis ſpōte cōfeſſus eſt crimē, & tamen non conſtat de del.cto in genere commiſſo, an poſſit condemnari uirtute illius cōfeſſionis,uide Fran.Bru. in tracta.de indi.& tor.6.q.a partis prin.nu.11. contrarium poteſt attentari,& dici in cōfeſſione clericorum, quando non eſt tale delictum, pro quo deberent tradi curiæ ſeculari,quia etiam ſi nō cōſtat de delicto damnantur ſecūdum.Io. Bernar. Hiſp.in pr.cano in uerbo, cōfeſſionibus proprijs
119 † Vigeſimonono quæro ; pone , quòd quis inquiritur & impetitur tāquam mādator ordinatot & tractatoi homicidij,& is cōfitetur omnia cōtenta in inquiſitione eſſe uera,an ex tali cōfeſſione poſſit dānari ? dicas, quòd non ſecundum An. in cōſ. 22. quem refert & ſequitur Berna. de Landri.in addi. Ang. de Are. in lib.male. in uerbo, comparuerunt dicti inquiſiti,&
120 cōfitentur totum.† Trigeſimo quæro,ꝙ ſi aliquis dicat,uolo cōfiteri,an intelligatur cōfiteri?Bal.in l.vnica.C. de confe.diſtinguit & quo ad effectum noſtrum dicit
121 ꝙ nō videtur confiteri. † Trigeſimoprimo quæro pone, quòd quis commiſit furtum Romę, deinde cum re furtiua inuentus eſt in ciuitate Neap. & ibi captus confeſſus fuit furtū,an ibi poſſit puniri? Bal. in d.l.vnica.C.de cōfeſſi. 7.col.decidit,ꝙ ſic ita fuit decifum in ſacro regio conſilio ut teſtatur capi.decei. 104 incip. cauſa do-
122 mini comitis Montellæ.† Trigeſimoſecundo quęro;pone,quòd in medio duarū ciuitatum eſt locus quidam cōmunis inter aliquos dominos , & ibi commiſſum eſt delictum , coram quo iudice eſt faciēda cōfeſſio:ut ex ea cōfitens poſſit damnari?Bal.in d.l.unica, C.de cōfeſ.in 7.col in fine ponit rat onem,& decidit,quòd ſi poteſt apparere aliqua linea diſtinctiua territorij,ille iudex cognoſcit, cuius eſt territoriū,& ſi non poteſt apparere ille, qui p̄uenit, cognoſcit , & dicitur præuenire eo
123 ipſo,quòd citat ſecūdum eum.† Trigeſimotertio quæro, quid ſi clericus propter homicidium commiſſum per eū , captus ſit & cōfiteatūr ſe eſſe laicum puru,an hęc cōfeſſio ei noceat?Bar.in l.vnica.C de cō
124 fe 9 col.decidit, quòd non nocet † Trigeſimoquarto q̄ro , an cōfeſſio cōtra matrimonium noceat ad illud diſſoluendū. dicas,quòd non ſecundum Inn.in c.cū dil. cto de accuſ.& Bal. in Margarita uerſic. cōfeſſio.Specul.in titu.qui ma.accuſa.po. uer.ſi uero fallit ; quando probatio matrimonij fundatur in ſola cōfeſſione partis, & illa cōfeſſio eſt qualificata , ut plene p Ioann.Anton.de ſan. Gem.in c.tua nos de ſponſ.

123 ſponſ. Trigeſimoquinto quęro, pone, ꝙ quis confitetur inſtr̃m, quod eſt falſum, eſſe uerum, an poſſit poſtea per confitentem allegari falſum? dicas, quòd ſi eſt falſum, non obſtante cõfeſſione põt allegari falſum ut no. Bal. in l. alia. 2. col. uer. item addo dictum. C de ijs, qui ut indi.

124 Trigeſimoſexto quęro, an confeſſio cõiugis, in cuius fauorem lata eſt ſentẽt. a diuortij, ſufficiat ad retractãdum ipſam ſententiã: dicas, quòd nõ, ut eſt tex. in c. conſanguinei. & ibi Doct. de re iudica. vide Fel. in d. c. conſanguinei. de re iu. nume. 1.

125 Trigeſimoſeptimo quæro: pone, quis fuit fortudicatns nulliter, an ſi captus confiteatur ſponte delictum poſſit condemnari? dicas; quòd ſic. ſecundum Ang. in le. 5. ff de lib. & poſth. ubi tradit cautelam. &

126 ibi latè p Alc. Trigeſimooctauo; ecce, quis confitetur ſe feciſſe homicidium, ſed ad ſui defenſionẽ, & non dicit neceſſariã, an ſibi p̃iudicet? dicas, quòd præiudicat & uenit puniendus qa debuerat adiungere ad ſui defenſionem neceſſariam, ut tra-

127 dit Rom. ſin. 28. inci. accuſatus. Trigeſimonono quæro, an uideatur confiteri ille qui recepit literas ad ſe miſſas p aſſaſſinũ qualiter ad ſui inſtantiam commiſit homicidium, & quòd debeat mittere pecuniam uide Martheſi. in no. 22. inci. nota mirabilem modũ. & per Doc. in l. filiusfamilias.

128 ff. ad Macedo. Quadrageſimo quæro, an confeſſio poſſit declarari & exponi p cõfitentem: dicas, ꝙ ſic, ut eſt tex. in c. cũ dilecti. de accuſati. & ibi per Io. Abb. & Feli. & ſequitur Bal. in Margarita in uerbo, confeſſi. & idem Bal. in l. 1. §. item ſi uaſſallus. de contro. inueſti. 3. col. & Bal. in addi. Spe. in tit. depoſitio. 4. col. verſi. põt quis interpratari. & in l. 2. in fi. C. de cuſtod. reo. & in authen. cõtra. qui propriam. C. de nõ nu. pecu. pe. col. in fi. & Alex. in conſ 366. inci. uiſo proceſſu inquiſitionis formatæ contra Anto. ult. col. licet Betran. in repertorio in uerbo, confeſſio lo ultim. teneat contrarium per doct Barto. in l. Aurelius, § idem quæſijt. ff. de libera. legata uide Alcia. in tract. de præſumpt. 35. præſumptio. nu. 10. & Dec. conſ. 186. n 9 col. & conſilio

129 278. ultim. colum. Quadrageſimoprimo quęro, an confeſſio ſyndici probet delictum cõmiſſum p municipes, uel administratores ciuitatis, ut uideatur nocere ipſi ciuitati, uideatis Cor. in conſil. 224 in 4.

130 lib. nu. 7. cum ſeq. Quadrageſimo ſecũdò quęro, quòd ſi aliquis confeſſus fuit ſe commiſiſſe ſtuprum cum virgine tanquã ſua vxore, & ſic etiam cõfeſſa fuit mulier propter quod uir ille fuit abſolutus, modo mulier ſtuprata petit illũ ſtupratorẽ in virum, ille negat; quid iuris? uide Alber. de Roſ. in l. procurator. ff. de interroga. actio. ubi uidetur decidere in fauorem mulieris

131 uide eum. Quadrageſimotertiò quæro, nunquid ſi aliquis confitetur ſe fuiſſe abſolutum ab excommunicatione, uideatur confiteri ſe fuiſſe excommunicatũ, uel ſi quis inquiſitus & interrogatus de homicidio; dicat ſe fuiſſe indultatum, an uideat confiteri homicidium Barto. in l. dicẽ 2. colum. in fine. uer. ex his apparet. ff. de verbor. obligatio. & in l. 1. in fin. principij ff.

132 de nou. ope. nunt. dicit, ꝙ ſic. Quadrageſimoquartò quæro, nunquid confeſſio rei noceat tertio comparenti in iudicio ꝓ ſuo intereſſe ad ſui defenſionem Bart. in l. ſi pro luſorio. §. 1. 2. colu. uerſ. quæro, quid ſi ille primus. ff. de appella. & Par. de Pu. in lib. ſynd: c. in uerbo, robbaria dicunt quòd non nocet, uide Fel. in capit. cauſam quæ

133 de teſt. nu. 23. Et an tettius comparens ꝓ ſuo intereſſe, in criminali, debeat audiri? dicas quòd ſic: ut conſuluit Aymon. Crauet. in conſil. quinquageſimooctauo,

134 in princip. incipien. accuſatur. Quadrageſimoquintò quæro, an cõfeſſio facta p iram noceat? dicas, quòd non. ſecundum gl. ſingul in cap. ex literis. extra de diuor. & ſequitur Romanus ſingul. 108. incipien.

135 uolo commentari. Quadrageſimoſexto quæro, an iſtæ lamiæ & incantatrices vulgariter dictæ fattochiare, poſsint: ex ſola ſua confeſſione damnari, alijs nõ apparẽtibus? dicas, quòd ſic, ut habetur per do. Frã. Ponzini in tra. de lam. nu. 70. in 7. concl.

136 Quadrageſimoſeptimo quæro, quòd ſi aliquis cõfitetur ſe aliàs in iudicio abiuraſſe hæreſim in manibus alterius inquiſitoris, an ex noua confeſſione & repulſu poſſit dici plene relapſus, ita, ut poſsit cõdemnari, & ſi non appareat de illa alia cõfeſſione. domi. Franciſ. Ponzini in tract. de lam. in uumero nonageſimoſecundo, uerſiculo ex quibus infert. dicit, quòd nõ

poteſt

poteſt condemnari; quia non apparet de prima confeſſione facta in manibus inquiſitoris. licet modo in 2. cōfeſſione, ipſum
137 dicat, alias ſe confeſſum. Quadrageſimooctauo quæro, an cōfitens hæreſim ex ſola confeſſione poſſit damnari, & dicas, φ ſic, ut dicit Bal. in l. ſi quis nō dicam rap. C. de epiſcopis & cleric. & dicit Franciſc. Ponzini in tract. de lam. nu. quinquageſimoſecundò uer. nec habet obſtare.

138 Quadrageſimonono quæro, quòd ſic cō feſſio fuerit incontinenti reuocata, an debeat probari de errore? dicas, φ gl. in c. fin. in uerbo, iuſta cauſa de interdi. in 6. & Iaſ. in l. error. 2. col. C. de iur. & fac. igno. tenent, φ non debet probari de errore qd limitat Alex. in conſ. 92 incip. uiſo & opportuno. col. fin. lib. 5. & conſ. 87. quouis. eo. lib. niſi fuiſſet redacta in ſcriptura. tūc enim debet probari de errore, ut habetur etiam per Alciat. in trac. de præſumptio. in præſumptio 21. nume. 3.

139 Quinquageſimo quæro, an confeſſio officialis publici, ut puta ærarij theſaurarij & receptoris fiſcalis noceat fiſco. dicas φ ſic, ſi eſt diues, ſecus, ſi pauper. ſecundū Bal. poſt gl. in l. in contractibus §. ſed quoniam. C. de non num. pecu. in primo ver-
140 ſic. quæro, an confeſſio. Quinquageſimoprimo quæro, an cōfeſſio facta in cauſa ciuili, præiudicet in cauſa criminali. In noc. in capi. per inquiſitionē. de electio. dicit, quod ſic, quia contra confeſſionem propriam nihil poteſt obijci. capitulo per tuas de probatio. contrarium ſentit gloſſ. in ca. expetentibus. l. diſtin. & facit, quòd not. Bar. in l. ſi cōfeſſus. ff. de cuſto. reo. Feli. in c. qualiter. el 2. nu. 47 plenè tāgit, & tandem dicit, quòd tunc nocet, quādo eſt facta coram iudice competenti, orta iam ſuſpitione aut infamia: itē, quādo ſumus in eodem iudicio inter eaſdem perſonas, ſecus, ſi in alio iudicio item, quando eſſet uera confeſſio; ſecus, ſi ficta ſecundū Bal. in ſecūda, vltima col. C. de edēdo itē, quādo confeſſio ficta, facta eſſet per principalem. ſecus, ſi per procuratorem, unde eum in
141 in dicto loco. Quinquageſimoſecundo quæro, an confeſſio facta præmiſſa negatiua, ſit ſufficiens ad cōdemnandum (ut ſi dicam, nego me commiſiſſe homicidium & ſi conſtiterit me commiſiſſe, dico me feciſſe ad mei defenſionem) dicas, φ non gloſ. eſt nota. in l. ſi quidem. in principio. C. de excep. & ibi not. Bal. & ſequitur Iaſ.
144 in §. item ſi quis. inſti. de actio. Quinquageſimotertiò quæro, ecce quia accuſauit iudicem de corruptela, quia ipſi pecuniam dedit, & nō probauit, ſi iudex ſit ad ſolutū, an huic poſſit ex ſua confeſſione damnari? Bal. in authē. ſed nouo iure. C de ſe fu. concludit, quòd non, quia iſta confeſſio fuit facta, ad alium finem, & firmat Par. de Pu. in lib. ſynd. in uerbo, corruptio.

145 Quinquageſimoquartò quæro, an ſoluens aliquid curiæ per uiam compoſitionis, uideatur fateri delictū. unde Paris de Put. in lib. ſyndic. in uerbo compoſitio uer. ſic in officialis epiſcopi. ubi videtur concludere, quòd nō, ſi eſt illicita ſolutio, uide Bal. in l. ea quę. ultima col. uer. ſed quid ſi non vult negare. C. de condi. ind. & Paul. de Caſtro. conſ. 210. incipiē. notandum, quòd in fi. & quid de ſoluente aliquid animo euitādi inquiſitionem criminis, an inducatur confeſſio. uide Paul. de Caſtro in conſ. præalle. 210. notandū, quòd adulterium. in fine uide Pau. Grilla in tracta. de rela. carce. 4. q. & quo ordine, & quomodo debeat fieri, ut non infamet. per eundem
146 ibi. ubi dat pulchrum modum. Quinquageſimoquinto quæro, an cōfeſſio mulieris aſſerentis & confitentis ſe uirginem valeat? dicas quòd ſi non eſt contra matrimonium, ualeat & tenet, ſecūdum do. Anto. & Hoſt. in c. atteſtationis. extra de deſponſa. impu. & eam poteſt quandocunque reuocare tāquam erroneam & indeliberatam, etiam non docto a iter de errore quia ſatis eſt, quòd confeſſio emanauit in materia, in qua falli potuit, cum interueniente nixu copulæ poteſt falli, an corruptio interuenerit, an nō, & ſic an permāſerit uirgo, & ſic habetis limitationem ad ea, quæ dicuntur in cap. fi. de conf. & in l. error. C. de iu. & fa. igno. dum ibi dicitur quòd confeſſio emanata in iudicio nō poteſt reuocari, niſi doctō de errore. quia procedunt prædicta; niſi confeſſio emanet in materia tali, in qua fallit poteſt confitens. quia tunc poteſt reuocari indiſtinctè, niſi emanaſſet dicta confeſſio deliberatè. ſecūdum d. Anto. & Ioan. Anto. de ſan. Geor. in cap. atteſtationes. extra de ſponſa. impub.

Quin-

147 †Quinquageſimoſextò quæro, an clerici cōfitentes delictum abſq; accuſatore puniatur, dic, quòd ſic, ſecundum Hoſtien. in cap. 2. de confeſ. ſequitur Io. Ber. in pra. crimin. cano. in verbo, confeſſionibus pro 148 prijs. † Quinquageſimoſeptimo quæro, an ex confeſſione clerici poſſit argui, quòd ſit incorrigibilis, dicas, quòd ſic, ex modo confitendi delictum, dicendo talia verba, per quæ apparet non ſolùm non pœnitere de delicto, ſed dolere quod delictum non fuit perfectè conſummatum, vt fuerat attentatum, & ſicut intenderat committere, ſecundum Cardi. in quodam conſi vt refert Fel. in cap. Rodulfus. 25. col. de reſcrip. & Io. Bern. in practi. crim. cano. in uerb. data incorrigibilitate.

SECVNDA PARS
tertiæ partis.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio extraiudicialis probatur per duos teſtes.*
2 *Teſtes deponentes de confeſſione extraiudiciali, debent eſſe conteſtes.*
3 *Argumentum de ciuili ad criminale, ualidum eſt.*
4 *Confeſſio extraiudicialis debet roborari cauſa.*
5 *Veriſimilis debet eſſe confeſſio extraiudicialis.*
6 *Indicia ad torturam debent eſſe veriſimilia.*
7 *Confeſſio extraiudicialis debet eſſe probabilis & poſſibilis.*
8 *Indicium eſt demonſtratio ad detegendam veritatem.*
9 *Confeſſio extraiudicialis non debet extorqueri per metum.*
10 *Confeſſio extraiudicialis non debet emanari per iram.*
11 *Teſtes deponentes confeſſionem extraiudicialem debent examinari per iudicem.*
12 *Teſtes debent examinari parte citata ad videndum iuramenta eorum.*
13 *Teſtes deponentes confeſſionem extraiudicialem debent dicere, quo tempore.*
14 *Confeſſio extraiudicialis debet probari per teſtes, qui examinari debuerunt,*
15 *Teſtes deponentes de confeſſione extraiudiciali, debent deponere cum iuramento.*
16 *Teſtes ſuper confeſſione extraiudiciali, debent principaliter deponere ſuper ea.*
17 *Confeſſio extraiudicialis, requiritur quod non ſit eliſa ex contrarijs probationibus.*
18 *Sentētia contra confeſſionem extraiudicialem, quid operetur.*
19 *Delinquente uero apparente, non operatur confeſſio extraiudicialis.*
20 *Reuocata confeſſione extraiudiciali quid operetur.*
21 *Confeſſio extraiudicialis debet eſſe certa, & clara.*
22 *Confeſſio extraiudicialis eſt ſufficiens indicium ad torturam.*
23 *Pœna extraordinaria poteſt imponi ex confeſſione extraiudiciali.*
24 *Carcerari poteſt quis ex confeſſione extraiudiciali.*
25 *Confitens extraiudicialiter poteſt priuari beneficijs.*
26 *Confeſſio extraiudicialis aliquando plenè probat nu. 37. & 38.*
27 *Animus probatur ex confeſſione extraiudiciali.*
28 *Minor ſine curatore poteſt extraiudicialiter confiteri.*
29 *Confeſſio extraiudicialis facit, vt non requiratur ratificatio dictorum in tormentis.*
30 *Teſtis extraiudicialiter confitens ſe ſcire factum, ſi id negat in iudicio, poteſt torqueri.*
31 *Confeſſio extraiudicialis quando plenè probet.*
32 *Confeſſio extraiudicialis teſtis accuſati de falſo, quando operetur contra ipſum.*
33 *Notorium dicitur maleficium ex confeſſione extraiudiciali.*
34 *Confeſſio extraiudicialis non infamat.*
35 *Confeſſio extraiudicialis accuſatoris prodeſt reo.*
36 *Confeſſio extraiudicialis dicitur probatio probata.*

IVDEX.

IVDEX.

SEquitur, ut videamus ſecundo loco de confeſſionibus extraiudicialibus, poſt quam vidimus de confeſſionibus iudicialibus ſpontaneis: & primo uideamus de requiſitis ad cōfeſſionem extraiudicialem.
1 † Et quidem requiritur primo, ut confeſſio extraiudicialis obſtet, ꝙ probetur per duos teſtes, cū ſit, indiciū remotum: in quo caſu duo teſtes requiruntur, ſecundum gl. in fin. C. fami. ercif. & ibi Bar. & idem Bar.
2 in l. fin. ff. de quæſtio. colum. fin. † Secundò requiritur, quòd teſtes deponentes de tali confeſſione extraiudiciali, ſint conteſtes de loco, tempore, & cauſa ſc eut.... ut in dicta gloſſ. & uoluit Baldus in l. 1. verſ. quemlibet actum C. de teſtibus. & Cynus in l. generaliter. C. de non numerata pecunia. & Innocētius. in capi. per tuas. extra de probationibus. & Alexander conſil. 18. primo lib. & in tantum eſt uerum iſtud, ut ſi unus teſtis deponat de una cōfeſſione facta in loco, alter in alio loco, uel alio tempore, non coniunguntur, & ſint ſingulares ut tenuit do. Ant. de But. in c. licet ex quadam penul. colum. verſi. & pro hoc deciditur quæſtio de teſtit. allegat Cyn. in l. 2. C. de conſuet. idem uoluit Anto. de But. in c. fin. antepenul. colu. de conſuet. & Alex. in conſ. 72. primo lib. 3. colum. & conſ. 67. 3. volum. incip. uiſo proceſſu, & plenè habetur per Afflict. deciſi. 64. incip. fuit deci
3 ſum. † Et licet prefati docto. loquantur in ciuilibus, tamen ualidum eſt argumentū de ciuili ad criminale. l. abſente. ff. de pæ. Iaſon in l. magiſtratibus. colum. 2. ff. de iuriſ. om. iu. quod adeò procedit, vt ſtatutū corrigens in cauſa ciuili porrigatur ad criminale. ſe. ſecūdum Are. in conſ. 109. col. 2. & plenè Aymon. Crauet conſ. 58. 1. lib.
4 incip. accuſator. † Tertio requiritur, quòd nedum quis extra iudicium cōfiteatur delictum, ſed confiteatur etiam cauſam, qua re ad delictū prorupit, vel aliter de ea conſtet. alias ſi cōfeſſio extraiudicialis ſit ſine cauſa, non operatur effectū, per ea, quę dixi in confeſsione ſpontanea, in requiſitis cōcernentibus ſubſtantiam & qualitatem cōfeſſionis, & propriè in materia extraiudicialis confeſsionis habetur per Cæpol. cōſ. 2. col. peu. & not. Bald. in l. clarum. C. de autho. præſta. & firmat Marcus Anto. Blanc. in repetitione. l. fi. ff. de quęſtio. nu. 207. ubi inter alia dicit, quòd talis confeſſio debet eſſe veriſimilis, & ſic, quod habeat cauſam præexiſtentem, in qua conſiſtat honor, utilitas, uel quid aliud ſimile.
5 † Quartò requiritur, quod dicta cōfeſsio extraiudicialis nedum ſit ueriſimilis reſpectu cauſę, vt ſupra dictum eſt, ſed etiam reſpectu loci temporis, & aliarum circunſtātiarum, vt probat optimis rationib. Marc. Anto. Blanc. in d. l. fin. nu. 208. in fin. & cōfirmatur per ea, quę dixi, ſupra in materia confeſsionis iudicialis. & ideo ſicut iudex debet modis omnibus uerificare cōfeſsionem iudicialem, ut poſsit peruenire ad cōdemnationem virtute ipſius, ita pari modo debet, in quātum pōt, verificare & reddere veriſimilem confeſsionem extraiudicialē, vt ex ea poſsit ad torturam peruenire, & non ita nimis proſpere & repētinè, habita dicta cōfeſsione, torquere, ut ali-
6 qui minus docti intelligunt. † Facit ꝓ prędictis quia in tortura debēt ꝓcedere verisimilia indicia, ex quibus obiecto crimine reo, per pręſumptionem culpę, animus iudicis informet. l. cōditionaliter. ff. de quæſtio. & l. milites §. oportet. & l. ſicut. C de fa. & Bar. ib dem. Item indicia debent eſſe legitima. l. 1. ff. de quæſt. & l. milites. C. eo. ti. facit optimè ad prædicta not. doctr. Bald. in l. nō hoc. C. unde cogn. in ſi dum ponit,
7 quid ſit indicium. † Requiritur quintò, quod cōfeſſio extraiudicialis, ut operetur effectū ſuum, ſit probabilis, in tantū, ut ſi quis extraiudicialiter confiteatur ſe occidiſſe hominem, debeat ſaltem per famam publicam cōſtare de corpore mortuo, uel ſi confiteatur ſe cōmiſiſſe furta, debeat cōſtare de rebus ſubtractis, ſicut dicimus de
8 cōfeſſione ſpōtanea, ut ſupra dixi. † Facit, quia iudicium eſt demonſtratio ſiue adminiculū ad detegendam ueritatē l. adulteri. adulterijs. & in l. ſolent de pleriſq. verbis & id, quod nō eſt poſsibile nec probabile, non poteſt detegere veritatem, nec poteſt eſſe adminiculū ad eam detegendā, & impoſsibile non obligat. ſecundum Speculator. in titulo, de aduocat. §. 3. verſi. ad euidentiam. & habetur in l. non dubium. C. de legib. & in l. apud Iulianum §. 1. ff. de legat.

gatis primo.& in l.cōtinnus.§.ſub hoc.ff. de verborum obligationibus adde Marſiliū in l.1.ff.de q.nu 62.cum.ſeq.† Requiritur ſexto, ꝙ talis confeſſio, extraiudicialis non extorta per metum, uel pcedentibus minis uel perſuaſionibus aduerſarij & ueri delinquentis, ut ſic ſe exonerare poſſet ab indicijs contra ſe exiſtentibus ſecūdum Par.de Put.in li.& ſyndi.in uerbo.Robaria & euenit in diebus meis in terra S.Seuerini, dum ibi abſiderem pro iudice in quodā maleficio, ut quidā, qui occidiſſet hoīem induceret quendam paupeiculū iuuenem ad confidēdum extra iudicium, ſe eſſe illo lū qui occidiſſet.† Requiritur ſeptimo, ꝙ his confeſſio extraiudicialis non ſit emanata per iracundiam, ſed ex propoſito, & non per laſciuiam, ſicut ſolet q̄nq; fieri inter amicos arg.no.per Ioan.de Imol.in c. fi. de confeſ. nam quod calore iracundiæ factum eſt, ad pœnām non eſt trahendum l.1.C.ſi quis impera.male.& Alex.conſ..81 in cauſa angelorum col. 2.ueſic. præterea uolum.2.& Hippol de Marſil.in practica § diligenter.nu 35 faciunt ad corroborationem præfatorum ea, quæ ſcribit Marſ. Ant.Blan.in repet.l.fin. ff de quæſtio. nu. 183.in uerbo, minæ.quòd quidem bonus iudex ex qualitate perſonæ & facti perpēdere poteſt & ex uerisimilitudinibus uel in uerisimilitudinibus, & ex alijs circun-

11 ſtantijs conſiderandis per eum.† Requiritur octauo, quòd teſtes deponentes de cōfeſſione extraiudiciali, ſint examinati per iudicem, & non per actuariū, uel alium examinatorem, nā in cauſis criminalibus iudex ipſe debet recipere & examinare teſtes, nec notarius poteſt hoc facere, niſi ex cauſa, ſine commiſſione iudicis, ut colligitur ex tex in Cle.prima de offic.delega.& ibi gl.& Bal.in rubrica.de contra.inueſti. 2.colum. & tenent gl.Bal. Paul.de Caſt.& alij in l.hac conſulti ſſima.§ ſi.uer.depoſitiones.C.de teſtament & Specul.per Mar-

12 ſil.in l prima nu.16 ff.de quæſtio.† Requiritur nono, ꝙ teſtes ipſi ſint examinati parte citata ad uidendum iuramenta teſtium, & ꝙ ſi facta conteſtatio litis ſecundum Ange.de Aret in lib.maleſi.in uerbo, fama publica.in 2.charta, uerſicu.quæro qualiter pro etur allegat Barr. hoc uolentem in l.fi.ff.de quæſtio.& uoluit Salyc.in l.ſi.C.co.ti.& Bald.in l.iubemus.in 3.col. uer.item dixi.C.de proba.& Ang.in repe. l.ſi vacantia.27.col.C de bo.vacan.lib. 10. & plene per Mar.in d.l.1.nu.7.1.col.& in proprijs terminus ita concludit Afflict.in conſti.humanitate iu 5.no.uerſ.item quęro.

13 † Requiritur decimo, ꝙ confeſſio taliter probetur, ut non ſolum dicatur, cōfeſſum eſſe aliquem, ſe occidiſſe, ſed etiā in ſuper, quo tempore, quo loco occiderit, cōfeſſum eſſe, ut dicit Bal.in l.bonæ fidei. C. de iureiuran.& latius per Fian. Bru. in tracta.de indi.& tor.in q.3.primæ partis,

14 nu.16.uer.aduerte tamen.† Requiritur vndecimo, ut confeſſio extraiudicialis nō ſit probata per teſtes, qui examinari non debuerunt nam in quibus caſibus examinati non faciunt indicium, in illis caſibus deponētes de confeſſione extraiudiciali, nō ꝓbant ad indicium inducendum, & ꝑ cōſequens cōfeſſio prędicta nihil operatur, ſunt autem non pauci, qui non debēt examinari propter reuerentiam, quæ debetur ab eis aliquibus perſonis, atque hi quidē nō faciunt indicium, ſi examinati fuerint ſecundum Bar.in l maritus, ff de quæſt.& probatur in l.1.§.diuus Antonius & § Antonius, ff.de quæſt. ſunt rurſum, qui propter ætatem non debent examinari, nam examinati non faciunt indicium plenum ſed qualequale, ut l.1.§. īpubes.ff. ad Syl. & not.gl.in l.talis, C.de his, qui.ut ind.ſecundum Bar.ibi, ſunt & tertij, qui non debent examinari, de quibus ad plenum per Bar.in d.l.maritus.& Bal.in l.cunctos populos C.de ſumma tri.& fid. cath. Bald.& Saly.in l.ſeruos, C.de teſti.Abba.in c.ex literis in princ.de tranſa.Mar.Ant.Blau.in repet.l.fi ff.de q.& nu.34 cum pluri.ſeq. Alex. cōſ 24 incip.animaduerſis in 2.col. in fin.ſecundo volum.Marſilius.in pract. §.d.ligenter.num.141. Fran.Bru.in tract. de indi.& tor.in q.1.primæ partis. nu. 11. cum ſeq.item non debent eſſe teſtes, qui patiuntur plures defectus, quia eo caſu ēt in ſubſidium non admittuntur, ut conſuluit Soc.in conſ.118.incipien.uiſis in ante pe.col.& Barba. in conſ. 65.incip.ſapienter.4.colum. in 4.uol. & Marſil.in conſil. 102.incip pauci ſunt prima colum. nu.11. & 12. & Grammar. conſil.35.numero 34.

15 † Item teſtes deponentes de cōfeſſione

nitur pœna mortis, ſi ad offendendū emi
ſerit. nam ſi conſtat de ictu, & non de dolo.
ſed adeſt extraiudicialis confeſsio, ꝙ ani
mo nocendi emiſit, puniē ad mortē ꝙ ip
ſum recolo aliás me dixiſſe in quodā ap-
28 paratu quē feci in dicta regia prag. Sexto
operatur aliū effectū, nā licet confeſsio iu
dicialis facta p minorē ſine curatore, non
teneat: tñ ſi minor confeſſus fuerit extra
iudicium, facit indicium ad torturam: &
operatur ſolitū effectū, licet fuerit facta
abſq; curatore, ſecundum Bal. in c. clarū.
C. de author. præſtanda. & refert & ſequiē
Franc. Brunus in trac. de indi. & tort. in 3.
char. in 3. col. ver. aliud indicium. & Hip.
de Marſ. in l. de minore in prin. num. 51.
29 ver. an hoc habeat locum. ff. de q. Septi-
mo operatur alium effectum, nam quum
confeſſio delicti in tormentis, egeat ratifi
catione & perſeuerantia aliisq; non no-
ceat fallit, id qñ vltimo confeſſioni in tor
mentis adeſt extraiudicialis, qm eo caſu
nō requiritur ratificatio. ſecundū Inn. in
c. at ſi clerici. extra de iud. & Fel. in c. olim
5. col. de præſcrip. & Pat. in verbo tortura.
lo 1. ver. quia ſæpe. & Ia. in l. magiſtratib.
ff. de iuriſd. omn. iudi. & Marſil. in prac §.
quoniam. ver quarto dixi ſupra & in ſing.
500. incip. ſponſalia de futuro. Alex. poſt
Bart. in l. capite quinto. ff. de adult. & per
Tho. Grammat. in conſ. 40. & Caire. in ſua
30 practica. in prin. num. 48. & 49. Octauò
operatur. nam ſi examinatur teſtis in iu-
dicio de aliquo facto, an faciat & inter-
fuit, & deponat quòd non, & conſtet ex-
traiudicialiter confeſſum fuiſſe ſe inter-
fuiſſe facto, & ſcire: iſto caſu ex tali extra-
iudiciali cōfeſſione pōt torqueri. per tex.
Lunius § teſtes. ff. de quęſt. & refert ſequi
tur Fran. Brun. in trac. de indi. & tort. in 4.
31 q. 2. partis. nu. 13. cum ſeq. Nono operatur
alium effectum, nā concurrentibus præ-
dictis requiſitis & concurrentibus veriſi-
milibus, puta: patris: præſentia, & cauſæ
expreſſio, & loci, nedū confeſſio extraiu-
dicialis facit indicium ad torturā, vt ſup.
dictum eſt; ſed etiam ſufficit ad plenam
probationem. vt præcisè cogi poſſit talis
confitens, vt perſeueret in tortura, vt con
demnetur. & hoc firmauit per multa iura
& authoritates Tinda. in trac. de teſti. var.
in 6. cap. & præcisè per tex. l. quarto. §. fin.
ff. de ædil. edi. & per tex. in d. l. capite quin
to & firmat & ſequitur Marſ. in l. de mi-
nore nu. 52 ff. de quæſtio adde Capit. in
deci. 179. & Fel. in c. olim 8. limit. extra
de reſcri. adde etiam, ꝙ quando in confeſ
ſione extraiudiciali interueniſſet iuramē
tum, tunc ēt præiudicat quò ad plenam
probationem: vt dicunt Bald. & Ang. in l.
gñaliter, vlt. col. C. de non nu. pec. Gram.
32 plenè in deciſ. 34. nu. 59. cum ſeq. Deci-
mò operatur alium effectum, nam quum
dicto teſtis extraiudicium non ſtetur con
tra tertium; & ſtetē dicto teſtis in iudi. fa-
cto potius q̄ extraiudicium, iſtud quidem
eſt verum; quę ad tertium præiudiciū ter
tij, ſed quoad ipſum teſtem accuſatum de
falſo, habet vim cōfeſſionis extraiudicia-
lis, & ſufficit ad inquirendum de falſo. &
ſi concurrunt veriſimilia. puta patris præ-
ſentis cauſæ expreſſio & loci, ſufficit ad
plenā probationē, vt poſſit de falſo puni-
ri; vt notabiliter & ſubtiliter proſequitur
Tin. in tra. de teſti. va. in c 7. & 8. tenuit &
conſuluit Alex. conſ. 113. inci. omiſſis nō
neceſſatijs, dico, in primo lib vbi dicit ex
33 tali confeſſione poſſe teſtē torqueri. Vn-
decimo operatur alium effectū ſecundū
Alber de Roſ. in l. quarto. ff. de ædil. edict.
quia facit maleficium eſſe notoriū; quod
dicit probari ex tex. c. conſeruatores, ext.
de offi. de leg. adde quod Fel. in c. olim de
reſer. in 4. fallen. nu. 6. videtur intelligere,
qñ talis confeſſio facta eſſet corā magna
34 multitudine perſonarum. Duodecimo
operatur alium effectum contrarium, qa
confeſſio extraiudicialis non infamat ſe-
cundū Albe. de Roſa in l. 1. C. de requi. re.
35 nu 6. Decimotertiò operatur aliū effe-
ctū, nā confeſſio extraiudicialis accuſato
ris vel inſtigatoris prodeſt reo & accuſa-
to ad abſolutionē, vt dicit Bal. in c. 1. col.
2. ff. de eo, per quē factū eſt & Ge. in ſing.
55. & pulchrè Lud. Roman. in conſ 67. in-
choan. Antoninus accuſatus. col. 2. uer. 6.
36 & tenet Boer. dec. 90. nu. 5. Decimoquar-
tò operatur. quia confeſſio licet extraiudi
cialis, dicaē probatio. ſecundum Ang. de
Aret. in §. omnium. 6. col. inſtit. de actio.
allegat Bald. in l. Deo nobis. poſt princ. C.
de epiſc. & cler. & Bar. in l. admonendi. ff.
de iureiuran. ſequitur Marſ. in conſi. 113.
37 nu. 22. in ſecundo libro. Decimoquintò

operatur. quia confeſſus extraiudicialiter
non dēt liberari ſub fideiuſſoria cautione
caſu, quo aliàs eſſet liberandus. ſecū ſum
Afflic. in conſtit. humanitate. in 1. in pri-
ma fallentia. & in quinro not. uerſ. ſed qd
37 eſſet confeſſus. Sed quæro, an confeſſus
extra iudicium bis poſsit ex ea confeſsio-
ne condemnari Bal. in l. cum ſcimus. C. de
agri. & cenſi. l. 11. quem referr & ſequitur
Ro. in l. nuda ratio. ff. de dona. Paul. de Ca.
in l. publici. in fi. ff. de po. & Fely. in ca. de
38 hoc nume. 3. de ſi renet, quò ſic. Secundo
quæro, an confeſsio extraiudicialis in p-
tinentibus ad ſalutē animæ, noceat & p̄-
iudicet plenè, dicas, quod ſic. ſecundum
Bal. in l. 1. 4. col C. de ſal. cau. adie. leg. quē
refert & ſequitur Fel. in c. de hoc. de ſimo.
nu. 4. exemplificando in ea, quia extra iu-
dicium confiretur, ſe eſſe vſurarium.

TERTIA PARS tertiæ partis.

SVMMARIVM.

1 *Indicia legitima debent præcedere confeſſionem extortam per torturam, nu. 2.*

3 *Iudex habens liberum arbitrium nō poteſt torqueri ſine indicijs.*

4 *Accuſatus nolens reſpondere poteſt torqueri.*

5 *Teſtis varius quando torqueatur ſine indicijs. vſque ad num. 7.*

7 *Cuſtos pecuniarum ſubtractarum an torqueretur ſine indicijs.*

8 *Contumax & bannitus abſq; alijs indicijs torqueri quando poſſit, uſque ad nu 32.*

9 *Inquiſitio non poteſt formari non præcedentibus indicijs.*

10 *Contumacia tunc demum facit indicium, ſi ritè & rectè proceſſit.*

11 *Tortura non poteſt inferri, non conſtito de delicto*

12 *Tortura non poteſt dari, niſi conſtet de offendente.*

13 *Accuſator non admittitur ad accuſandum, ſi non habet indicia.*

32 *Confeſſio extorta ſine indicijs, an conualidetur ipſis ſuperuenientibus.*

33 *Confeſſus poteſt interrogari de alijs delictis, de quibus non extant indicia.*

34 *Tortus an dicatur, qui parum fuit alciatus.*

35 *Confeſſio extorta per torturam abſq; indicijs, an conualidetur, ſi eſt uerificata per oculorum inſpectionem.*

36 *Confeſſio ex abrupto extorta coram uno iudice ſi fuerit reuocata coram, alio an ſufficiat ad condemnandum.*

37 *Confeſſio territi valet ſine indicijs.*

38 *Torqueri ſine indicijs in crimine læſæ maieſtatis an poſſit.*

39 *Lite conteſtata datur tortura.*

40 *Teſtes debent examinari parte citata ad uidendum iuramenta teſtium numero 41. 42. 43. 44. 45.*

46 *Teſtes an poſſint ſemper repeti.*

47 *Teſtes debent examinari per iudicem.*

48 *Minor an & quando torqueatur, & quomodo num. 49.*

50 *Appellatione interpoſita non poteſt ad torturā procedi.*

51 *Copia indiciorum debet dari torquendo.*

52 *Iudex debet recipere defenſiones reorum num. 52. vſque ad nu 57. & per totum.*

58 *Publicatio debet fieri, ſi petatur.*

59 *Repulſa eſt concedenda, & qualiter fiat. uſq; ad nu 63.*

63 *Citari debet inquiſitus ad diſcutiendum ſuper indicijs.*

64 *Tortura infertur in crimine, pro quo infertur pœna ultra relegationem. num. 56.*

66 *Cumulatio delictorum an fiat, ut ſic habeat locum tortura, ubi aliàs non haberet locum.*

67 *Torqueri an quis poteſt, ſi non eſt diffamatus, de alijs delictis.*

68 *Torqueri quis non poteſt ultra modum conſuetum. & nu. 69. & 70.*

71 *Torqueri quis non poteſt ultra tertiam vicem.*

72 *Accuſator debet petere, ut accuſatus torqueatur.*

73 *Torqueri quis non debet die feriato.*

74 *Interloquutoria debet ferri ſuper illatione torturæ.*

75 *Mulier prægnans non poteſt torqueri.*

76 *Suggeſtio non debet fieri torquendo.*

77 *Confeſſio extorta ab illis perſonis, quæ non poſſunt torqueri, eſt inualida.*

78 *Repeti quando quis poteſt in tortura.*

79 *Iudex torquens debet habere merum imperiū.*

80 *Confeſſio debet principaliter fieri, non incidenter. nu. 95. & quæ aliàs requiruntur. nu. 80.*

81 *Ratificari debet confeſſio facta in tortura. nu. 81. & per totum 83.*

84 *Reuocanti confeſſionem velut erroneam, debet dari terminus.*

Qualitas

85 *Qualitas non confeſſata debet probari.*
86 *Confitens ſe uenenaſſe aliquem, & inde illum mortuum eſſe, non ſibi præiudicat.*
87 *Terminus ad faciendum defenſiones, debet eſſe non ſuſpicatus.*
88 *Proceſſus debet eſſe ordinatus, ut confeſſio per torturam extorta, ualeat.*
89 *Confeſſus per torturam, dicitur ſponte cōfitens.*
90 *Confeſſio per torturam, eſt ualidior ſpontanea.*
91 *Teſtes reprobat a iure, cum tortura probant.*
92 *Teſtes uarius cum tortura probat.*
93 *Confeßio minoris in tortura, abſque curatore ualet.*
94 *Confeſſio in tortura, etiam reuocata probat ſemiplene.*
95 *Confeßio in tortura, dicitur uoluntaria.*
96 *Confeſſio in tortura coram competente, perſeuerata coram competenti, ualet.*
97 *Confeßus unum delictum in tortura poteſt de alijs interrogari, etiamſi non extant indicia.*
98 *Confeſsio reuocata concurrentibus alijs indicijs, nocet.*
99 *Confeſſus non appellat.*
100 *Confitens damnatur, ſi ex confeſsione.*
101 *Damnatus ad mortem ſi inſontem dicat nominatum per ſe, an proſit.*
102 *Confitens ſe non commiſiſſe delictum, ſed fuiſſe autorem ad illud committendum, an damnetur.*
103 *Socius raptoris quomodo puniatur.*
104 *Confitens ſponte delictum, & non perſeuerās an poſsit torqueri.*
105 *Torqueri an poſsit quis, ut manifeſtet mandantem.*
106 *Inquiſitus negans ſe commiſiſſe delictum, ſi poſtea conuictus dicat quidem ſe commiſiſſe, ſed feciſſe ad ſui defenſionem, an audiatur.*
107 *Torqueri an poſsit quis de libello infamatorio.*
108 *Torqueri an poſsit, qui noctis ædes cuiuſpiam lapidibus impetijt.*
109 *Tortus qui tertio confeſſus non ratificat, an iterum torqueatur.*
110 *Condemnari an poſsit ſi quis conuictus adhuc tamen neget.*
111 *Torturæ metus an æquiparetur torturæ.*
112 *Confeſsio qua dicatur extorta metu torturæ. num. 113.*
113 *Torqueri an poſsit confitens ſe combuſsiſſe ſcripturas.*
115 *Ratificatio an requiratur, ubi eſt plene probatum delictum.*
116 *Confitens delictum, quod uere conſtat ipſum commiſiſſe, quando puniatur.*

I V D E X.

TErtio loco uidendum reſtat de cōfeſ-
ſionibus extortis per tormēta, vel metu
tormentorū: & procedendo, vt procedere
inchoaui, primo loco videamus de
requiſitis ad iſtā confeſſionē per torturā
extortā, & quæ requirantur oīno, ut ſit efficax
ad cōdēnandū, ſecundo loco de effe-
1 ctib. ipſius confeſſionis. Primo ergo requiritur,
ꝙ cōfeſſionē ꝑ torturā extorta. ad
hoc, ut ex ea poſſit ſequi condēnatio, ſit
taliter extorta, ut legitima indicia, appareat
ꝓceſſiſſe, antequā deuentū ſit ad torturā,
alias nullius eſt valoris & momenti
ad condēnandū, ēt ſi ſit ratificata apud tribunal,
ita uoluit gl. in l. pe. ff. de q. quam
ſequunt Bar. & cōiter alij. & Ang. in l. 1. C.
de confeſ. & Gandi. in trac. male. ſub rub.
de quæſt. & tor. in 6. col. uerſ. itē pone qđ
quidam & Pet. de Anch. in cle. 1. de ho. &
Sal. in l. 1. vlt. col. C. de cuſt. reo. ꝑ id, quòd
hr̄ per Inn. & alios in c. 1. qđ met. cau. &
plene per Marſi. in l. 1. ff. de quæſt. nu. 24.
2 cū ſeq. Et intantum prædicta procedūt,
vt ēt habeant locū in crimine læſæ maieſtatis,
in quo iudex nō pōt reū ſubijcere
tormentis ſine indicijs. ſecundū tex. not.
& ibi gl. Cy. Bald. & Sal. in l. ſi quis alicui.
C. ad leg. Iul. ma. & voluit Ang. de Arc. in
lib. malef. in uerbo. che hai tradito la tua
patria. in primis uerbis. & hr̄e plene per
Mar. in repe. l. fi. de pro. & in l. minore. in
prin. ff. de quæſt. & Brun. in trac. de indic.
3 & tor. in 5. q. partis. nu. 6. cum ſeq. Item
procederent prædicta, ētſi iudex habeat
liberum arbitriū in criminalibus, qm̄ nec
tunc poterit torquere ſine indicijs, alias
teneretur in ſyndicatu ſecundum Paul. de
Elcaz. in c. granis, extra de depo. & Alex.
in l. filiusfamilias. in § apoſt. l. ff de dona.
& per conſequens ſi torqueretur quis in
prædictis caſibus, & cōfiteretur, cōfeſsio
4 illa erit inanis & uacua. Limitantur prędicta
quando inquiſitus nollet reſpōdere
inquiſitioni. quia tūc iuſſus reſpōdere, &
factis eidē debitis monitionibus, ſi eſt ꝑſens,
etiam nullis præcedentibus indicijs
torquebitur nō ad eruendā cōfeſsionem
ſed ad eruendam reſponſionem affirma-

tiuam vel negatiuam, vt ipſi melius videbitur. ſecundū Bal. in l. accuſationē. C. qui accuſ. non poſſ. in vlt. col. quem ſequitur Brun. in trac. de indi. & tor. in 5. q. 2. part. nu. 4. quorum doctrina approbata fuit in ſacro regio conſ. Neap. vt refert Capit in deciſ. 145. inchoāti, in cā cuiuſdā accuſati. quo caſu ſi ſequatur confeſſio, licet extorta videatʼ ſine ind cijs: tū effi. ax erit & ualida: quā quidem concluſionem ſane intelligo, vt procedat, qn̄ inquiſitus vel accuſatus interrogatus ſup facto ſubſtātiali videlicet an cōmiſit tale delictum, vel homicidiū, non vult rn̄dere, vel non dat rn̄ſum affirmatiuū uel negatiuū. non aūt intelligo qn̄ non rn̄det alijs interrogatorijs ſibi factis, concernentibus qualitates ſeu circunſtantia, & nō factū principale, & ita vnr innuere præfati docto. dum dicunt, qn̄ non reſpondet accuſationi ſeu inquiſitioni. intelligo ēt prædicta procedere, qn̄ conſtat delictū eſſe cōmiſſum in genere, ſed nou cōſtat de delinquēte, intelligo ēt prædicta procedere in his perſonis, quæ hēnt legitimā perſonā ſtandi in iudicio, aliàs ſi eſſet minor, vel alius, dēt interrogari & moneri, vt rn̄deat, dato ei curatore. itē prædicta procedunt, niſi forte habuerit aliquam legitimā cauſam non rn̄dendi, & eſt rō huius deciſionis ꝙ vr̄ contemnere iudicē, & efficitur contumax taliter, vt ratione illius contemptus & cōtumaciç poſſit cogi, vt certū rn̄deat, vt dicit Bart. in l. de ætate. §. qui tacuit. & § ſeq ff. de interrog. actio. aliàs cum ego practicaſſem iſtam limitationem tribus vicibus in terra ſancti Seuerini, fuit mihi oppoſitū, quód non poterat torqueri non reſpōdens interrogationibus iudicijs, ex quo inquiſitus non tenetʼ reſpondere poſitionibus curiæ criminoſis, & per conſequens nō poteſt dici inobediens, vt dicit Bal. in l. 1. C. quomodo & qn̄ iu. & in l. 2. §. quod obſeruari. C. de iur. calum. & in l. 2. C de eden. & ubiq; per doc. & qui hęc dicebat, erat magnus leguleius, ego autē dicebam ꝙ quidem uerum ſit quem non teneri reſpōdere poſitionibus datis a parte parti ad releuandum eum ab onere probādi, ſed interrogationib. iudicijs ex eius officio factis compelli reſpōdere & teneri. quia non interrogat ponendo, ſed inueſtigandi cā ueritatē, interrogando, qd̄ facere poteſt, ut dicit idem Bald. in d §. quòd obſeruari, & idem tenet Phil. Frāc. in c. 2. de confeſ. in 6 & melius Bal. in l. 2. C de exhi. re. & in l. ſi accuſatorib C de accu & Bar. in l. 4 § hoc autem iudicium. ff. de dam. infect & Albe. de Roſ. in d § qd̄ obſeruari, & eſt text. & ibi Bar. in l. de minore § plurimū quoq;. ff de quæſt. & in l. diuus. ff de cuſto. reo. & Archi. in § quòd dr̄. 22. q. 2. ubi dicit quòd reus a iudice interrogatus an deliquerit; rn̄dere tenetur veritatē, ētſi tractaretur de periculo mortis, ex quo per viā inſtitutā eſt interrogatus. & adde Abb. in c. cum ſuper de cōfeſ. ad fi. & Io. Bernard. in pract. canonica, in

5 verbo, promotor ſeu fiſcalis. Secundo limitantur prædicta vt procedant, qn̄ quis torquetur ad eruendā confeſſionē, cōtra ſe, ſecus, ſi torquetʼ ad eruendā cōfeſſionē contra aliū ut teſtis. quia eo caſu ēt non præcedētib. iudicijs torquetur, quod qn̄o procedat, dixi ſupra in verbo, item capiat

6 informationem. Sed ut poſſit torqueri teſtis, requiritur, ut cōuincatur, quòd interfuit, ut dixi ſuprà.

7 Tertiò limitantur prędicta, vt non procedant in cuſtodibus pecuniatū uel aliarum rerum furto ſubtractatū quia ut indicent, fures, ſine alijs indicijs torqueri poſſunt, & cōfeſſio eorum ualida erit ſecundū Bar. per illū text. in l. 1. in 4 not ff. de offi. præfe. uigi. & in l. 1. in fin. ff. de furt. ad nau. caupo. & ſta. & Io. de Imo. in conſ. 2. caſu propoſito & not. Bar. Veron. in conſ. 18. ſtatutū uicēve. col. pen. Ang. de Are. in lib. male. in uerbo, ueſtem cęleſtē col. 4 uer. & ēt tu iudex aduertas, quod dictū ſequitur Phil. Dec. in cōſ 473. & hoc eſt uerum, ſi uериſimiliter potuerūt habere notitiā, prout per Ang. & Ber. in

8 addit. ubi ſup. Quarto limitantur prædicta, ut non procedant in bannito & cōtumacę, qui ex ſolis bāno & cōtumacia nullis ꝑcedentibus indicijs torqueri poterit. & ſi tortus cōfitetur, eius cōfeſsio ualida erit. ſecundum Nicol. de Matta. & poſt eū Bal. in l. 1. in 3. col. C. de hære. inſtit. quos refert & ſequitʼ Fran. Brun. in trac. de indi. & tort. in 35. col. in prin. uer. addo alium caſum & Mar. in l. 1. ff de quæſtio. nu. 3. & Nicol. Boer. in deciſ. 163. nu. 5. in prima parte & Mar. in pract. crimi. §. diligenter

ego

ego autem ſemper dubitaui de iſta cōmuni cōcluſione doctorum,& adhuc dubito.
9 Inquiſitio porrò non poteſt formari nō præcedentibus indicijs,& formata aliter, non tenet,& ipſo iure eſt nulla ſecundum Fulg.in conſ. 207.inci.ſuper eo.2.3.col.& in conſ. 149.incip. in cauſa inquiſitionis formatæ poſt pri.& Cuman.in conſi. 135. incip.ad primum.poſt prin. de quo ēt per Marſ.in praxi.cri.§ conſtante.nu.33.ergo non poteſt citari ſuper inquiſitione nulla. & citato ſic aliquo,& facto cōtumace,cō-
10 tumacia non debet ſubeſſe. Nam contumacia & bānum faciunt tūc demum indicium ad torturam, qñ rite & rectè præceſſerūt omnia, & ſeruatis ſeruādis emanata ſunt,& quando emanata ſunt ſuper inquiſitione inualida, aliàs aūt non ſortiuntur effectum,cùm nulla & inualida nō ſint in conſideratione,& nullum operentur effectum,ut l.4.§ cōdemnatum.ff.de re iud l. non putauit.§. nō quæris.ff.de bo.poſ.cō tra tabu. & in proprijs terminis conſuluit
11 Mar.in conſ.119.nu.51.in 2.lib. Præterea ad torturam deueniri non pōt nō con ſtito de delicto.l.1.§ illud aūt.ff. ad Syll. & ibi Bar.& Tan.cie.de Cor.in cōpe. lua ī 17.q.Bar.& Lud.Rom.in l.fin.pen.col. ff. de quæſtio.& Bar.in l.1.ff.de teſta.& mili. & plenè Mar.praxi.cri.§.1 & in ꝓprijs ter minis de cōtumacia & banno ita arguit & firmat Boer.in deci ſup alle. nu.5. de quo
12 p Aym.Cra.in conſ.244.in 2.lib. Præterea nōne habemus ꝙ ad hoc, ut inquiſitio vali da formet, neceſſe eſt ꝙ cōſtet de offendē te,ſaltē p ſigna,ut,quia claudus cęcus, vel aliter,maximè,qñ ꝓceditur contra abſentem,ut in caſu nr̃o, ut plenè hr̃ per Marſ. in praxi.cri.in d.§.j.nu.17.nec cōſtare pōt niſi capiatur informa io,& ea.non poteſt informatio de offendente, quin probent indicia cōtra eum,& ſic non vr̃ poſſe dari caſum,in quo procedat cōcluſio ſupra for
13 mata. Præterea nonne habemus, quòd accuſator nō admittitur,ad accuſandum ſi nou habet probationes paratas? ſecūdum Spec.in tit.de aduo §. 2.uerſ. facta autem & in ti.de accuſa.§ 1.vſque ad uer.cum au tem & ſic,ſi nō admittitur accuſatio,mini mè cōceditur citatio contra accuſatorem, non exiſtentibus aliquibus indicijs cōtra eum, nec capta aliquali informatione,ex quibus omnib. apud me ſatis redditur dubitabilis prædicta communis cōcluſio doctorum,quam Boer.ubi ſuprà,dicebat.
14 In uno uerò caſu procedere opinionem & cōcluſionem ſupra firmatam admittendum eſt, quādo uidelicet captę ſunt informationes, & ipſis mediātibus proceſſum eſt ad faciēdum inquiſitum cōtumacem, & demum perditæ ſunt informationes, & remanſerunt contumacia, & bānum, quo caſu poteſt deueniri ad torturam ex ſolis
15 banno & contuma. Sed dicat quidquid velit Boer. pro ſaluatione communis con cluſionis ſupra formatæ,adhuc tamen remanent dubia præpoſita,& perditio infor mationis nō reddit validam contumaciā & bannum,vbi nō concurrentibus prædictis appareat inualida illi iudici, qui nūc habet torquere reum, quare ipſemet recedit à dicta ſaluatione,& iſto etiam caſu tenet & requirit examinationē teſtiū de nouo ſuper delicto,& debere audiri ipſū cō tumacem ſuper ipſis bāno & cōtumacia, & teſtibus de nouo examinādis.qui.1 ergo dicendum in iſta vtili & ſubtili quę.& ma
16 le explicata per doc. Ego ſane pro tenui facultate mea dicerem, firma remanente dicta communi concluſione, quòd ex ſolis contumacia & banno quis poſſit torqueri non præcedentibus alijs incidijs, pluri-
17 bus modis eſſe limitandam. Et primò limitatur,ut procedat quando conſtat delictum eſſe commiſſum in genere, per ſup.
18 allegata. Secundò limitatur prædicta cōcluſio,ut procedat,quādo rite & rectè pro ceſſerunt bannum & contumacia ſeruatis de iure ſeruandis & ſeruata conſuetudine loci, uel diſpoſitione ſtatuti,ita ut aliqua nullitas cōtumacię & bāni non poſſit impingi,quod eſt,quādo aliqua ex cauſa ci-
19 tatio eſt inualida. Quia vitiata citatione,nō tenet proceſſus in cōtumaciam factus ſecundum Bal.in auth.ſi omnes. C.ut ſ. ab hæ. abſti. Afflict.in conſti.c. cauſas.in 5.no.in fi.defectus enim citationis eſt defectus iuris naturalis, ut in cie. paſtoralis. de re. iu. & Alex. in l. iuſtè poſſidet. ff. de acq.poſ. & ideo actus iudiciales nulli,nul lum ꝓducunt effectū,ut dixit Bal.in l.1.C. ne ex deli.de.& ſic citatio minus legitimè facta,habetur pro nulla,dixit Bal.in l. pro perandum.§.& ſi quidem.2.col.C. de iud.

poſt Inno. quem ipſe allegat in c. preterea de dilatio. & ſic videndum eſt ante omnia, num ſeruata ſint oĩa requiſita per cõſt. citationis literæ, & edictorum. num alia requiſita & ſolennia ſeruata ſint in ipſis contumac a & bãno atq; hæc quidem circunſpectus iudex proſpicere debet, antequam ad torturam deueniat. debet ẽt conſiderari qualitas delicti, & an pro eo poſſit habere locũ tortura, an non. & an inquiſitio ſit valida, an inualida ex aliqua cã. per alleg.
20 per Mar. in conſ. ſup. alleg. 117. Tertiò limitatur ut procedat nõ ita indiſtinctè nõ præcedentib. indicijs, ſed ita demum, ſi cõſtat de delinquẽte per aliquas cõiecturas, & pſumptiones, licet nõ graues, & per aliqualẽ informationem, & licet nõ ſint plena & perfecta indicia, tamẽ ſint talia ut ex ijs animus iudicis meritò moueri poſſit ad expediẽdã citationem, & hoc ex ſuprà allegatis: ſed in hoc Affl. in conſti. pœnam eorum. in 12. not. uidetur tenere, ꝙ non ſit neceſſe, quod aliter conſtet de delicto, ſed ſufficiat, ut conſtet de contumacia & banno, ut quis poſſit forjudicari, & tantò quidem magis torqueri. & ſic ex dicto ipſius uidetur ſubſtineri poſſe precedẽs cõcluſio, ſed dicat quicquid velit Afflic. nos. alia ſequi docet ratio: quia ſi eius dictũ eſt uerũ, & debet intelligi, dummodò cõtumacia & bannitũ rite & rectè pceſſerint, nõ põt tamen eſſe, niſi concurrentib. prędictis, ut ſuprà latè diſſerui, ſi uero dicamus eius dictum non eſſe uerum, prout cõtra eum tenuit Iaſ. in l. oẽs populi. 12. col. ff. de iuſt. iu. quatenus dicit, ꝙ quis ex ſola cõtumacia nõ põt occidi, habemus intẽtũ noſtrũ.
21 Quartò limitatur, ut procedat facta litis cõteſtatione, & audito contumace in ſuis iuribus, & defenſionibus, ut ſenſit Boer. in deciſi. 163. nu. 5. in prima parte. & uoluit Carre. in praxi. cri. in repetitione l. obſeruare. C. quo. appe. ſed nõ obſeruant. iudices ſuperiores & uidetur velle Affli. in cõſti. pœnam eorum. in 3. notabil. in quantum vult, ꝙ cõtumax poteſt ſe defendere, & ẽt opponere, ꝙ accuſatio uel inquiſitio non procedit, uel probare ſuam innocentiam.
22 Quintò limitatur, ut non procedat, quã conſtat de innocentia contumacis & banniti. uel apparent indicia innocentiæ fortiora. nã ſicut alia indicia tolluntur p cõtraria indicia, & cõtrarias probationes, ita & bãnum, ut per Bal. in l. obſeruare curabis. C. quo appel. ibi in text. de viſo quem
23 ſequitur Carr. ubi ſup. Sextò limitatur, ut nõ procedat in clerico cõtumace & bãnito, cõtra quẽ nõ põt procedi ad torturã, ex quibuſuis indicijs, niſi aliàs ſit infamis ut tenet Abbas Antiquus in c. grauis. extra de depoſ. quem ſequitur Abb. Sic. in c. cũ in cõtẽplatione. de reg. iu. & plenè in pprijs terminis firmat Boer. in deciſio. ſup.
24 alleg. 163. Septimò limitatur, ut non procedat in contumace & bãnito intra duos menſes a die contumaciæ & bannito intra duos menſes a die contumaciæ & bãnitionis comparente, qui nec in bonis, nec in perſona offendi poteſt infra dictum tem-
25 pus. per tex. in conſti. clementię. Octauò limitatur, ut nõ procedat, quãdo cõparet ſpõte, prius impetrata ſecuritate ab eo iudice, coram quo cõparet, iuxta terminos
26 conſti. clementiæ. in 2. caſu. Nono limitatur, ut procedat, quando contumax & bannitus captus eſt ab eo iudice, qui eum contumacẽ & bannitum fecit, non autẽ ſi ab alio iudice captus eſt, & hoc ex doctri. Affli. in cõſti. humanitate. in 13. not. uerſ. ſed iuxta præmiſſa quæro. ubi ponit q̃ſtionem de eo, qui cõtumax eſt in una curia, & demum capitur ab alia, & affert tũ fideiuſſoriam cautionẽ de ſtando iuri, & petit ſe liberari, & ei opponitur, quòd nõ debet admitti, quia quòd cõtumax in alia curia, finaliter ipſe dicit diſtinguendo, quòd aut vna curia dependet ab alia, uel dependent ab eodem rege, ut eſt magna curia & iuſtitiatius regius, uel alius regius officialis, & tunc cõtumacia habet uires etiam in alia curia, ita, ut non habeat locum fideiuſſio, aut ſint diuerſæ curiæ omnino, & eo caſu contumacia non habet uires in alia curia, ut nõ admittatur ad oblatam fideiuſſoriã, cautionem. & ſic eo caſu minimè põt procedi ad torturam, qd eſt notandum, & ali-
27 bi non inueniens. Decimò limitatur, ut procedat in uero cõtumace. & ſic in citato pſonaliter, nõ autem in ficto contumace, & ſic in citato domi, ſecundum Grammat. in conſ. 45. nu 25. cum ſequen. ſed intelligerem hãc limitationem procedere de iure cõmuni, non autem de iure conſti. regni, ſecundũ quas cõſtitutiones non fit diſtinctio,

ctio,an quis ſit perſonaliter citatus, an domi,dummodo ſit citatus ſeruata forma cõſti.citationis literę, vt plenè, proſequitur Carte. in l. obſeruare curabis C. quo.appel.non recipiãt. nu. 59.uerſ.ſextus caſus.
28 † Vndecimo limitatur, ut non procedat, quando extat ſtylus uel ritus in curia, ꝙ non procedatur ad citationẽ,niſi capta in formatione,& conſtito,quia tunc ſi aliter erat contumacia eſſet nulla. & ex hoc infertur, ꝙ in magna curia vicaria,ubi eſt talis ritus,præcedens cõcluſio doc.omnino nõ procederet quia cum in aliquo actu requirit aliqua qualitas, neceſſe eſt, prius đ ipſa qualitate ut conſtet, ut dicit An.in l. §.ſi quis neget. ff quemadmo.te aperiãtur
29 ſequitur Ale.cõſ.82.2.col.1.li.† Duodecimò limitatur,ut non ꝓcedat in omnib.ꝑſonis,ſed habita ratione ad qualitatẽ perſonarũ,ut ſi eſt aliqua perſona, q̃ ex cauſa neceſſaria,iuſta & excuſabili,ſe abſentauerit,& nõ metu delicti,ut ſi eſt aliquis mercator,q cõtinuò ſolet accedere per nundinas huc illuc,uel ſi eſt aliquis nobilis ĩ dignitate cõſtitutus,illũ uerisimile eſt, ſe abſentaſſe ex cã ꝓbabili & neceſſaria uel ſi eſt ſcholaris,qui receſſit a ſtudio,ut proficiſceretur in patriã,& ſic de ſingulis nã in talib.dicta concluſio doctrum non procederet, ut ẽt dicunt Nico.de Matra.& Bal. in d.l.1.C. de hære. inſt. & ita per plura firmar.Bla.in repetitione. l. fi.de q.nu.293.
30 Decimotertiò limitatur,ut nõ procedat, quãdo accuſator uel iudex inquirẽs dedit cauſam fugæ, ut quia armata manu inſequuti fuerũt reũ ante citationẽ,& quando ab ipſis proceſſerũt minæ, & cõminatiões ſe ipſũ torturæ ſubiecturos uel male tractaturos,uel quia officialis eſſet nimis ſeuerus & ſolitus de facto procedere ad carcerationẽ & torturã,ut pulchre uoluit Pe. de Anc.in cõſ.409.probata tãta ſẽtẽtia.&
31 ſequit Gra.in cõſ.1.poſt deciſi.nu.25.Decimoquartò uidet̃ limitari poſſe in minore. per ea, q̃ dixit Paul.de Caſ.in l.ubi exigitur.in fi.pr ff de edẽdo,& Bal.& Ang.& Alex.in l.2.1.col.ff ſi quis in ius uoca non iuer. & do. Phi. de Peru.in c.Nicol. in ultima col.de appellatio. & eſt his remanet
32 expedita penè quæſtio † Sciendum tamẽ eſt,quòd intanium eſt uerum iſtud,quòd confeſſio extorta per torturam nõ præcedentibus indicijs eſt nullius efficaciæ, & momenti,ut dicta cõfeſſio non cõualidet̃ ſuperuenientibus ex poſt facto indicijs,vt eſt gl.ſing & ibi notat Bar.in l.maritus.ff. de quæ.& ſequitur Bal.in l.fi.C.de accu.& Lu.de Ro.in conſ.167.& Bru. in tra.de in-
33 di.& tor.in 5 q.2.partis.nu.47 † Illud tñ omittendum non eſſe cenſeo,ꝙ licet confeſ.extorta nõ præcedentibus indicijs nõ ualeat,tamẽ ſi cõfeſſio facta fuit in tortura de aliquib.delictis de quibus extabãt indicia;poterit interrogari & torq̃ri de alijs delictis in genere , licet de eis aliqua indicia nõ extarẽt.& hoc de generali cõſuetudine Italię,ut dicit An.de Are.in li.ma in uerbo,fama publica.ĩ finalibus uerbis.idẽ tenet Odo.in ſuo tra.de quę q.11.inc.quid de queſtione quotidiana.idẽ ſequitur Cę. in cõſ.40 in 8 col.& firmat Lu.Bo.in ad. ad Guido.de Suxa.in tra.de tor.fol.3 uer. quid ſi perſona inculpata. & ita refert ſeruari Gra.in de.33.nu.34.cũ ſe.& in de 48. & dicit nedum procedere in furtis, ſed in omnib.delictis.& ita dicit ſeruari per magnã curiã uicariã,& ſi ſequit̃ cõfeſſio, ualida erit,licet nõ ad cõdẽnãdũ, quia inde cẽtet ut ſu.dixi in confeſſione ſpontanea.
34 † Vlterius ſciendum eſt circa huiuſmodi primũ dictũ & requiſitũ, quòd ſi tortura fuit modica,ut quia parum alzatus ſupra terrã quis cõfitet̃,& homo non infirmus, ſed robuſtus tortus,& demum cum interuallo tẽporis ratificar & expreſſa perſeuerat in cõfeſſione, ẽtſi legitima indicia nõ ꝓceſſerint,confeſſio ipſa ualet & tenet,ut magiſtraliter firmat Pat.de Put.in li.ſyn. in uerbo, tortura.ea.an ſola cõfeſſione.& idem Amed 19 li ſi.fo.8.uer.itẽ tenetur.& conſuluit Marſ.in conſ.80.in 1.li. qui cũcta regit.& conſ.103.1.li.in præſenti caſu inquiſitionis 3.col.& firmat Gra.in deciſ. 34. nu. 55. cum ſequen. & ita dicit uidiſſe ſeruari in magna curia uicaria:ſed uide ad hæc Alex.conſ 47. .colum.4.libro.& cõſ. 99 & 98 in 4 lib.& Pau.Grillan.in tract. de queſtio.& tor.uerſ. quarto nunc uidendum,nu.4.& Bal.in l obſeruare C.quorũ app.non recipian.uerſ.quæro quid ſi quis. & ibi Anr.Barb.in additio & uide ea, quæ dicit Marſ.in l.1.ff.de queſtio.nu.42 cum ſequen.ubi idẽ operatur tortura,quòd metus torturæ. ut cõfeſſio ĩfringatur extorta

per torturam non præcedentibus indicijs cogitare ſuper prædictis in facti contingē-
35 tia † Item adeo ſunt vera prædicta, quod cō ſeſſio extorta per torturam nō præcedēti bus indicijs eſt inualida, ut ſi aliquis tortus leuato uelo, & ex abrupto, & nullis pcedē tib. indicis confiteatur, ſe occidiſſe homi nē, & illi intuliſſe tria uulnera, & eū ſepeliſſe in horto ſuo, ēt ſi ea cōfeſſione audita, iudex mittat militē ad dictū hortū, & ibi ille ïueniat cadauer ſepultū cū trib. uul nerib. ſicut ipſe tortus dixerat iudex illico nō poſſit eū condēnare ad mortē ex dicta cōfeſſione, ēt ſi ea uerificata per oculorū in ſpectionem, atq; ideo quod, quod extorta fuit nullis pcedētib. indicijs, quinimmo debet ipſum iudex abſoluere ab inſtantia ſeu obſeruatione iudicij & tū demū inchoare nouā inquiſitionē & proceſsū, & ſic tādē ipſum punire. vt latè proſequitur Mar. in pra-
36 xi. cri. in § ſecunda quæſtio. totū §. † Sex iuxta prædicta quæro, quod ſi tortus ab aliquo prætore prædicto nō ſeruatis ſeruandis, ſed leuato uelo & indicijs non præcedentibus confeſſus ſit, ac poſtea ab illo remiſſus ad aliū iudicē ſuperiorē examināti illi & interroganti, nū vera eſſet illa cōfeſſio. quam in tortura fecit corā priore præſide, reſpōderit verā eſſe, an uigore talis confeſſionis poſſit cōdemnari dubiū facit, quia pri. loco fuit tortus indebitè & minus iuſtè, unde quicquid poſtea ſequitur, vr fieri metu torturæ. ſecūdum gl. in l. pe. ff. de q. hanc quæſtionē tāgit Marſ. in prax. c. in § occurrit. per totum. & poſt multa diſtinguit ſic, aut iſte reus erat homo rudis & idiota, ac ignarus literarum, & tunc vr quod ſecunda cōfeſſio facta corā illo iudice ſuperiore ipſi non nocet atnec ēt prima. per gl. in d. l. pe quia ipſe reus vr hoc dixiſſe vigore torturæ præcedentis, & timore, ne iterum torqueatur aut erat homo ſagax. practicus & expertus, qui uerſimiliter poterat ſcire quod præſes cum nō torqueret, niſi haberet ſufficiētia indicia & tūc talis cōfeſſio ſecūdo loco facta ei noceret, quia non vr illam fecilſe metu torturæ, uel ſi per ſecundum iudicem fuiſſet reo dictum, quod non deberet timere de aliqua tortura, ſed quod deberet dicere veritatem, & iſto caſu ipſi noceret talis ſecunda confeſſio aut econtra fuit dictum, & non nocet, ut latè hr per eum ad

prædicta, facit, quod dicit Gram. in conſil 40. nu. 14. ubi tenet, quod confeſſio ſponte ratificata extra torturam, licet primo loco fuiſſet extorta per torturā legitimis indicijs non præcedētib. nocet & tenet, maximè, ſi eſt iurata: & pro prædictis facit notabilis doctor Bald. in l unica. C. de conf. in 5. col. in 3 oppo. ubi ait quod ſi tortus fuit quis non præcedentib. indicijs: ſi poſtea perſeuerat expreſſe in publico, ualida eſt cōfeſſio & dr no. in gl. d. l. 1. & in l. diuus. ff de quæ. ſed contra Bal. tenuit Rom. in conſ. 167. inci. Antonius accuſatus. & circa prędicta vide Par. de Put. in tra. ſyndi. in uerbo, tortura. verſ. an ex ſola cōfeſſione. ubi uidetur uel le ſuſtinere opinionē Bal. vb. ſuprà. & uide Pau. Grill. in tra. de quæſt & tor. uerſi. 4.
37 nunc uidēdum. † Non omitto, quod licet cō feſſio torti non præcedentib. indicijs ſit inualida, tñ cōfeſsio territi & ēt confitentis apud chordam ualeat & teneat. quoniam licet nō præcedentib. indicijs minimè quis torqueatur, terreri tñ pōt & duci ad chordam, & ualet cōfeſſio. ſecūdum. Bal. in l. 2. C. quo appellat. non recipia. & dixi ſupra in
38 uerbo, rei indurati torqueantur. † Item eſt ſciendum, quod etiam in crimine lęſæ maieſtātis confeſsio extorta non pręcedētib. legitimis indicijs etiam ratificata, nō tenet, ut ſatis abundè proſequitur cōſulen do Marſ. in conſ 46 nu. 14. in 1. & conſil. 14 nu. 24 eod. uolum. & conſ. 18. nu 7. co. lib & per Fran Brun. in tra. de indi. & tor.
39 in q 5. 2. partis num. 49 † Secundò principaliter requiritur, quod his ſit cōtexta ſecundum Bar. in l. ſi adulterium cum inceſtu. per illum tex. ff. de adult. quem refert & ſequitur do. Alex in l. 1. ff. de quæſtio. & ibi Marſ. nu. 14 & Bru. in tract. de indi. & tor. in 5. q. 2. partis & ſequitur Affli. in con ſtit. ſi damna clandeſtina. in nono notabi. alias confeſſio inde extorta non ualet, ut docet prædicta Hippol. a Marſi. in praxi. crim § poſtquam. & §. nunc uidendū per
40 torum. † Tertiò requiritur, quod facta litis conteſtatione & dato termi. ad probandum, teſtes examinati ad informationem curiæ, repetantur & examinentur parte citata ad videndum iuramēta teſtium, alias non probarent. ac de hoc plenè dixi in uerbo, & demum repetantur teſtes curiæ, & quod aliter non probarent, dixit multum

nota-

notabiliter Ang. de Are. in lib malefic. in verbo, fama publica 2. char. uerſi. quæro qualiter probetur. & Bar. in l. fi. ff. de quæſtio. & uoluit Saly. in l. fi in fi. C. co & Bal. in l. iubemus. 3. col. uerſic. item dixi. C de proba. & Angel. in repet. l. ſi uacantia. 27. col. C. de bo. vacan. lib. 10. plene Marſ. in l. 1. ff de quæſt. 2. col. nu. 7. & vide Afflict. in conſti. humanitate. & in conſtit ſi dam na clandeſtina. & Brun. in tract. de indi. & tort. in 2. q primæ partis. num. 9 & 10.

41 Limitantur prædicta duo indiſtr batoribus ſtratarum inſignibus, incendiarijs, violentis, raptoribus, & committentibus grauia crimina, qui omnes laborant infamię. nam in iſtis ex proceſſu informatiuo proceditur ad torturā ex præeminentia magnæ curiæ vicariæ, ut teſtatur Affl. in deciſ. 351. incipiē. fuit dubitatum quæ præeminentia qualiter intelligatur, videatur Gramm. in uoto tertio per totum.

42 vbi plenè. Sed aduertendum eſt, quòd nō ſolum prædicta habent locum ex præeminentia magnæ curiæ vicariæ, ſed ēt ex diſpoſitione iuris communis, vt voluit Hippo. de Marſ. in l. 1. ff. de quæſt nu. 37. 38. & 39. & dicit velle. Guido de Suzar. in tract. malef. ſub rubr. qualiter fit inquiſitio. in prin. & Gandi. in lib. maleſi. ſub rubrica. quomodo cognoſcatur de malef. p inquiſitionem, in uerbo, facta & completa. & uoluit Gramm. prædicta referens in dicto uoto 1. & iudex torquens aliquem ex proceſſu informatiuo in caſu arduo, erit excuſatus ſecūdum Alex. in conſ 65. in 1. lib. & in conſ. 41. 11. vol. incip. habita

43 ſuper contentis. Sublimitatur etiam prędicta tertia limitatio in quantum dixi, ꝙ teſtes debent repeti parte citata, ut non procedat in crimine læſę maieſtatis, quia etiam ſi non ſint repetiti parte citata, tamen probant, ſecundum Marſi. in l. unoquoque. ff. de re iud. & Fel. in c. quoniam.

44 de probar. & Capit. in deciſ. 127. Et idem dicit procedere in crimine aſſaſſinij. ſecundum Archi. in c. 1. de homi. in 6 ſequitur Gemi. ibi. in §. fi. & do. Fel. in cap. quoniam frequenter. in pen. col. ut lite non conteſta. idem tenet Hoſt. Lap. & Philip. Fran. ibidem & Gram. in conſ. 40. num. 8. tamen Fely. in c. in nomine domini. in 5. limi. de teſt. & Gra. uoto 11. tenet contrarium. ſed pro pri. opi. facit, ꝙ crimen aſſaſſinatus æquiparatur crimini læſæ maieſtatis ſecundum Mar. in conſ. 19. & Gra. voto 2. ſed in crimine læſæ maieſtatis, ꝓbant, ergo ita ēt dicendum eſt in crimine aſſaſſinatus æquiparato crimini læſæ ma

45 ieſtatis. Vnum tamen non puto omittendū in iſta materia, ꝙ licet teſtes rece pti parte nō citata nō faciant indiciū, tñ faciunt aliqd argūm & præſumptionē, vt

46 dicit Gra. in d. deciſ. 34. nu. 53. Sed iuxta prædicta quæro, an ſemper & omni tpe poſſint teſtes repeti parte citata? d. cas, ꝙ nō, quia poſtquam pronunciatū eſt in cā, non poſſunt repeti, vt dicit Gra. in deciſ. 28. & poſt cōcluſionē minimè; & ſic poſt citationē ad dicendū, vt dicit Cap. in deciſ. 25. incipiē. in cā mag. ſtri Antonini & dixi ſupra: & videatur Affl in conſt. termi num vitæ. in uerſ. ſexto quæro, ubi diſtinguit, an ad inſtantiam partis, an ex officio

47 procedatur. vide eum. Quartò requiriſ, ꝙ teſtes repetendi & examinandi nō ſolū examinenī parte citata, ſed ēt requiriſ, ꝙ examinentur per ipſum iudicem, & non per ſolū notarium actorum, aliàs nō probarent, & per conſequens, ſi vigore eorū fuerit ad torturā proceſſum, & ex torta cōfeſſio, ipſa eſſet inualida, niſi fuerint examinati ex cā, cū omiſſione iudicis, ut eſt tex. in clem. 1. de offi. deleg. & ibi hoc voluit clarius glo. & Bal. in rubr. de contra. inueſt. 2. col. & plenè proſequitur Marſil. in l. 1. ff. de quæſt. in princ. nu. 6. uerſ. ſepti

48 mo requiritur. Quinto requiriſ, ꝙ ſi eſt minor torquendus, iudex det ipſi curatorē, aliàs proceſſus eſt nullus; nulla ēt con feſſio inde ſequuta, ut dixi ēt ſupra in cōfeſſione ſpontanea, & not. Ang. de Are. in lib. malc. in uerbo, comparent dicti inquiſiti, & cōfitentur totū. & plene dixit Mar. in l. de minore. ff. de quæſtio. & Par. de Puteo. in tract. ſynd. in uerbo. tortura. uerſi. an confeſſio adulti. & idem Marſ. in l. 1. ff. de quæſtio. nu. 7. uerſ. octauò requiritur at non ſimiliter curator debet authorari minori, qñ torquetur, vt ſic reſpondeat, quia nec debet intereſſe, ut habetur per do. Lanfr. in cap. quoniam contra. in uerſi. confeſſiones. extra de proba. & per Bart. in l. minor 25. annis omiſſam. ff. de mino. & ſequitur idem Mar. in l. de minore. nu.

49 55.ff.de q. Vbi plus ſubdit: quòd ſi non fuit datus curato. ,ſed conſtitutus procurator legitimè, proceſſus valet & tenet, & hoc dicit probari ex doct. Bal. in l. cum minores. per illum tex. 3. no. C. ſi aduer.

50 ſus iudic. Sextò requiritur, quod confeſſio nō ſit extorta per torturā poſt appellationē legitimè interpoſitā, quia eſſet nulla, ſi.ſ.q.ñ a decreto de torquendo eſſet appellatū; & ſtatim facta appellatione ligātur manus iudicis non expectata inhibitoria, ut eſt doctr. Ang. in lib. mal. in uerbo. fama publica. verſ. aduertas tamen. & hr in c. ut gnū. ſi iuſtè. circa quod eſt aduertendū; quod d. c. dicit, ſi iuſtè quis appellauerit, recipiatur appellatio ante adhibitam torturā: ergo à contrario ſenſu, ſi iniuſta eſt appellatio, poteſt iudex non recipere appellationē, & ea non obſtante procedere ad torturam: qd puto eſſe qñ oīa rite & rectè proceſſerunt, quia datæ fuerunt defenſiones & repulſa cōceſſa, cū eſſet petita, & publicatus proceſſus, & auditus reus in omnib. ſuis iuribus, cū eius procuratore legitimè conſtituto, & indicia nō ſunt euacuata per defenſiones; & ſufficientia ſunt ad inferendā torturā, & nō leuia, & moderatè fuit tortus; & ſic non haberet, de quo cōqueri poſſet; imò iudicium vř potius fieri ad dil. tandū, q̄ā alia ex cā, & hūc int. llectū ad dictū c. ſecutis Scb. Neap. in d. c. licet non ita declaret, ſed ſuccinctè dicat. & hunc eundē intellectū ſenſit ad dictum c. Lud. Carie in reper. l. obſeruare curabis. nu. 188 4. col. monetur per glo. in l. 2. C. de epiſco. audien. vbi dr̄ in text. tu, quòd clericus f. uſtratoriè appellās, puniť certa pœna. dicit gl. quòd ſi appellatio nō tenet, nō eſt in pœna ego aūt confirmo hanc eandē opin. ex alijs infra dicend. s, nā ubi calumnia eſt euidens, iudex ex officio pōt ipſum repellere. glo. in l. ſi quis cum maior. § ſi patris. de bo. quæ libe. Fel. in c. dilecti de iud. imò eo caſu iudex non debet admittere proponentē, & minimè ſi contigeret appellari de ipſa appellatione, curare debet. ſecundū Imol. in c. poſt electionē, de conceſſ. præb. & in c. ſuper eo. de app. & Abb. in c. nullus. de præſum. & ideò dixit Iaco. Buttig. in l. 2. C. de fal. quòd ubi iudex uidet aliquid fieri ad protelandū litē, dēt ex officio occurrere. & idē uolu t P. ul. de C. ſt. in l. properandum. 2. col. C. de iud. & Bal. in c. qm̄ contra. in antepen. col. extra de probat. prout refert & ſequitur Fel. in c. paſtoralis. § qa verò. de offi. deleg. dicit, quod ſi homicida inſtat ad defenſam, ut res protrahatur, dēt homicida ipſe interfici, & poſtea inquiri: quanto magis hæc procedunt in tortura? ad cognoſcendum, an iuſta ſit appellatio, an iniuſta, ſufficiūt cōſiderationes ſupra, dictæ, quas conſideret iudex, & bene percunctet proceſſum, & ſi dubitat, an in proceſſu adſit aliquod grauamen nec ne, admittat appellationem: ſi uerò eſt ſecurus, oīa rite & rectè pceſſiſſe, & quod nihil deeſt de prædictis, quin oīa ſint ſeruata, reiectā appellatione ſecure procedat. quę omnia nores, quia nuſqibi inueniēs: ita late examinatā hanc quæſtionē, & poſſet tibi facere ingentē hono. ē, ut m. hi in facti contingentia alias fecit, dū eſſem auditor ge

51 neralis olim P. Salern. Septimò requirit, quòd antequā quis torqueatur, detur ipſi torquendo copia indiciorū cum crimino cōpetenti ad ſe defendendū: ſecundum Ang. de Are. in ſuo opere male. in uerbo, fama pub. in 1. char. verſ. & bene no. & in eo uerbo, uerſ. itē aduertas uoluit Gandi. in lib. malef. in rubr. inci. nunquid torquēdus ſit audiendus. refert & ſequiť Marſ. in l. 1. ff. de quæſt. in tertio requiſito nu. 8. Afflic. aūt in conſtit. ſi dāna clandeſtina nono not. plenè diſputar, & finaliter cōcludit, quòd tam de iure regni. cō. danda eſt copia repertorū inquiſito, antequā torqueatur, qd dicit non procedere, qn crimen eſt notandū, quia eo caſu non datur copia repertorū, item dicit non pcedere ubi teſtes ſint examinati ex officio, nō ad denunciā ſeu querelam ſuper infamia de crimine, dicit tū poſtea, quod in magna curia vicaria vidit ſeruari, quòd copia repertorū non det, niſi ſatis def. nſionib. & repetitis teſtib. examinatis citata parte ad udendū iuramenta teſtiū, & ita dicit fuiſſe deciſum in ſacro regio conſ. Capi. in deciſ. 64. inc p. iu cā Franciſci de Serino. Sc an danda ſit et inquiſito non petente, vide ſupra in uerbo, detur copia capitulorū, & adde, quòd in tātum det dari copia capitulorum, ut ſi non ſit data, confeſſio extorta non ſit alicuius momenti futura

ſecun-

ſecundum do.Pet de Mon.for.iu cap.tor-
52 menta.nu.2. Octauo requiritur,quòd iudex recipiat & audiat defenſiones rei,& p ipſũ nõ ſtet,quo minus eas recipiat, aliàs quicquid inde ſequitur,non ualeat nec ad cõdẽnationẽ deueniri põt: ſecũdũ Ang.in l.pactũ inter hæredem.ff. de pact. pro quo alleg. tex.in l.3. §.ſi ad diem.ff. de re milita.& latius per Ange.in tra. male. in uerbo, qui iudex ſtatuit terminum nã iudex prætetextu alicuius liberi arbitrij; nõ põt denegare defenſiones reo. ſecundum Ale. in conſ.65.inci.habita ſuper contentis, 2. col. 1.uolu. & idem dixit Pet. de Anch in cõſ.166.inci.uiſis diligẽter.& firmat Mar.
53 in praxi.cri.§ cõſtãte nu.26 cum ſeq. Et in tantũ ſunt uera prędicta.& princeps nõ poſſinr in cã criminali. tollere defenſiones inquiſito : ut in ſpecie uoluit And. de Iſer.in cõſti.regni.itẽ dura & dira.& idem in c.1.in uerſ.bona committentium. in ti. quæ ſint rega.& uoluit And.de Iſer. in cõſti.regni proſequenter.& hr̃ plenius in uo
54 to.30.per Grammat. Imò non ſolum iudex debet recipere defenſiones productas & producendas a reo ſed ẽt ex officio ſuo debet quærere defenſiones rei. l.ſi non defendantur.ff.de pœn.uolunt doct.in l.§.fi. ff.de quæſtio.& domi.Alex.in cõſ.476. in ci.pulchre reſpõdet,in fi.& Ang. in conſ. 38.inc.factũ tale eſt Chriſtophorus.Petri. ult.col.ante fi.& Cuma.in conſ.144 incip. uiſis denunciationibus.in 6.col & Mar.in
55 praxi.cri.§. nunc uidendum nu 7. Item intantum ſunt uera prædicta,ut ſi inquiſitus ſit adeo pauper,ut non poſſit ſe defendere,iudex debeat prouidere,ut gratis fiãt acta,& recipiãtur defenſiones:tex.eſt iuncta gl.in l.tam de mẽtis, C.de epiſ. audiẽ. & illum tex.extendit ad actuarium Affl.in conſti.appellationẽ tẽpora . in 5.not. uer. rurſus & ponit Par.a Put.iu lib. ſyndic. in uerbo,expenſæ.& Afflict.in conſti.hi qui in 18.not.& plene Boer.in deciſio.325.in ſecundo li.ubi etiã dicit, quòd accuſator ſi proceditur ad querelam,uel fiſcus, ſi pceditur ex officio , debet puidere de expẽſis circa uictũ inquiſito pauperi,& ut poſ-
56 ſit ſe defendere. Item adeo ſunt uera prędicta, ut debeãt recipi & admitti defenſiones reorum,etiam facta publicatione tam ſuper nouis,quàm antiqs capitulis ſecundum Salí.in l.fi.C.de quæſtio.ult colum. & Marſ.in pra.§ ſequens.per totum,& in l.1.§ ſiquis.ultro.ff.de quæſt.o.& fuit deciſum in ſacro regio cõſ.Neapol. ut refert Capi.in deciſio. 81. incip. in cauſa hominum,ubi etiã poſtquam cõcluſum in cauſa ſit, licitũ eſt in criminalibus examinare ad defenſam,licet in criminalibus non
57 cõcludantur. Item adeo prædicta procedũt ut inquiſitus non poſſit defenſionibus renuntiare. & ſi renuntiat , talis renũtia ẽt iuramento firmata,non tenet,ſecundũ gl. ordi.in l pactum inter hęredem.ff.de pac. & gl.in l.cuſtodias, ff de pu. iud.& uoluit Bal.in authen.iubemus C de iudi.& Bart. in d.l.pactum.& plene per Feli. in c. cum uenissent.in 3.col.extra de teſti.in quo dicit id non procedere in nouã caſib.Primò in confeſſo ſponte. ſecundo qñ renuntiat ijs,q̃ ſunt de apicibus iuris & ſtatutorũ,& non de iuregentium, tertio ſi tacite renunriat permittẽdo labi terminum ſtatutum , quarto in latrone famoſo,quinto ſi notoriũ eſt nullã defẽſionẽ cõpetere poſſe,ſexto ſi reus captus eſt in fragãti crimine, ſeptimo ſi reus renũtiat exceptionib. declinatorijs, octauo ſi renuntiat p cõcluſionẽ in cã,nono ubi pœna eſt corporalis,quos caſus proſequere ut p Mar. in praxi.cri.§.
58 examinanda p totũ. Nono reqrit ſi examinatis,& receptis defenſionib.reorũ,petatur publicatio pro parte ipſorũ , q fiat, aliàs ſi non petatur;põt ea non facta pcedi ad torturã.ſcd̃m Bru.in tra. de indic. & tor.in ſecũda parte.ĩ 5.q.nu. 29. & Affli.& conſti.ſi dãna clandeſtina.& Par de Put.in li.ſyndi.in uerbo tortura.lo.3.uerſ.ſequit quæ in fi.& Carre.in ſua praxi.in l.obſeruare curabis. nu.18 . C.quo. app recip ã. licet Bart.in d.§.reus.dicat pcedere, quũ proceditur ex officio,& non ad inſtãtiam
59 partis. Decimo requiritur, quòd ſi petatur repulſa per inquiſitum, concedatur , quia ẽ ſpecies defenſiõis,ut uoluit Bar.in extrauagan.ad reprimendũ.in uerbo,& figura iudicij & habetur p Affl. in deciſio. 351.incip. bis fuit dubitatũ in duabus cauſis , & ſupra fuit demonſtratum:adde Afflict.in conſtitu.ſiquis in poſterum.in 10. not. & in conſtitut. peſſimam . in octauo not.Par.de Put.iu l.ſyndi.in uerbo,tortura.uer.& an ſiq̃ dixerit. 2. col.ſed in hoc

aduerten-

errendum eſſe puto, quòd licet nõ cõceatur repulſa. uideatur tamen poſſe dici, quòd ex hoc nõ inualidetur confeſſio. cũ habeamus, ꝙ teſtes repulſati, licet non ad condemnationem, tamen ad torturam bene ſufficiant, ut uoluit glo in l.fi.C.de his qui ut ind. & habetur per Gia.in cõſ.1. & Lud.in conſ.451.inc.quedã mulier.2.col. & Bal.in l.cunctos populos.C.de ſũ.tri.& fi.catho.& Fran.Brun. in tra. ind. & tor. 3.col.& ſequitu. Gra.in uo.25. ergo uidetur, quòd conceſſa non operatur, ut reus non torqueatur.& ſi ſi nõ conceditur, nõ debet operari nullitatẽ confeſſionis ſequutę ex tortura, cum ẽt concedi nõ debeat, illud qđ conceſſum non releuat, ſed prædicta puto procedere, quando teſtibus obijcitur infamia, uel paupertas, uel alius defectus, qui in totum non eneruat dicta ipſorũ non ẽt, quãdo obijcitur inimicitia, uel inhabilitas, aut corruptio, aut falſitas, aut alius defectus, quo probato dicta ipſorum totaliter inualidãtur.& ita intelligo procedere iſtud decimũ requiſitum. uide tamẽ omnino Abb. in c.cum in iuuentute, de pœſun pro.& in ca.qualiter.& quando extra de acuſ. & an & quãdo teſtes infames infamia iuris, uel facti admittãtur in teſtes, an non, plenius quã alibi per Affli. conſti. paternorum in 8 not. & uide Gia. in deciſi. 11.num 9.cum ſequentibus. & in deciſio.

60 85.& 86. Illud proximè ſciendum eſt, ꝙ repulſa teſtium criminoſorum debet continere omnes circunſtantias, quibus debet eſſe formata accuſatio. uel inquiſitio ſecundum Barto.in l 3 §.lege. Iulia.ff.de teſtib.& Ang.ab Areti.in ſ. ib.male.in uerbo, qui in ſtatuit ter ad oppo.con. pro.in fin. Lud.de Ro.in conſi.290.& Boer.in deciſi. 321. ſecunda parte licet Bal. in l.edita. C. de eden.in repeti.Padua. tenuerit contrarium in 8.col.uer.oppo.& in authent ſidicatur.C.de teſt.in fin.& ad hoc, ut probent teſtes deponentes in repulſa, neceſſe eſt, quòd deponant ſe non eſſe teſtes criminoſos. & ita tenetur communiter ab alijs, ut plene per Giamma.in deciſio.11.incip.dũ in nota.adde ad idẽ Rot.deciſio 28.alias.

6 255. titu. de teſti. in nouis. Cęterum ter repulſa teſtium ad hoc, ut inepte non proponatur, neceſſe eſt, quòd in ſpecie nõ proponatur defectus, & nõ in genere, uidelicet non dicendum eſt, quòd ſunt infames, adulteri, fures, & homicidę, ſed dẽnt proponi ſigillatim cauſę infamię & ſimiliũ per tex.in c.præſentiũ.extra.de teſt. § teſtes. in uerbo, ſigillatim in 6. & idẽ tenet Bal. in l.1.C.de teſta.2 q.& Ludo.Rom.in cõſil.290. inci.in caſu propoſitæ cõſultat gl. in cle. iu conſtitutionem.in uerbo, circunſtantiarum de elect.Pau.de Caſt.in conſil. 27.incip.uiſa appellatione.2.col.facit, qđ notabiliter uoluit Bal.in l turpia. poſt gl. & Bart. ibi de lega.1.facit, quod not. Bald. in l.ſi quis teſtibus ad fi.de teſt b.& Giam-

62 ma.in deciſ.24 nume 49. Item repulſa debet referri ad conditionem teſtis, quæ eſt ſecundum tempus teſtimonij, non ad eam, quæ in præteritum fuit & ideo ſi qs repulſat teſtes propter aliqua delicta in præteritum, & probatur bona fama de pręſenti eorundem teſtium, talis repulſa nihil obſtat, et ita in particularis conſuluit An.in conſ.309.& 2.col & Soc. in conſil. 54.in 3.lib.2.col.uerſ.item & tertiò. & eſt aduertendum, quòd duo teſtes non ſufficiunt ad probandum quem eſſe bonæ, vel malæ famæ.ſecundum Ang.in authentic. quomodo opor.epi.§ quarta. ue. nota cũ lex.adde tamẽ, quòd unum fecit me dubitare, quia dicit Spec.in tit.de teſt.§. 1. nu. 89 in fin.quòd olim criminoſus, pręſumitur & hodie criminoſus.l.quiſ. uis.C.ad l. Iuli.ma. & ultimo opponitur de ca. fi.extrà.de præſumpti. ubi quilibet præſum ẽ bonus. eſt ibi Io.And. reſpondet in addi. Spec.illud eſſe uerum, quòd dicitur. in d.l. fi. qñ non conſtat, quòd alias fuiſſet criminoſus, & ita poſtea reperi Feli.in d.c.fi. limitantem d.c fi.ut non procedat, quãdo probatur aliàs fuiſſe criminoſum quia criminoſitas illa præſumitur perdurare, niſi probetur ſublata, ut ibi per eum num. 15. uerſ.fallit quarto & ultimò.tamen ſi bene conſiderentur dicta & An.& Soc.procedunt quãdo ex aduerſo probatur de bona fama ipſorum teſtium.dicta Spe. intelligo, quãdo probatur criminoſitas in præteritum; & ex aduerſo non probatur bona fama.& ſic concordando opiniones, bene procedunt dicta doctorum.uide Iaſ.in l.1. C.de teſta.

63 num.6.ubi refert conſ.Ange. Vndecimò requiritur, ꝙ facta publicatione in cauſa, & conceſſa repulſa, & elapſo termino da-

to ad percũctandum, citetur inquiſitus, &
eius procurator ad diſcurrẽdũ indicia, &
ad dicendum cauſam, quare nõ debeat ex
indicijs contra ſe exiſtentibus torqueri, &
ad hæc debet ſtatui competens terminus:
ut eſt tex. & ibi hoc no. Batt. in l. cuſtodias
de pu. iud. licet ſi non interueniſſet hęc ci-
tatio, nec auditi fuiſſent ꝑcuratores & ad
uocari, non ex hoc inualidetur confeſſio
ſecũdum Bar. ubi ſuprà arg. eius. quod no.
64 n. l. 1. C. de ſentẽ. aduer. fi. la. † Duodeci-
mo requiritur quòd confeſſio extorta per
torturã, ſit extorta ex delicto, pro quo ue-
nit imponenda pęna ultra relegationem,
& nõ infra. quia aliàs non poteſt quis tor
queri; & per conſequens ſi tortus cõfiteať
eius confeſſio nõ obſtabit, ut eſt tex. in c.
tormenta. & late diſpu. & Gram. in cõſ. 15.
& uoto. 15. & Afflict. in conſtit. in quæſtio
nibus. in 8. not. & in cõſtitu. ſi. damna clã-
deſtina & Par. de Pu. in lib. ſyndic. in uer-
bo, tortura lo. 3 uerſ an in cauſa pecunia-
65 ria & quę ſint delicta ꝑ quibus ueniat im
ponenda pœna ultra relegationẽ, dicã in-
66 fra in uerbo, pœnis debitis, ſer. ẽtur. † Sed
pone quòd quis commiſit plura delicta.
quorum nullum ſui natura eſt tale, ut pro
eo habeat locum tortura, ſed cumulatis
omnib. bene habet locũ, an eo caſu habeat
locũ tortura? Philip Corn. in conſ 127. in
primo li. cõſuluit ꝙ nõ, cũ uniuſcuiuſque
natura inſpiciatur. & nõ omnium cumula
67 tio. † Tertiodecimo requiritur ꝙ confeſ-
ſio per torturã ſit extorta ab eo contra quẽ
erant indicia, & qui erat leuis uitę, & diffa
matus de alijs delictis, ut in cap. regni. in-
cip. tormentis. & And. de Iſer. in cõſt. ſi dã
na. clandeſtine. quod fallit ſecundum eũ,
quãdo contra tortũ fuerat examinatus u-
nus teſtis omni exceptione maior de uiſo
qui non fuerat reprobatus, & firmat Giã.
68 in conſ. 15. nu 5. † Quartodecimo reqriť
ꝙ tortus & confeſſus, non ſit tortus ultra
modum conſuetum, & per nouas ſpecies
tormentorũ quia tũc cõfeſſio ſequuta, eſ-
ſet inualida, quia in torquendo attenden-
dus eſt modus cõſuetus, ſecundũ Cy Bal.
& Salic. in l. Gracchus. C. de adulter. per l.
ſed an ultro. ff. de nego. geſt. & iudicabitur
modum cõſuetum excedere, ex qualitate
tormẽti, cõditione perſonæ, & cõſuetudi
ne loci. ſecundum Par. de Put. in li. ſyndi.
in uerbo tortura uerſicu. an officialis al-
quã tormentauit, qui mortuus eſt, & ide
iudex non debet ſcindere carnes torquẽd
ut confiteatur. ſecundum Bald. in l. penul
de emẽ. propi. & in prædicto caſu etiã pu-
69 nientur iudex, ut per Par. ubi ſupra. † Et
ideo male faciunt iudices, qui paſſim in
omnibus caſibus, quãdo torquent aliquẽ,
in pedibus imponunt magna pondera uel
adhibent aquã frigidam in dorſo penden
tis in tortura quia hæc non niſi in grauiſ-
ſimis criminalibus fieri poſſunt ſecũdum
Par. de Put. in l b. ſyndica. in uerbo, tor-
70 tura. lo. 3 in fi uer. ſi repetitione. Et ꝙ pe-
ius eſt, inueniunť noua genera tormento-
rũ. ut ſcindant carnes, ut eſt tormentũ pol
letri. nam hæc non niſi in grauibus fieri
poſſunt. ſecundum Bal. in l. 1. C. de his qui
ad li. perue. refert. Par. in d. uerbo, tortu-
71 ra. lo. 3 uiſo de repetitio. † Decimoquinto
requiritur, quod non ſit tortus quis ultra
tertiam uicẽ. & ob id confeſſus quod eſſet
immoderate tortus, nullũ ſibi periculum
crearit ſecundũ Pau de Caſt. in conſ. 197.
inci. uiſa inquiſitione, circa fi ſequiť Par.
de Put. in l. ſyndica. in uerbo tortura in c.
72 uiſo de repetitione torturæ. † Decimoſex
to requiritur, quòd antequã quis torquea-
tur accuſator petat torqueri alias accuſa-
tore non petente nec requirente iudex nõ
debet procedere ad torturam. ſecũdũ Bal.
in cap. 1. §. iudices. 3 col. de pa. iur. fir. ſed
Bald. non dicit quod non poteſt torqueri.
ſed dicit, quòd iudex non tenetur torque-
re, quę ſunt diuerſ. Imo. ſtatim ac quis, ali
quẽ accuſat, & dat indicia uidere interpel
73 lare ut torqueať. † Decimo ſeptimo requi
ritur, quòd nõ ſit illata tortura die feriato,
idque ob honorem Dei; quia confeſſio in
ualidabitur. & hoc eſt uerũ in criminibus
leuibus & non ita grauibus, ſecũdum Bru.
in trac. de indi. & tortu. in ſecunda parte.
5 q. nu 52. uerſi. quæro ulterius, & uidetur
decidi per tex. in l. nemo. C. de epi. aud ẽ.
& in l. ꝓuinciarum. C. de fer. & cõcordat
c regni. incip idem prouiſa iuris ſanctio.
74 † Decimo octauo requiritur, quòd anteꝗ̃
quis torqueatur. pronuntietur per iudicẽ
fore torquendum; ſecundum Bru. in ſępe
75 legato tra. in 9 charta 3 col † Decimono
no requiritur, quod non extorqueatur cõ
feſſio a muliere pręgnãte per torturã quę
eſſet

ſuperſedere in tortura iam data nõ perfe-
ctè ſed leui modo, & ipſam repetere, ſi &
quoties opus fuerit, & nõ aliter quã ad in
dagandam ueritatem, & ita in effectu reſi
det Afflict. in conſtitu. ſi damna clandeſti-
na. dicit hæc formalia uerba, & ego uidi
obſeruatũ à bonis iudicibus, ꝙ ſufficien-
ter tortus, nõ torqueatur iterũ ſine nouis
indicijs, & dicitur ſufficienter tortus ſecũ
dum qualitatem perſonę ipſius torti, & in
dicia præhabita, & totum hoc eſt in arbi-
trio iudicis, ut ſupra dictum eſt. Marſ. in l.
repeti. ff. de quęſtionib. nume. 5. in fine, di-
cit hæc formalia uerba concludendo, & ſi
naliter hæc cõis omnium opinio, quod
leuiter tortus poteſt repeti in tormẽtis, ut
ſufficienter torqueat, ſed ſi fuerit ſufficien
ter tortus, & nihil dixerit, tunc non pote-
rũt repeti tormẽta, niſi ſupuenerint noua
indicia fortiora primis, & ita ſeruãdum
eſt in practica, quia iſta opinio eſt æquior
& ſuſtentabilior, & magis iuri conſona, &
ita reſidet. quando dicantur noua indicia,
uide Angel. de Aret. in libro malef in uer
bo, ſuprà allega. Franc. Brun. in tracta. de
indi. & tortu. in 5 q. num. 58. ubi plenè ui-
deas Boer. in deciſio. 163. nume. 9. prima
parte Guido. de Suxa & ibi Ludo. Bolo. in
additio. in tract. de indi. & tor. numer. 57.
79 † Vigeſimotertio requiritur quod confeſ
ſio extorta & habita per torturã, ſit extor-
ta mediante illata tortura per habentem
merum imperium. quia prãs torquẽdi eſt
meri imperij, ut l. defenſores. C. de defen.
ciui. & tenet Guliel. de Cu. in l. imperium,
ff. de iuriſdi. omn. iud & Marſ. in l. pe. nu.
9. ff. de quæſti. & ideo locũ tenens poteſta
tis, & ſimplex aſſeſſor non poſſunt torque
80 re. † Vigeſimoquartò requiritur, ꝙ con-
feſſio fiat principaliter de delicto, de quo
inquirit, & nõ incidẽter ut cõfitens poſſit
damnari pœna ordinaria ſecũdum Bar. in
l. ſi confeſſus ff. de cuſto. reo. & Innoc. in
c. ſi. pen. colum. de confeſ. & Marſil. in l. re
peti. nu. 24. ff. de quæſtio. & in l. 1. ff. eo. cir
81 ca fi. † Vigeſimoquinto requiritur, ꝙ con-
feſſio facta in tormentis, ratificetur extra
locum & aſpectatũ torturæ in publico te-
ſtimonio, ſecundum praxim, quam tradit
Iacob. de Beluiſ. in praxi cri. in tit. de quę-
ſtio. colum. 15. & ad longum per Marſil.
in praxi crim. §. quoniam. & Fran. Brunus
in tracta. de indi. & tor. ſecunda parte. ſex-
ta quæſtio. numero 4. & Guido de Suxa. in
tract. de tor. num. 78. & ibi Ludo. Bologn:
82 in additio. † Vnum tamẽ ſcias, ꝙ ratifica
tio confeſſatorum in tormentis, nõ requi
ritur ubi ultra confeſſionem adeſt confeſ-
ſio extraiudicialis præcedens iſtam cõfeſ-
ſionem ſecundum Ioan. de Imol. in c. at ſi
clerici de iudic. & Felin. in cap. olim. quin
ta colum. de reſcript. & Iaſon in l. magi-
ſtratibus. ff. de iuriſd. omn. iudic. ſecunda
colum. & Marſ. in praxi crim. §. quoniam
83 nu. 38. † Item licet confeſſio extorta per
torturã, abſq; ratificatione ſit inutilis, ut
ſuprà dixi tamen hæc uera ſunt quãdo tor
tura fuit magna: ſecus autem ſi leuis & mo
dica, & tortus fuiſſet robuſtus. nam tũc ua
lebit talis confeſſio abſque alia perſeuerã-
tia, ex quo cenſetur ſpontanea & nõ tortu
ra extorta, ut per Bart. in l. 1. §. diuus, & §.
ſi quis ultro, & in l. penult. ff. de quæſtio-
nibus, & Bald. in l. prima. C. de confeſ. &
Par. de Puteo in tractatu ſyndica in uerbo
tortura. lo primo. uerſiculo an ex ſola con
feſſione, & in uerbo tortura uerſiculo viſo
de repetitione & Bal. in l. 2. C. quorum ap-
84 pella. & Gram. in uot. 6. † Vigeſimo ſex-
tò requiritur, ſi confeſſio etiam iurata &
ratificata fuerit allegata erronea, ꝙ detur
terminus ad probaudũ de errore, & admit
tatur reuocatio, & interim non debet exe-
qui ut plenè habetur per Gram. in uoto 7.
& in uoto decimo, allegat Andr. in conſti
tutione, ſi damna clandeſtina. & habetur
per Marſil. in l. 1. §. 18 col. ff. de quęſtio &
Thom. Gram. in conſi. 69. & Marſil. in pra
xi. §. quoniam. & Iaſon in l. magiſtratibus
ff. de iur. omnium iudicum. & in l. error.
C. de iur. & facti igno. & Paris in verbo cõ
feſſio. & in verbo. tortura lo tertio. verſic.
ſequitur quæſtio quotidiana. Thom. Grã-
85 mat. in cõſilio. 40. † Vigeſimoſeptimò re
quiritur, ſi quis cõfitetur aliquod delictũ
quod requiritur ad ſui probationem & ue
rificationẽ verificari aliquã probabilita
tem, ut puniri poſſet, quòd expreſſe confi
teatur illam qualitatẽ, uel confiteatur ge-
neraliter oĩa contenta in accuſatione uel
inquiſitione, quia tunc uidetur confiteri
oẽs qualitates exemplum, ſi inquiritur de
adulterio cõmiſſo cum Berta uxore Titij.
& confitetur reus ſe cognouiſſe Bertã, nõ

ſufficit iſta confeſſio ad cõdemnandũ, ni-
ſi probetur, quòd Berta ſi uxor Titij, nam
cõfitendo ſimpliciter ſe cognouiſſe Bertã
nõ uidetur cõfiteri matrimoniũ inter Ber
tã Titiũ. & ſic debet probari illa qualitas:
uel quod confiteatur expreſſe in genere,
vel in ſpecie ut ſup. dictam qualitatem, ut
tradit Bart. in l. ſi cui. §. 1. ff. de lega. primo,
de ueritate huius dicti uide Ang. de Ar. in
lib. malef. in uerbo, cõparent dicti inquiſi-
ti. & confitentur totum. & ibi Bernar. de
Lan. in addi. & Augu. de Ari ibi & Marſil.
in l. 1. lege Cornelia. § cõſtitutum. ff. ad l.
86 Cor. de ſicar. † Vigeſimooctauo requiritur
ſi quis confitetur ſe uenenaſſe aliquem, &
ex eo illum mortuũ eſſe, quod probetur
per alias probationes, & per expertos & ſi
gna, ꝙ ille talis ex ueneno mortuus fue-
rit, alias iſta confeſſio ſola non ſufficit ad
cõdẽnandũ, & eſt ratio, quia talis cõfeſſio
eſt impoſſibilis, quia ſi reus confitetur ex
veneno per ſe dato, mortuũ eſſe, cõfitetur
illud, quod eſt ipſi impoſſibile ſcitu, uide
licet quòd ille mortuus ſit ex illo ueneno
nã impoſſibile eſt idiotis ſcire operatio-
nẽ q̃ facit res in corpore. ſecũdũ Alex. in
cõſ. 339. inci. in cauſa inquiſitionis forma
tę. tri. col. & firmat ac ſequitur Mar. in l. 1.
§ præterea. nu. 37. ff. de ſicar. & Afflict. in
conſt. mala noxia. pri. col. & dixi ſupra.
87 † Vigeſimonono requiritur quòd iudex
ſtatuat terminum cõfeſſio ad faciendum
oẽs defenſiones aduerſus illã cõfeſſionẽ,
ut late docet Afflict. in conſti. ſuper inci-
88 ſionibus. 4. nota. † Trigeſimo requiritur,
quod dicta confeſſio non ſit fundata ſu-
per inordinato, & nullo proceſſu. quia
non poteſt uirtutes ipſius procedi ad con
demnationem, ſecus, quando confeſſio
eſſe ſpontanea, quia eo caſu ex ea confi-
tens damnari poteſt, ut dicit Ang. de Are.
in libr. maleſi. in uerbo. fama publica, in
uerſicu. & aduertas tamen & habetur ple
ne per Felin. in c. at ſi clerici. extra de
iud. Iſtis autem omnibus requiſitus con-
currentibus plures effectus operatur di-
89 cta confeſſio. † Et primo operatur, quia
ut per torturam habitam, ſit tamen licite
iudex poteſt ſcribi facere, quòd ſponte
reus cõfeſſus fuit, & nec notarius, nec ipſe
incidunt in falſum, ſecus, quando non cõ
currẽtib. prędictis habita fuit. ſed tñ Ang.
& Imol. ecõtra in l. qui in aliena. §. fin. ff.
de acqui. hære. & not. Ang. de Are. in lib.
male. in uerbo, cõparent dicti inquiſiti,
& confitentur totum. in fi. & eſt hoc ue-
rum dato aliquo interuallo inter confeſ-
ſionem & tormenta, quod relinquitur iu-
dicantis arbitrio ſecundum Alex. in con-
90 ſil. 1. in 3. libro † Secundo operatur, quia
ualidior eſt confeſſio cum tormentis,
quàm ſine, ut habetur in auth. de teſt. § 1.
ſed pro ueritate huius d. Bar. quem ſequi-
tur Marſil. in l. 1. ff. de q. §. 1. facinus tres
caſus primus caſus eſt, quando quis tor-
quetur in ſe tantum, & tunc ualidior eſt
confeſſio ſpontanea, quam cum tormen-
tis, ut in d. §. 1. & in §. diuus. ca. l. ſecundus
eſt, quando quis de alio interrogatus, &
tunc eſt ualidior illa, quæ fit cum tormen
tis, quandoq; quis torqueatur in ſe & in
alium, & tunc debilior eſt confeſſio, quæ
fit cum tormentis, quam quę ſine tormen
91 tis. † Tertio operatur, quòd in quibus ca-
ſibus teſtes probati à iure, examinati ſine
tortura non probant, in ijs cum tortura be
ne probant, ut habetur per Innoc. gl. in c.
cum P. de accuſa. & per Alex. in conſ. 11. in
pri. lib. & Marſ. in l. ex libero. nu. 8. ff. de q.
& hoc ubi ſpecialiter inductum eſt, ꝙ ta-
92 les teſtes reprobari admittantur. † Quar-
tò operatur, nã licet cõfeſſio & depoſitio
teſtis uarij ſeu conuicti de mendacio, nul-
lum operetur effectũ ſecundũ Inn. in c. p̃-
terea. de teſti. cogen. & do. Anto. in c. cum
in tua. ulti. col. de teſti. & Ang. in cõſ. 275.
incip. quędam domina Margarita, & Ale.
in cõſ. 364. inci. in cauſa appellationis in
5. col. tamen ſi tortus perſiſtit in ſua cõfeſ
ſione prius erit valida dicta confeſſio, ut ha
betur in l. ex libero & ibi glo. & Bar. ff. de
quæſtio. & per Inno. & alios in c. cũ in cõ
templatione. de regu. iuris per Dy. in regu
la, ſine culpa. de regu. iu. & Cy. in l. fi. C. de
quæſtio. Bald. in l. 3. C ad l. Iul. de adulter.
Sali. in leg. nullus C. de teſti. de quibus ui-
deas Bar. in l. quicquid aſtringendæ. ff. de
uerbo. obliga. & Gramma. in cõſ. 33. num.
93 5. † Quinto operatur, nã licet confeſſio
ſpontanea minoris nõ ualeat, niſi ſit facta
in præſentia curatoris, tamen facta in tor
mentis etiã abſque præſentia curatoris ua
let & tenet, dummodo in principio cauſę
datus fuerit curator, & adhibita fuerit cau

ſa

ſæ cognitio.vt hr per Bald.in l.clarum.C.
94 de authen.præſtan. Sextò operatur,nam
confeſſio facta in tor. etiam ſi fuerit reuo
cata,probat ſemiplenè.ſecundum Bal. in
l.bonæ fidei.2.col.ver. itē quæro de con-
feſſione.C.de re cre.& Alex. in l.1.§.diuus
ff.de quæſtio.& habetur per Panor.in c.ex
literis,extra de confeſ.3. col. verſic. nota
vnum caſum & quòd ſi reuocans dicat ſe
erraſſe & confeſſum fuiſſe dolore tormen
torum an debeat ei dari terminus ad pro-
bandum de errore,antequam torqueatur?
95 dic,ꝙ ſic ſecundum Gram. voto 7. Septi-
mò operatur. quia licet facta ſit tormen-
tis adhibitis, tamen dicitur confeſſio vo-
luntaria , licet non ſpontanea.ſecundum
Bal.in c.1.§.iniuria.8 colum.verſ.quæro,
vtrum ſemel tortus de da.iur.f.r. & Flor.
in l.de ætate.1.§.1.de inter.actio. & Bar.
96 Caepo.in l.ſponſio.ff.de uerb.ſigni. Octa-
uò operatur quia licet fuerit facta coram
iudice incompetenti, tamen ſi perſeuera-
tur coram iudice competenti,valet & te-
net.ſecundum Card.in clem.1 §.2. de hę
re. & cogitur in eā perſeuerare coram cō-
petenti.vt habetur in prima parte, nu.11.
97 vbi dixi. Nonò operatur, quia ſi confeſ-
ſus fuerit quis in tortura aliqua delicta,
de quibus indicia extiterāt, poteſt inter-
rogari & torqueri de alijs delictis in gene
re de quibus nulla apparēt indicia,& hoc
de generali conſuetudine Italiæ ſecundū
Anglū in tract.maleſ.in uerbo, fama publi-
ca.in finalibus verbis.& recolo dixiſſe ſu-
prà in uerbo , rei indurati torqueantur.
98 Decimò operatur,quia licet confeſſio ip
ſa reuocetur,tamen ſi omnia prędicta re-
quiſita concurrant, & maximè,ſi concur-
rant indicia ſufficientia,& talia,quę indu
bitabiliter iudicant ueritatem coniuncta
confeſſione ipſa,ſecundum Bal.in l. fi.C.
de prob.non prodeſt dicta reuocatio , ſed
condemnari pōt, ſi non probetur contra-
rium per reuocantē.& proſequitur Gram.
99 in deciſ.62. per totam. Vndecimo opera-
tur quia ſtante confeſſione prędicta & cō
currentibus indicijs coadiuuantibus ip-
ſam confeſſionem , confeſſus ipſe appel-
lare non pōt.ſecundum Bal.in l.cum non
ſolum.§.neceſſitate.C.de bon.quæ liber.
in 4.col.per tex.in c.Romana.§.ſi autem.
de app.in 6.& ſequitur Gram.in deciſ.62,
100 nu.5. Duodecimò operatur,ut ex ea cō
feſſione poſſit damnari,vt hr in l. ſic con
feſſus.ff.de cuſt.reo. & extra.de confeſ.c.
cum ſuper. & latè firmat Franc. Brun. in
tra.de indi. & tor.in 6.d.q.2.partis.nu.29.
in uerbo, poſtremo quæro . operatur etiā
multos alios effectus,quos operatur con-
feſſio iudicialis de quibus vide ſupra . Se-
quitur vt videamus de aliquibus quęſtio-
101 nib.uarijs in materia. Et primò quæro,
quod ſi confitens in tortura & extra tor-
turā, ꝙ Titius fuit ſuus ſocius ad commit
tendū tale homicidiū uel delictū, poſteà
cōdemnatus ad mortē,apud furcas dixit:
reuoco cōfeſſionem,quo ad illum ſociū,
& quòd falsò eum inculpaui cōfiteor , an
ex hoc illa confeſſio reddatur inanis,quo
ad illum nominatum? hanc quæſtionem
ponit Mar.in praxi.cri. §.reſtat.& finali-
ter decidit, quòd talis renocatio nihil po
teſt illi nominato quādo ultra confeſſio-
nem torti adeſſet aliquod aliud indicium
corroborans dictam cōfeſſionem.Gram.
in uoto 11.nu.8.videtur tenere talem re-
uocationem indifferenter valere , & pro-
deſſe nominato . ſed adde, quòd intentio
Gra.rectè intuenti velle uideatur concor-
dantiam cum diſtinctione Marſil. quod
apparet,quia in repertorio,in uerbo,con
demnatus.dicit, quòd qn condemnatus,
dum dr ad furcas , exculpat eos, quos in-
culpauit,ualet talis exculpatio, dummo-
do alia nō appareant verificata: allegat d.
uo.11.vide And.de Iſer. in conſtit. ſi dāna
clandeſtina . ubi dicit, quod relinquitur
arbitrio iudicantis , qui debet cōſiderare,
an aliquo procurante fuerit facta illa re-
102 uocatio. Secundo, quæro,pone,quod
commiſſum eſt aliquod delictum, ꝙ non
pōt ſciri a quo cōmiſſum ſit, quòd in ma-
gna aliqua multitudine admiſſum ſit , u-
nus verò captus de illis, q̄ interuenerant,
tortus confitetur, ſe non cōmiſiſſe illud
delictū, ſed fuiſſe autorē & principalē ad
coadiuuandū illos hoīes ad aliquid faciē
dum , quod erat de genere prohibitorum
an hic ex hac cōfeſſione puniatur? Marſ.
in repet.l.uni.C.de rap.virgi.nu.79.verſi.
& te ne menti dicit ꝙ ſic , alios doctores
103 in hoc citans ita tenentes. Tertio quę-
ro , ecce quis inquiritur de raptu mulie-
ris, & ſeruatis ſeruandis fuit tortus & cō-

feſſus, ſe non rapuiſſe, ſed fuiſſe in ſocietate raptoris, an ex hoc poterit puniri de raptu, alio non conſtito? dicas, quod non ſecundũ eundem Marſ. ubi ſuprà. nu. 81. in 6. char. alios doctores adducentem ita te-
104 re. Quartò quæro, ecce inquiſitus ſpõte confeſſus eſt delictum; poſt verò ad tribunal ductus non vult illud ratificare; an cogi poſſit per torturã? Marſ. in praxi. cri. § q̃m. nu. 18 diſtinguit, quòd aut iſte confeſſus eſt maior 25. annis; aut minor. primo caſu ſi cõfeſſus fuit in iudicio, & hęc cõfeſſio ſua req̃ſita, vt diximus in prima parte, & nõ eſt opus alia ratificatione, ſed põt condemnari; aut confeſſus fuit extra iudicium, & tunc non poterit condẽnari: ſed operatur, vt diximus ſup. in 2. parte ſecundo caſu, etiã ſi confeſſus fuerit ſponte cum authoritate curatoris, nõ poterit definitiuè condẽnari, niſi ratificauerit & ap-
105 probauerit. Quintò quæro; ecce aliq̃s confitetur delictũ contra ſe ſponte vel p torturã, an poſſit ſine nouis indicijs torqueri, ut manifeſtet mãdãtẽ? dicas, quòd ſic. ſecundum Ang. in l. ſi certus. ff. ad Syl. & idem tenet Ang. in lib. malef. in uerbo, Sempronium mandatorẽ. 2. col. & Dec. in conſi. 189. incip. lætatus ſum 6. colum.
106 Sexto quæro, ecce, quis inquiſitus de homicidio ſemper negauit, tandem uerò ex indicijs contra eum exiſtentibus tortus confeſſus eſt, ſe illud qui quidem delictum petraſſe, attamen ad ſui defenſionem, idque offert probare; an admitti debeat ad id probandum, necne? Andr. de Iſer. & Affl. in conſtit. terminum vitæ, in 7. quæ. dicunt, quòd ſic; liceat aliud dicãt iudices ſitientes ſanguinem humanum, licetq; ſe remittant ad dicta per eos in tit. de controuerſ. §. item ſi vaſſallus & tenet hic Luc. Pen. in eg. pr. feſſio. C. de mu.
107 patti. lib. 11. Septimò quæro, an inquiſitus de libello infamatorio; puta, quia fecit libellum infamatorium contra honorem alicuius, & ipſum poſuit in locis publicis; ſi apparent indicia ad torturam, de hoc poſſit torqueri? iſtum caſum habui de facto Salerni, quo tpe ibi eram iudex in perſonam cuiuſdam mulieris, quæ per ſuum filium minorem ſcribi fecit, ſe dictante plures libellos infamatorios cõtra quendam, quem honeſtatis cauſa nõ nomino, quòd eius videlicet ſoror eſſet ſtuprata, & de alijs infamijs. & ſatis dubitaui. an poſſet torqueri; & ſaluo ſemper meliori conſilio, dico, quod totum hoc in eo pendet, ut inſpiciatur, quò crimen poſitum ſit in libello ipſo famoſo. nam ſi eſt tale delictũ, ut ſi uerũ eſſet, pro eo veniret, imponenda pęna ultra relegationem contra nominatum in tali libello; tum ſi author libelli non docuerit uerum eſſe id crimẽ, punitur ipſe pęna illa, qua puniret ille nominatus, & ſic haberet locum tortura, aliàs ſi imponeretur pęna pro eo crimine ibi nominato infra relegationem, non haberet locum tortura; vt eſt tex. iuncta gl. & ibi not Salyc. in l. unica. C. de famo. libe. quæ omnia notes in actu practi-
108 co. Octauò quæro, an poſſit torqueri ille, qui domum alicuius ſaxis impetierit de nocte. hoc dices dependere ex qualitate pęnæ, qua ueniret plectendus. faciens talẽ impetitionẽ. & cum hic caſus de facto eueniſſet in terra Sancti Seuerini, quo tempore ibi eram iudex, volui caſum reperire, & reperi tex. in l. ſi ſtatua. ff. de iniur ponentem in indiuiduo caſum, quòd actio iniuriam competit, & ſi tortura non
109 habet locum. Nono quæro, quòd ſi aliquis tortus fuit & confeſſus, deinde non perſeuerans in ratificatione iterũ torquetur, & confitetur, in ratificatione verò iterum negat, & denuo tortus confitetur, & in ratificatione negat, quid ſit faciẽdum? iſtam quæſtionem poſuit do. Pat. de Put. in lib. ſyndica. in uerbo, tortura. & dicit ſe habuiſſe de facto, & per ſentẽtiam eundẽ liberaſſe. de quo per Boer. in deciſ. 163. in
110 2. parte. Decimo quæro, quòd ſi tortus quis perſeuerat in negando, & cõtra eum apparent nonnullæ probationes apparentes ex proceſſu, & tortus eſt citra præiudicium probatorum; an poſſit cõdẽnari, quum negauerit. & licet Barthol. Cæpol. conſi. 31. incipien. ruſtici Vicenti. teneat. quòd non, tamen contrarium eſt uerius, per caſum ſingularem in l. qui ſentẽtiam. C. de pęn. quem dicit ad hoc eſſe ſingularem Alex. in l. unius. §. reus. ff. de quæſt. & Ludou. in l. 1. §. hoc reſcriptum. ff. ad Sylleia & Paris de Put. in lib. ſyndi. in uerbo tortura lo ult. in c. quidam latro famoſus prima col. & plenè Gramma. in conſi. 12.

num.

nu 24. & de pœna extraordinaria & ordi-
111 naria, vide ibidem. Vndecimo quæro, an metus torturæ, & ipſa tortura, æquipararentur ad hoc, ut confeſſio facta indicijs non præcedentibus, non teneat, ſi facta fuit metu torturæ: dicas quòd ſic. ſecundũ Bal. in l. interpoſita. C. de trãſ. circa fi. quẽ ibi ſequuntur Doct. & Alex. in l. 1. §. diuus. ff. de quæſt & Bald. in l. maxime. ff. quod fal. tut. aut. & Mar. in l. 1. ff. de quæſt. nu. 42.
112 Et quæ dicatur confeſſio metu torturæ extorta, relinquitur arbitrio iudicis ſecũdum Bart. in d. l. interpoſitas 1. col in uerbo, vlterius not. & Ang. Aret. in lib. male. in uerbo, fama publica in fi. Alex. in l. 1. §. diuus. ff. de quæſtio. Cyn. & Salyc. in l. 2.
113 C. de cuſto. reor. Sed an confeſſio facta per eum, qui fuit ſpoliatus, ut torqueretur, ſed non ligatus, dicatur metu torturæ extorta? Nicol. de Neapo. in l. nouiſſime. ff. de eo, quod fal. tuto. author. dicit quòd non. ſed Sal. in l. 2. C. de cuſto. reor. tenet oppoſitum. & idem tenet Cardi. in clem. 1. § 2 de hæred. dicens, quòd nuditas eſt tormentum, ſicut ieiunatio. Bart. in l. 1. §. diuus Seuerus. ff. de quæſtio. dicit, quod tunc dicitur facta metu torturæ, quando eſt facta adhibitis tormentis: vel facta prope tormenta, aliquo ligato, & præcedentibus minis de torquendo, nõ autem quælibet leuis territio facit uideri confeſſionem ipſam factam formidine tormentorum: ſed requiritur, quòd ſit poſitus in tormentis: uel ductus ad ea. item ſi eſſet poſitus in carceribus, in quibus fame periret. ſola enim ductio ad funem eſt leuis territio. ſed ductio & ligatio bene faciunt videri confeſſionem extortam metu tormentorum. ſecundum Ang. in l. itẽ apud Labeonem § quamuis. ff. de iniur. & dixit Bal. in l. 1. C. de cuſto. reo. quòd ligatus manicis ferreis dicitur torqueri. cõfeſſio autem facta in carceribus, in quib. non denegatur c[illegible]bus & potus, non dicĩ facta metu tormentorum. ſecundum Bal. in l. 1. C. de confeſſ. 6. col. ſed Gandi. in lib. malefi. in rubrica. de quæſtio. & tor. dicit: ſufficit, ſi ſit quis ductus ad chordam, etiã ſi non ſint ligatæ manus a tergo, vt confeſſio uideatur facta metu tormentorum. & ſic contra dictum Aug. in d. §. quæſtionis. & dictum Gandi. ſequitur Auguſt. de Ari. in addi. ad Ang. in uerbo fama publica. in antepen. col. & idem videtur ſequi Bart. in l. nouiſſime. ff. quod fal. tut. auto. vbi dicit ſufficere duci & ſpoliari ante torturam, licet nõ ſit ligatus, & cum hac opinione tranſit. Franc. Brun. in trac. de indi. & tor. in ſecunda parte ſecundæ quæſt. in princ. ſequitur Marſ. in praxi. cri. §. expedita num. 10. licet ibi teneat, quòd confeſſio facta in carcere, dicitur facta metu tormentorum. & quod ſufficiat probari ſolam detentionem, ut præſumatur facta metu tormẽtorum; & tenet, Guido de Suzar. in tract. de indic. & tortur. nu. 72. & ibi Ludo. in addit. dicit, ꝙ confeſſio in ipſis tormentis æquiparatur confeſſioni, quæ fit ad pedem torturæ cum ligantur manus, & terror incutitur a iudice ſemper dicente, quòd ſi non confiteatur ſubijciendus ſit torturæ nam talis confeſſio, niſi detur perſeuerantia & ratificatio, nõ ſufficit ad condemnandum. Paulus Grilla. in tra. de quæſtio. & tor. in 4. quæſt. dicit, quòd cõfeſſio facta in iſtis præparatorijs tormentorum dicitur extorta metu tormentorum, & indiget ratificatione; & ſequitur Tho. Gram. in conſil. 15 nu. 7. ego pro nunc limitarem omnia prædicta, ut procedant in homine debili & infirmo ac ruſtico; ſecus erit, ſi eſt homo robuſtus & ſagax, quia tunc ualet confeſſio nulla alia data perſeuerantia & ratificatione, quia ſi verè ſit tortus idq; modicè; & eſt homo robuſtus, & confitetur, confeſſio ipſius ualeat & tenet, etiam non data perſeuerantia & ratificatione; ut dicit Bal. in l. 1. C. de confeſ. & ſequitur Paris de Put. in lib. ſyndi. in uerbo, tortura uerſ. an ex ſola confeſsione. & ſequitur. Gramma. in uoto 6. nu. 8 cum alijs ſequẽtibus, quanto igitur magis, ſi ſolus terror ſint illatus.

114 Duodecimo quæro; ponderandus cõfitetur ſe cõbuſſiſſe ſcripturas, an poſsit torqueri, ut cofiteatur, qua de cauſa combuſſerit? dicas, quòd ſic; vt conſuluit Bal. in conſi. 224. in quarto lib. & refert & ſequitur Bernard. de Landria in additio. ad quæſtionem, quam tangit Ang. de Are. in uerbo, falſario dilacerante, comburente,
115 vel celante literas alienas. Decimotertio quæro, an confeſsio requirat ratificationem, ubi facta eſt in tormẽtis, ſi plenè

tiuam vel negatiuam, vt ipſi melius videbitur. ſecundũ Bal. in l. accuſationẽ. C. qui accuſ. non poſſ. in vlt. col. quem ſequitur Brun. in trac. de indi. & tor. in 5. q. 2. part. nu. 4. quorum doctrina approbata fuit in ſacro regio conſ. Neap. vt refert Capit in deciſ. 145. inchoãti, in cã cuiuſdã accuſati. quo caſu ſi ſequatur confeſſio, licet extorta videat̃ ſine ind cijs: tñ eſſi. ax erit & ualida: quã quidem concluſionem ſane intelligo, vt procedat, qñ inquiſitus vel accuſatus interrogatus ſup facto ſubſtãtiali videlicet an cõm ſit tale delictum, vel homicidiũ, non vult rñdere, vel non dat rñſum affirmatiuũ uel negatiuũ. non aũt intelligo qñ non rñdet alijs interrogatorijs ſibi factis, concernentibus qualitates ſeu circunſtantia, & nõ factũ principale, & ita vñr innuere præfati docto. dum dicunt, qñ non reſpondet accuſationi ſeu inquiſitioni. intelligo ẽt prædicta procedere, qñ conſtat delictũ eſſe cõmiſſum in genere, ſed non cõſtat de delinquẽte, intelligo ẽt prædicta procedere in his perſonis, quæ hẽnt legitimã perſonã ſtandi in iudicio, aliàs ſi eſſet minor, vel alius, dẽt interrogari & moneri, vt rñdeat, dato ei curatore. itẽ prædicta procedunt, niſi forte habuerit aliquam legitimã cauſam non rñdendi, & eſt rõ huius o eiſionis ꝙ vr̃ contemnere iudicẽ, & efficitur contumax taliter, vt ratione illius contemptus & cõtumaciæ poſſit cogi, vt certũ rñdeat, vt dicit Bart. in l. de ætate. §. qui tacuit. & § ſeq ff. de interrog. actio. aliàs cum ego practicaſſem iſtam limitationem tribus vicibus in terra ſancti Seuerini, fuit mihi oppoſitũ, quòd non poterat torqueri non reſpõdens interrogationibus iudicijs, ex quo inquiſitus non tenet̃ reſpondere poſitionibus curiæ criminoſis, & per conſequens nõ poteſt dici inobediens, vt dicit Bal. in l. 1. C. quomodo & qñ iu. & in l. 2. §. quod obſeruari. C. de iur. calum. & in l. 2. C de eden. & ubiq; per doc. & qui hęc dicebat, erat magnus leguleius, ego autẽ dicebam ꝙ quidem uerum ſit quem non teneri reſpõdere poſitionibus datis a parte parti ad releuandum eum ab onere probãdi, ſed interrogationib. iudicijs ex eius officio factis compelli reſpõdere & teneri. quia non interrogat ponendo, ſed inueſtigandi cã ueritatẽ, interrogando, qđ facere poteſt, ut dicit idem Bald. in d §. quòd obſeruari, & idem tenet Ph l. Frãc. in c. 2. de confeſ. in 6 & melius Bal. in l. 2. C de exhi. re. & in l. ſi accuſatorib C de accu & Bar. in l 4 § hoc autem iudicium. ff. de dam. infect & Albe. de Roſ. in d § qđ obſeruari, & eſt text. & ibi Bar. in l. de minore § plurimũ quoq;. ff de quæſt. & in l. diuus. ff de cuſto. reo. & Archi. in § quòd dr̃. 22. q. 2. ubi dicit quòd reus a iudice interrogatus an deliquerit; tñdere tenetur veritatẽ, etſi tractaretur de periculo mortis, ex quo per viã inſtitutã eſt interrogatus, & adde Abb. in c. cum ſuper de cõfeſ. ad ſi. & Io. Bernard. in pract. canonica, in
5 verbo, promotor ſeu fiſcalis. Secundo limitantur prædicta vt procedant, qñ quis torquetur ad eruendã confeſſionẽ, cõtra ſe, ſecus, ſi torquet̃ ad eruendã cõfeſſionẽ contra aliũ ut teſtis. quia eo caſu ẽt non præcedẽtib. indicijs torquetur, quod quõ procedat, dixi ſupra in verbo, item capiat
6 informationem. Sed ut poſſit torqueri teſtis, requiritur, ut cõuincatur, quòd inter-
7 fuit, ut dixi ſuprà. Tertiò limitantur prędicta, vt non procedant in cuſtodibus pecuniarũ uel aliarum rerum furto ſubtractarũ quia ut indicent, fures, ſine alijs indicijs torqueri poſſunt, & cõfeſſio eorum ualida erit ſecundũ Bar. per illũ text. in l. 1. in 4 not ff. de offi. præfe. uigi. & in l. 1. in fin. ff. de furt. ad nau. caupo. & ſta. & Io. de Imo. in conſ. 2. caſu propoſito & not. Bar. Veron. in conſ. 18. ſtatutũ uicẽve. col. pen. Aug. de Are. in lib. male. in uerbo, ueſtem cęleſtẽ col. 4 uer. & ẽt tu iudex aduertas, quod dictũ ſequitur Phil. Dec. in cõſ 473. & hoc eſt uerum, ſi ueriſimiliter potuerũt habere notitiã, prout per Ang. & Ber. in
8 addit. ubi ſup. Quarto limitantur prædicta, ut non procedant in bannito & cõtumace, qui ex ſolis bãno & cõtumacia nullis pcedentibus indicijs torqueri poterit. & ſi tortus cõfitetur, eius cõfeſsio ualida erit. ſecundum Nicol. de Matra. & poſt eũ Bal. in l. 1. in 3. col. C. de hære. inſtit. quos refert & ſequit̃ Fran. Brun. in trac. de indi. & torr. in 35. col. in prin. uer. addo alium caſum & Mar. in l. 1. ff de quæſtio. nu. 3. & Nicol. Boer. in deciſ. 163. nu. 5. in prima parte & Mar. in pract. crimi. §. diligenter

ego

ego autem ſemper dubitaui de iſta cõmuni cõcluſione doctorum, & adhuc dubito.

9 Inquiſitio porrò non poteſt formari nõ præcedentibus indicijs, & formata aliter, non tenet, & ipſo iure eſt nulla ſecundum Fulg. in conſ. 207. inci. ſuper eo. 2.3. col. & in conſ. 149. incip. in cauſa inquiſitionis formatæ poſt pri. & Cuman. in conſi. 135. incip. ad primum. poſt prin. de quo ẽt per Marſ. in praxi. cri. § conſtante. nu. 33. ergo non poteſt citari ſuper inquiſitione nulla. & citato ſic aliquo, & facto cõtumace, cõ-

10 tumacia non debet ſubſiſte. Nam contumacia & bãnum faciunt tũc demum indicium ad torturam, qñ rite & rectè præceſſerũt omnia, & ſeruatis ſeruãdis emanata ſunt, & quando emanata ſunt ſuper inquiſitione inualida, alias aũt non ſortiuntur effectum, cùm nulla & inualida nõ ſint in conſideratione, & nullum operentur effectum, ut l. 4. § cõdemnatum. ff. de re iud. l. non putauit. §. nõ quæuis. ff. de bo. poſ. cõtra tabu. & in proprijs terminis conſuluit

11 Mar. in conſ. 119. nu. 51. in 2. lib. Præterea ad torturam deueniri non põt nõ conſtito de delicto. l. 1. § illud aũt. ff. ad Syll. & ibi Bar. & Tancre. de Cor. in cõpe. ſua ĩ 17. q. Bar. & Lud. Rom. in l. fin. pri. col. ff. de quæſtio. & Bar. in l. 1. ff. de teſta. & mili. & plenè Mar. praxi. cri. § 1 & in ꝓprijs terminis de cõtumacia & banno ita arguit & firmat Boer. in deci ſup alle. nu. 5. de quo

12 p Aym. Cra. in conſ. 244. in 2. lib. Præterea nõne habemus ꝙ ad hoc, ut inquiſitio valida formetur, neceſſe eſt ꝙ cõſtet de offẽdẽte, ſaltẽ ꝑ ſigna? ut, quia claudus cęcus, vel aliter, maximè, qñ ꝓceditur contra abſentem, ut in caſu nr̃o, ut plenè hr̃ per Marſ. in praxi. cri. in d. § j. nu. 17. nec cõſtare põt niſi capiatur informatio, & ca. non poteſt informatio de offendente, quin probent indicia cõtra eum, & ſic non vr̃ poſſe dari caſum, in quo procedat cõcluſio ſupra for-

13 mata. Præterea nonne habemus, quòd accuſator nõ admittitur, ad accuſandum ſi non habet probationes paratas? ſecũdum Spec. in tit. de aduo §. 2. uerſ. facta autem & in ti. de accuſa. § 2. vſque ad uer. cum autem & ſic, ſi nõ admittitur accuſatio, minimè cõceditur citatio contra accuſatorem, non exiſtentibus aliquibus indicijs cõtra eum, nec capta aliquali informatione, ex quibus omnib. apud me ſatis redditur dubitabilis prædicta communis cõcluſio doctorum, quam Boer. ubi ſuprà, dicebat.

14 In uno uerò caſu procedere opinionem & cõcluſionem ſupra firmatam admittendum eſt, quãdo uidelicet captę ſunt informationes, & ipſis mediãtibus proceſſum eſt ad faciẽdum inquiſitum cõtumacem, & demum perditæ ſunt informationes, & remanſerunt contumacia, & bãnum, quo caſu poteſt deueniri ad torturam ex ſolis

15 banno & contuma. Sed dicat quidquid velit Boer. pro ſaluatione communis concluſionis ſupra formatæ, adhuc tamen remanent dubia propoſita, & perditio informationis nõ reddit validam contumaciã & bannum, vbi nõ concurrentibus prędictis apparent inualida illi iudici, qui nũc habet torquere reum, quare ipſemet recedit à dicta ſaluatione, & iſto etiam caſu tenet & requirit examinationẽ teſtiũ de nouo ſuper delicto, & debere audiri ipsũ cõtumacem ſuper ipſis bãno & cõtumacia, & teſtibus de nouo examinãdis. quid ergo dicendum in iſta vtili & ſubtili quę. & ma-

16 le explicata per doc. Ego ſane pro tenui facultate mea dicerem, firma remanente dicta communi concluſione. quòd ex ſolis contumacia & banno quis poſſit torqueri non præcedentibus alijs incidijs, pluri-

17 bus modis eſſe limitandam. Et primò limitatur, ut procedat quando conſtat delictum eſſe commiſſum in genere, per ſup.

18 allegata. Secundò limitatur prædicta cõcluſio, ut procedat, quãdo rite & rectè proceſſerunt bannum & contumacia ſeruatis de iure ſeruandis & ſeruata conſuetudine loci, uel diſpoſitione ſtatuti, ita ut aliqua nullitas cõtumacię & bãni non poſſit impingi, quod eſt, quãdo aliqua ex cauſa ci-

19 tatio eſt inualida. Quia vitiata citatione, nõ tenet proceſſus in cõtumaciam factus ſecundum Bal. in auth. ſi omnes. C. ut ſ. ab hæ. abſti. Afflict. in conſti. cauſas. in 5. no. in fi. defectus enim citationis eſt defectus iuris naturalis, ut in cle. paſtoralis. de re. iu. & Alex. in l. iuſtè poſſidet. ff. de acq. poſ. & ideo actus iudiciales nulli, nullum ꝑducunt effectũ, ut dixit Bal. in l. 1. C. ne ex deli. de. & ſic citatio minus legitimè facta, habetur pro nulla, dixit Bal. in l. properandum. §. & ſi quidem. 2. col. C. de iud.

poſt Inno.quem ipſe allegat in c. preterea de dilatio.& ſic videndum eſt ante omnia, num ſeruata ſint oĩa requiſita per cõſt.citationis literæ,& edictorum.num alia requiſita & ſolennia ſeruata ſint in ipſis contumacia & bãno atq; hæc quidem circunſpectus iudex proſpicere debet,antequam ad torturam deueniat. debet ẽt conſiderari qualitas delicti,& an pro eo poſſit habere locũ tortura,an non,& an inquiſitio ſit valida,an inualida ex aliqua cã.per alleg.
20 per Mar.in conſ.ſup.alleg.117. Tertiò limitatur ut procedat nõ ita indiſtinctè nõ præcedentib.indicijs,ſed ita demum,ſi cõſtat de delinquẽte per aliquas cõiecturas, & pſumptiones,licet nõ graues,& per aliqualẽ informationem, & licet nõ ſint plena & perfecta indicia, tamẽ ſint talia ut ex ijs animus iudicis meritò moueri poſſit ad expediẽdã citationem,& hoc ex ſuprà allegatis:ſed in hoc Affl.in conſti.pœnam eorum.in 12.not uidetur tenere, ꝙ non ſit neceſſe,quod aliter conſtet de delicto,ſed ſufficiat,ut conſtet de contumacia & banno,ut quis poſſit foriudicari,& tantò quidem magis torqueri. & ſic ex dicto ipſius uidetur ſubſtineri poſſe precedẽs cõcluſio, ſed dicat quicquid velit Afflic.nos. alia ſequi docet ratio:quia ſi eius dictũ eſt uerũ, & debet intelligi, dummodò cõtumacia & bannitũ rite & rectè pceſſerint, nõ põt tamen eſſe,niſi concurrentib.prędictis,ut ſuprà latè diſſerui,ſi uero dicamus eius dictum non eſſe uerum, prout cõtra eum tenuit Iaſ.in l.oẽs populi.12. col. ff.de iuſt. iu.quatenus dicit, ꝙ quis ex ſola cõtumacia nõ põt occidi, habemus intẽtũ noſtrũ.
21 Quartò limitatur,ut procedat facta litis cõteſtatione, & audito contumace in ſuis iuribus,& defenſionibus,ut ſentit Boer.in deciſi.163. nu. 5. in prima parte.& uoluit Carre. in praxi. cri. in repetitione l.obſeruare.C.quo.appe. ſed nõ obſeruant. iudices ſuperiores & uidetur velle Affli.in cõſti. pœnam eorum. in 3. notabil.in quantum vult, ꝙ cõtumax poteſt ſe defendere, & ẽt opponere, ꝙ accuſatio uel inquiſitio non procedit, uel probare ſuam innocentiam.
22 Quintò limitatur, ut non procedat, qñ conſtat de innocentia contumacis & banniti.uel apparent indicia innocentiæ fortiora. nã ſicut alia indicia tolluntur p cõtraria indicia,& cõtrarias probationes,ita & bãnum,ut per Bal.in l. obſeruare curabis.C.quo appel. ibi in text. de viſo quem
23 ſequitur Carr. ubi ſup. Sextò limitatur, ut nõ procedat in clerico cõtumace & bãnito,cõtra quẽ nõ põt procedi ad torturã, ex quibuſuis indicijs, niſi aliàs ſit infamis ut tenet Abbas Antiquus in c.grauis.extra de depoſ.quem ſequitur Abb.Sic. in c.cũ in cõtemplatione.de reg.iu.& plenè in pprijs terminis firmat Boer. in deciſio.ſup.
24 alleg.165. Septimò limitatur,ut non procedat in contumace & bãnito intra duos menſes a die contumacię & bannito intra duos menſes a die contumacię & bãnitionis comparente, qui nec in bonis, nec in perſona offendi poteſt infra dictum tem-
25 pus.per tex.in conſti.clementię. Octauò limitatur,ut nõ procedat, quãdo cõparet ſpõte,prius impetrata ſecuritate ab eo iudice,coram quo cõparet, iuxta terminos
26 conſti.clementiæ.in 2.caſu. Nono limitatur,ut procedat, quando contumax & bannitus captus eſt ab eo iudice, qui eum contumacẽ & bannitum fecit,non autẽ ſi ab alio iudice captus eſt, & hoc ex doctri. Affli.in cõſti.humanitate.in 13.not.uerſ. ſed iuxta præmiſſa quæro.ubi ponit q̃ſtionem de eo, qui cõtumax eſt in una curia, & demum capitur ab alia,& affert tũ fideiuſſoriam cautionẽ de ſtando iuri,& petit ſe liberari,& ei opponitur,quòd nõ debet admitti,quia quòd cõtumax in alia curia, finaliter ipſe dicit diſtinguendo,quòd aut vna curia dependet ab alia,uel dependent ab eodem rege,ut eſt magna curia & iuſtitiarius regius,uel alius regius officialis,& tunc cõtumacia habet uires etiam in alia curia,ita,ut non habeat locum fideiuſſio, aut ſunt diuerſæ curiæ omnino,& eo caſu contumacia non habet uires in alia curia, ut nõ admittatur ad oblatam fideiuſſoriã, cautionem.& ſic eo caſu minimè põt procedi ad torturam,qđ eſt notandum,& ali-
27 bi non inueniens. Decimò limitatur,ut procedat in uero cõtumace. & ſic in citato pſonaliter,nõ autem in ficto contumace,& ſic in citato domi,ſecundum Grammat.in conſ.45.nu 25.cum ſequen. ſed intelligerem hãc limitationem procedere de iure cõmuni,non autem de iure conſti. regni, ſecundũ quas cõſtitutiones non fit diſtinctio,

ctio, an quis ſit perſonaliter citatus, an domi, dummodo ſit citatus ſeruata forma cõſti. citationis literę, vt plenè, proſequitur Carre. in l. obſeruare curabis C. quo. appel. non recipiãr. nu. 59. uerſ. ſextus caſus.
28 † Vndecimo limitatur, ut non procedat, quando extat ſtylus uel ritus in curia, quòd non procedatur ad citationẽ, niſi capta in formatione, & conſtito, quia tunc ſi aliter erat contumacia eſſet nulla. & ex hoc infertur, quòd in magna curia vicaria, ubi eſt talis ritus, præcedens cõcluſio doc. omnino nõ procederet quia cum in aliquo actu requirit aliqua qualitas, neceſſe eſt, prius de ipſa qualitate ut conſtet, ut dicit An. in l. §. ſi quis neget. ff quemadmo. te aperiatur
29 ſequitur Alc. cõſ. 82. 2. col. 1. li. † Duodecimò limitatur, ut non procedat in omnib. perſonis, ſed habita ratione ad qualitatẽ perſonarũ, ut ſi eſt aliqua perſona, quæ ex cauſa neceſſaria, iuſta & excuſabili, ſe abſentauerit, & nõ metu delicti, ut ſi eſt aliquis mercator, qui cõtinuò ſolet accedere per nundinas huc illuc, uel ſi eſt aliquis nobilis ĩ dignitate cõſtitutus, illũ uerisimile eſt, ſe abſentaſſe ex cã probabili & neceſſaria uel ſi eſt ſcholaris, qui receſſit a ſtudio, ut proficiſceretur in patriã, & ſic de ſingulis nã in talib. dicta concluſio doctrum non procederet, ut ẽt dicunt Nico. de Matta. & Bal. in d. l. 1. C. de hære. inſt. & ita per plura firmat. Bla. in repetitione. l. fi. de q. nu. 293.
30 Decimotertiò limitatur, ut nõ procedat, quãdo accuſator uel iudex inquirẽs dedit cauſam fugæ, ut quia armata manu inſequuti fuerũt reũ ante citationẽ, & quando ab ipſis proceſſerũt minæ, & cõminatiões ſe ipsũ torturæ ſubiecturos uel male tractaturos, uel quia officialis eſſet nimis ſeuerus & ſolitus de facto procedere ad carcerationẽ & torturã, ut pulchre uoluit Pe. de Anc. in cõſ. 409. probata rata ſẽtẽtia. &
31 ſequit Gra. in cõſ. 4. poſt deciſi. nu. 25. Decimoquartò uidet limitari poſſe in minore. per ea, quæ dixit Paul. de Caſ. in l. ubi exigitur. in ſi pr. ff de edẽdo, & Bal. & Ang. & Alex. in l. 2. 1. col. ff. ſi quis in ius uoca non iuer. & do. Phi. de Peru. in c. Nicol. in ultima col. de appellatio. & eſt his remanet
32 expedita penè quæſtio † Sciendum tamẽ eſt, quòd intantum eſt uerum iſtud, quòd confeſſio extorta per torturam nõ præcedentibus indicijs eſt nullius efficaciæ, & momenti, ut dicta cõfeſſio non cõualidet ſuperuenientibus ex poſt facto indicijs, vt eſt gl. ſing & ibi notat Bar. in l. maritus. ff. de quæ. & ſequitur Bal. in l. fi. C. de accu. & Lu. de Ro. in conſ. 167. & Bru. in tra. de in-
33 di. & tor. in 5 q 2. partis. nu. 47 † Illud tñ omittendum non eſſe cenſeo, quòd licet confeſ. extorta nõ præcedentibus indicijs nõ ualeat, tamẽ ſi cõfeſſio facta fuit in tortura de aliquib. delictis de quibus extabãt indicia; poterit interrogari & torqri de alijs delictis in genere, licet de eis aliqua indicia nõ extarẽt. & hoc de generali cõſuetudine Italię, ut dicit An. de Are. in li. ma in uerbo, fama publica. ĩ finalibus uerbis. idẽ tenet Odo. in ſuo tra. de quę q. 11. inc. quid de quęſtione quotidiana. idẽ ſequitur Cę. in cõſ. 40 in 8 col. & firmat Lu. Bo. in ad. ad Guido. de Suza. in tra. de tor. fol. 3. uer. quid ſi perſona inculpata. & ita refert ſeruari Gra. in de. 33. nu. 33. cũ ſe. & in de 48. & dicit nedum procedere in furtis, ſed in omnib. delictis. & ita dicit ſeruari per magnã curiã uicariã, & ſi ſequit cõfeſſio, ualida erit, licet nõ ad cõdẽnãdũ, quia inde cẽter ut ſu. dixi in confeſſione ſpontanea.
34 † Vlterius ſciendum eſt circa huiuſmodi primũ dictũ & requiſitũ, quòd ſi tortura fuit modica, ut quia parum alzatus ſupra terrã quis cõfitet, & homo non infirmus, ſed robuſtus tortus, & demum cum interuallo tẽporis ratificat & expreſſã perſeuerat in cõfeſſione, ẽt ſi legitima indicia nõ pceſſerint, confeſſio ipſa ualet & tenet, ut magiſtraliter firmat Par. de Put. in li. ſyn. in uerbo, tortura. ca. an ſola cõfeſſione. & idem Amed in li ſi. fo. 8. uer. itẽ tenetur. & conſuluit Marſ. in conſ. 85. in 1. li. qui cũcta regit. & conſ. 103. 1. li. in præſenti caſu inquiſitionis 3. col. & firmat Gra. in deciſ. 34. nu. 55. cum ſequen. & ita dicit uidiſſe ſeruari in magna curia uicar. & ſed uide ad hæc Alex. conſ. 47. colum. 4. libro. & cõſ. 99 & 98 in 4 lib. & Pau Grillan. in tract. de quęſtio. & tor. uerſ. quarto nunc uidendum, nu. 4. & Bal. in l obſeruare C. quorũ app. non recip. an. uerſ. quęro quid ſi quis. & ibi Ant. Barb. in additio & uide ea, quæ dicit Marſi. in l. 1. ff. de quęſtio. nu. 42 cum ſequen. ubi idẽ operatur tortura, quòd metus torturæ, ut cõfeſſio ĩfringatur extorta

per

per torturam non præcedentibus indicijs cogitare ſuper prædictis in facti contingē
35 tia † Item adeo ſunt vera prædicta, q̄d cō feſſio extorta per torturam nō præcedēti bus indicijs eſt inualida, ut ſi aliqs tortus leuato uelo, & ex abrupto, & nullis p̄cedē tib. indicijs confiteatur, ſe occidiſſe homi nē, & illi intuliſſe tria uulnera, & eū ſepe liſſe in horto ſuo, ēt ſi ea cōfeſſione audi ta, iudex mittat militē ad dictū hortū, & ibi ille īueniat cadauer ſepultū cū trib. uul ner. ſicut ipſe tortus dixerat iudex illico nō poſſit eū condēnare ad mortē ex dicta cōfeſſione, ēt ſic uerificata per oculorū in ſpectionem, atq; ideo id, q̄ extorta fuit nullis p̄cedētib. indicijs, quinimo debet ipſum iudex abſoluere ab inſtantia ſeu obſeruatione iudicij & tū demū inchoare nouā inqui ſitionē & proceſſū, & ſic tādē ipſum punire. vt latè pſequitur Mar. in pra-
36 xi. cri. in § ſecunda quæſtio. totū §. † Sex iuxta prædicta quæro, q̄ ſi tortus ab aliquo prætore prædicto nō ſeruatis ſeruandis, ſed leuato uelo & indicijs non præcedentibus confeſſus ſit, ac poſtea ab illo remiſſus ad aliū iudicē ſuperiorē examināti illi & in terroganti, nū vera eſſet illa cōfeſſio, q̄ in tortura fecit corā priore præſide, reſpōde rit verā eſſe, an u gore tal s confeſſionis poſſit cōdemnari dubiū facit, quia pri. lo co fuit tortus indebitè & minus iuſtè, un de quicquid poſtea ſequitur, vr̄ fieri metu torturæ. ſcdm gl. in l. pe. ff de q. hanc quæ ſtionē tāgit Marſ. in prax. c. i. in § occur rit. per totum. & poſt multa diſtinguit ſic, aut iſte reus erat homo rud s & id ota, ac ignarus literarum, & tunc vr̄ quod ſecun da cōfeſſio facta corā illo iudice ſuperio re ipſi non noceat uec ēt prima. per gl. in d. l. pe quia ipſe reus vr̄ hoc dixiſſe vigore torturæ præcedentis, & timore, ne iterum torqueatur aut erat homo ſagax. practicus & expertus, qui uerisimiliter poterat ſcire q̄ prāes eum nō torqueret, niſi haberet ſuf fic ētia indicia & tūc talis cōfeſſio ſecūdo loco facta ei noceret, quia non vr̄ illam fe ciſſe metu torturæ, uel ſi per ſecundum iu dicem fuiſſet reo dictum, q̄ non deberet timere de aliqua tortura, ſed quod deberet dicere veritatem, & iſto caſu ipſi noceret talis ſecunda confeſſio aut econtra fuit di ctum, & non nocet, ut latè hr̄ per eum ad prædicta, facit, q̄ dicit Gram. in conſil 40. nu. 14. ubi tenet, q̄ confeſſio ſponte ratifi cata extra torturam, licet primo loco fuiſ ſet extorta per torturā legitimis indic js non præcedētib. nocet & tenet, maximè, ſi eſt iurata: & pro prædictis facit notabilis doctr Bald. in l unica. C. de conf. in 5. col. in 3 oppo. ubi ait q̄ ſi tortus fuit quis non præcedentib. indicijs: ſi poſtea perſeueraſ expreſſe in publico, ualida eſt cōfeſſio & dr̄ no. in gl. d. l. i. & in l. diuus. ff de quæ. ſed contra Bal. tenuit Rom. in conſ. 167. inci. Antonius accuſatus. & circa prædicta vide Par. de Put. in tra. ſyndi. in uerbo, tortura. verſ. an ex ſola cōfeſſione. ubi uidetur uel le ſuſtinere opinionē Bal. vbi ſuprà. & ui de Pau. Grill. in tra. de quæſt & tor. uerſi. 4.
37 nunc uidēdum. † Non omitto, q̄ licet cō feſſio torti non præcedentib indicijs ſit in ualida, tn̄ cōfeſsio territi & ēt confitentis apud chordam ualeat & teneat. quoniam licet nō præcedentib. indicijs minimè qs torqueatur, terreri tn̄ pōt & duci ad chor dam, & ualet cōfeſſio. ſcdm. Bal. in l. 2. C. quo appellat non recipia. & dixi ſupra in
38 uerbo, rei induati torqueantur. † Item eſt ſciendum, quod etiam in crimine læſæ maieſtatis confeſsio extorta non præcedē tib. legitimis indicijs etiam ratificata, nō tenet, ut ſatis abundè proſequitur cōſulen do Marſ. in conſ 46 nu. 14. in 1. l. & conſil. 14 nu. 24 eod. uolum. & conſ. 18. nu 7. eo. lib & per Fran Bruu. in tra. de indi. & tor.
39 in q 5. 2. partis num. 49 † Secundò princi paliter requiritur, quod his ſit cōfeſsata ſe cundum Bar. in l. ſi adulterium cum ince ſtu. per illum tex. ff. de adult. quem refert & ſequitur do. Alex in l. 1. ff. de quæſtio. & ibi Marſ. nu. 14 & Bru. in tract. de indi. & tor. in 5. q. 2. partis & ſequitur Affli. in con ſtit. ſi damna clandeſtina. in nono notabi. alias confeſſio inde extorta non ualet, ut docet prædicta Hippol. a Marſi. in praxi. crim § poſtquam. & §. nunc uidendū per
40 totum. † Tertiò requiritur, quod facta li tis conteſtatione & dato termi. ad probā dum, teſtes examinati ad informat onem curiæ, repetantur & examinentur parte ci tata ad videndum iuramēta teſtium, alias non probarent. ac de hoc plenè dixi in uer bo, & demum repetantur teſtes curiæ, & quod aliter non probarent, dixit multum nota-

notabiliter Ang. de Are. in lib. malefic. in verbo, fama publica 2. char. uerſi. quæro qualiter probetur. & Bar. in l. fi. ff. de quæſtio. & uoluit Saly. in l. fi. in fi. C. eo. & Bal. in l. iubemus. 3. col. uerſic. item dixi. C. de proba. & Angel. in repet. l. ſi uacantia. 27. col. C. de bo. vacan. lib. 10. pleue Marſ. in l. 1. ff. de quæſt. 2. col. nu. 7. & vide Afflict. in conſti. humanitate. & in conſtit. ſi dam na clandeſtina. & Brun. in tract. de indi. & tort. in 2. q. primæ partis. num. 9. & 10.

41 Limitantur prædicta duo indiſr. baroribus ſtratarum inſignibus, incendiarijs, violentis, raptoribus, & committentibus grauia crimina, qui omnes laborant infamię. nam in iſtis ex proceſſu informatiuo proceditur ad torturā ex præeminentia magnæ curiæ vicariæ, ut teſtatur Affl. in deciſ. 351. incipiē. fuit dubitatum quæ præeminentia qualiter intelligatur, videatur Gramm. in uoto tertio per totum.

42 vbi plenè. Sed aduertendum eſt, quòd nō ſolum prædicta habent locum ex præeminentia magnæ curiæ vicariæ, ſed ēt ex diſpoſitione iuris communis, vt voluit Hippo. de Marſ. in l. 1. ff. de quæſt. nu. 37. 38. & 39. & dicit velle. Guido de Suzar. in tract. malef. ſub rubr. qualiter fit inquiſitio. in prin. & Gandi. in lib. maleſi. ſub rubrica. quomodo cognoſcatur de malef. p inquiſitionem, in uerbo, facta & completa. & uoluit Gramm. prædicta referens in dicto uoto 1. & iudex torquens aliquem ex proceſſu informatiuo in caſu arduo, erit excuſatus ſecūdum Alex. in conſ. 65. in 1. lib. & in conſ. 41. 2. vol. incip. habita

43 ſuper contentis. Sublimitatur etiam prędicta tertia limitatio in quantum dixi, ꝙ teſtes debent repeti parte citata, ut non procedat in crimine læſę maieſtatis, quia etiam ſi non ſint repetiti parte citata, tamen probant. ſecundum Marſi. in l. unoquoque. ff. de re iud. & Fel. in c. quoniam.

44 de probat. & Capit. in deciſ. 127. Et idem dicit procedere in crimine aſſaſſinij. ſecundum Archi. in c. 1. de homi. in 6 ſequitur Gemi. ibi. in §. fi. & do. Fel. in cap. quoniam frequenter. in pen. col. ut lite non conteſta. idem tenet Hoſt. Lap. & Philip. Fran. ibidem & Gram. in conſ. 40. num. 8. tamen Fely. in c. in nomine domini. in 5. limi. de teſt. & Gra. uoto 11. tenet contrarium. ſed pro pri. opi. facit, ꝙ crimen aſſaſſinatus æquiparatur crimini læſæ maieſtatis ſecundum Mar. in conſ. 19. & Gra. voto 2. ſed in crimine læſæ maieſtatis, ꝓbant, ergo ita ēt dicendum eſt in crimine aſſaſſinatus æquiparato crimini læſæ ma

45 ieſtatis. Vnum tamen non puto omittendū in iſta materia, ꝙ licet teſtes receptī parte nō citata nō faciant indic ū, tñ faciunt aliqd argū & præſumptionē, vt

46 dicit Gra. in d. deciſ. 34. nu. 33. Sed iuxta prædicta quæro, an ſemper & omni tpe poſſint teſtes repeti parte citata? d. cas, ꝙ nō, quia poſtquam pronunciatū eſt in cā, non poſſunt repeti, vt dicit Gra. in deciſ. 28. & poſt cōcluſionē minimè; & ſic poſt citationē ad dicendū, vt dicit Cap. in deciſ. 25. incipiē. in cā magiſtri Antonini & dixi ſupra: & videatur Affl. in conſt. termi num vitæ. in uerſ. ſexto quæro. ubi diſtinguit, an ad inſtantiam partis, an ex officio

47 procedatur. vide eum. Quartò requirit, ꝙ teſtes repetendi & examinandi nō ſolū examinent p. rte citata, ſed ēt requirit, ꝙ examinentur per ipſum iudicem, & non per ſolū notarium actorum, aliàs nō probarent, & per conſequens, ſi vigore eorū fuerit ad torturā proceſſum, & extorta cō feſſio, ipſa eſſet inualida, niſi fuerint examinati ex cā, eū omiſſione iudicis, ut eſt tex. in clem. 1. de offi. deleg. & ibi hoc voluit clarus glo. & Bal. in rubr. de contto. inueſt. 2. col. & plenè proſequitur Marſil. in l. 1. ff. de quæſt. in princ. nu. 6. uerſ. ſeptimo

48 requiritur. Quinto requirit, ꝙ ſi eſt minor torquendus, iudex det ipſi curatorē, aliàs proceſſus eſt nullus; nulla ēt con feſſio inde ſequuta, ut dixi ēt ſupra in cōfeſſione ſpontanea, & not. Ang. de Are. in lib. male. in uerbo, comparent dicti inquiſiti, & cōfitentur totū. & plene dixit Mar. in l. de minore. ff. de quæſtio. & Par. de Puteo. in tract. ſynd. in uerbo. tortura. uerſi. an confeſſio adulti. & idem Marſ. in l. 1. ff. de quæſtio. nu. 17. uerſ. octauò requiritur at non ſimiliter curator debet authorari minori, qñ torquetur, vt ſic reſpondeat, quia nec debet intereſſe, ut habetur per do. Lanfr. in cap. quoniam contra. in uerſi. confeſſiones. extra de proba. & per Bart. in l. minor 25. annis omiſſam. ff. de mino. & ſequitur idem Mar. in l. de minore. nu. 55. ff.

49 55.ff.de q. Vbi plus ſubdit: quòd ſi non fuit datus curator,ſed conſtitutus procurator legitimè,proceſſus valet & tenet,& hoc dicit probari ex doct..Bal.l. in l cum minores. per illum tex.3.no. C. ſi aduerſ.
50 rem iudic. Sextò requiritur, ꝙ confeſſio nō ſit extorta per torturā poſt appellationē legitimè interpoſitā, quia eſſet nulla ſn̄ia qn̄ a decreto de torquendo eſſet appellatū;& ſtatim facta appellatione ligātur manus iudicis non expectata inhibitoria,ut eſt doctr.Ang in lib. mal. in uerbo.fama publica.verſ.aduertas tamen. & hr̄ in c.regni.ſi iuſtè. circa quod eſt aduertendū,ꝙ d.c.dicit,ſi iuſtè quis appellauerit, recipiatur appellatio ante adhibitam torturā: ergo a contrario ſenſu, ſi iniuſta eſt appellatio, poteſt iudex non recipere appellationē,& ea non obſtante procedere ad torturam:qd puto eſſe qn̄ oīa rite & rectè proceſſerunt, quia datæ fuerunt defenſiones & repulſa cōceſſa,cū eſſet petita,& publicatus proceſſus,& auditus reus in omnib.ſuis iuribus,cū eius procuratore legitimè conſtituto, & indicia nō ſunt euacuata per defenſiones; & ſufficientia ſunt ad inferendā torturā, & nō leuia, & moderatè fuit tortus; & ſic non haberet, de quo cōqueri poſſet; imò iudicium vr̄ potius fieri ad dilatandū,quā alia ex cā,& hūc intellectū ad dictū c.ſecutū Seb.Neap. in d.c.licet non ita declaret,ſed ſuccinctè dicat. & hunc eundē intellectū ſenſit ad dictum c.Lud.Carie in repet. l.obſeruare curabis.nu.188 4.col.mouetur per glo.in l.2.C.de epiſc.audien. vbi dr̄ in text.tu, quòd clericus fruſtratoriè appellās,punit̃ certa pœna. dicit gl. quòd ſi appellatio nō tenet, nō eſt in pœna:ego aūt confirmo hanc eandē opin. ex alijs infra dicendis, nā ubi calumnia eſt euidens, iudex ex officio pōt ipſum repellere. glo. in l. ſi quis cum maior.§ ſi patris.de bo.quę lib. Fel. in c. dilecti de iud.imò eo caſu iudex non debet admittere proponentē, & minimè ſi contigerit appellari de ipſa appellatione,curare debet.ſecundū Imol. in c.poſt electionē,de conceſſ. præb. & in c. ſuper eo.de app.& Abb.in c.nullus.de preſum. & ideo dixit Iaco.Butrig.in l. 2. C.de fal. quòd ubi iudex uidet aliquid fieri ad procraſtinandū litē,dēt ex officio occurrere.

& idē uoluit Paul.de Caſt. in l.properandum.2.col.C.de iud.& Bal. in c.qm̄ contra.in antepen.col.extra de probat.prout refert & ſequitur Fel.in c.paſtoral.5.§ quia verò.de offi.deleg.dicit,ꝙ ſi homicida inſtat ad defenſam, ut teſtes probabatur, dēt homicida ipſe interfici,& poſtea inquiri: quanto magis hæc procedunt in tortura? ad cognoſcendum,an iuſta ſit appellatio, an iniuſta, ſufficiūt cōſiderationes ſupra, dictæ,quas conſideret iudex,& bene perſcrutet proceſſum,& ſi dubitat,an in proceſſu adſit aliquod grauamen nec ne. admittat appellationem:ſi uerò eſt ſecurus; oīa rite & rectè ꝓceſſiſſe, & ꝙ nihil deeſt de prædictis,quin oīa ſint ſeruata,reiecta appellatione ſecure procedat.quę omnia nores,quia nuſquam inueniēs:ita latè examinatā hanc quæſtionē, & poſſet tibi facere ingentē bonū,ut mihi in facti contingentia aliás fecit, dū eſſem auditor ge
51 neralis olim P.Salern:. Septimò requirit̃, quòd antequā quis torqueatur,detur ipſi torquendo copia indiciorū cum termino cōpetenti ad ſe defendendū: ſecundum Ang.de Are.in ſuo opere malc. in uerbo, fama pub.in 1.char.verſ.& bene no.& in eo uerbo,uerſ. itē aduertas uoluit Gandi. in lib.malef.in rubr.inci.nunquid torquēdus ſit audiendis.refert & ſequit̃ Marſ. in l.1.ff.de quæſt.in tertio requiſito nu.8.Afflic.aūt in conſtit. ſi dāna clandeſtina nono not.plenè diſputat, & finaliter cōcludit, quòd tam de iure regni.cō. danda eſt copia repertorū inquiſito, antequā torqueatur,qd dicit non procedere, qn̄ crimen eſt notandū,quia eo caſu non datur copia repertorū, item dicit non ꝓcedere ubi teſtes ſint examinati ex officio, nō ad denuntiā ſeu querelam ſuper infamia de crimine,dicit tn̄ poſtea, ꝙ in magna curia vicaria vidit ſeruari,quod copia repertorū non det̃,niſi ſatis def. nibomb. & repetitis teſt.b. examinatis citata parte ad uidendū iuramenta teſtiū, & ita dicit fuiſſe deciſum in ſacro regio conſ.Capi.in deciſ.64.inc p. in cā Franciſci de Serino. & an danda ſit ēt inquiſito non petente, vide ſupra in uerbo, detur copia capitulorū,& adde, quòd in tātum det dari copia capitulorum,ut ſi non ſit data, confeſſio extorta non ſit alicuius momenti futura

ſecun-

ſecundum do.Pet de Mon.for.in cap.tor-
52 menta.nu.2. Octauo requiritur,quòd iu-
dex recipiat & audiat defenſiones rei,& ꝑ
ipſū nō ſtet,quo minus eas recipiat, aliàs
quicquid inde ſequitur,non ualeat nec ad
cōdēnationē deueniri pōt ſecūdū Ang.in
l.pactū inter hæredem.ff. de pact. pro quo
allegat tex.in l.3 §.ſi ad diem.ff. de re mi-
lita.& latius per Ange.in tra. male. in uer-
bo, qui iudex ſtatuit terminum nā iudex
prætextu alicuius liberi arbitrij; nō pōt
denegare defenſiones reo. ſecundum Ale.
in conſ.65.inci.habita ſuper contentis, 2.
col.1.uolu. & idem dixit Pet. de Anch in
cōſ.166.inci.uiſis diligēter.& firmat Mar.
53 in praxi.cri.§.cōſtāte nu.26 cum ſeq. Et
in tantū ſunt uera prędicta.& princeps nō
poſſint in cā criminali. tollere defenſio-
nes inquiſito : ut in ſpecie uoluit And. de
Iſer.in cōſti.regni.itē dura & dira.& idem
in c.1.in uerſ.bona committentium. in ti.
quæ ſint rega.& uoluit And.de Iſer. in cō
ſti.regni proſequenter.& hr plenius in uo
54 to.30.per Grammat. Imò non ſolum iu-
dex debet recipere defenſiones productas
& producendas a reo ſed ēt & officio ſuo
debet quærere defenſiones rei. l.ſi non de-
fendantur.ff.de pœn.uolunt doct.in l.§.ſi.
ff.de quæſtio.& domi.Alex.in cōſ.476. in
ci.pulchre reſpōdet,in fi. & Ang. in conſ.
38.inc.factū tale eſt Chriſtophorus.Petri.
ult.col.ante fi.& Cuma.in conſ.144 incip.
uiſis denunciationibus.in 6.col & Mar.in
55 praxi.cri.§. nunc uidendum nu 7. Item
in tantum ſunt uera prædicta,ut ſi inquiſi-
tus ſit adeo pauper,ut non poſſit ſe defen-
dere,iudex debeat prouidere,ut gratis fiāt
acta,& recipiātur defenſiones:tex.eſt iun
cta gl.in l.tam de mēris, C.de epiſ. audiē.
& illum tex.extendit ad actuarium Affl.in
conſti.appellationē rēpota . in 5.not. uer.
rurſus & ponit Par.a Put.in lib. ſyndic. in
uerbo,expenſæ.& Afflict.in conſti.hi qui
in 18.not.& plene Boer.in deciſio.325.in
ſecundo li.ubi etiā dicit, quòd accuſator
ſi proceditur ad querelam,uel fiſcus, ſi ꝓ-
ceditur ex officio , debet ꝓuidere de expē
ſis circa uictū inquiſito pauperi,& ut poſ-
56 ſit ſe defendere. Item adeo ſunt uera prę-
dicta, ut debeāt recipi & admitti defenſio
nes reorum,etiam facta publicatione tam
ſuper nouis,quàm antiqs capitulis ſecun-
dum Sali.in l.fi.C.de quæſtio.ult colum.
& Marſ.in pra.§ ſequens.per totum,& in
l.1.§ ſiquis.ultro.ff.de quæſtio.& fuit.de-
ciſum in ſacro regio cōſ.Neapol. ut refert
Capi.in deciſio. 81. incip. in cauſa homi-
num,ubi etiā poſtquam cōcluſum in cau-
ſa ſit, licitū eſt in criminalibus examina-
re ad defenſam,licet in criminalibus non
57 cōcludantur. Item adeo prædicta proce-
dūt ut inquiſitus non poſſit defenſionibus
renunciare. & ſi renuntiat, talis renūcia ēt
iuramento firmata,non tenet,ſecundū gl.
ordi.in l pactum inter heredem.ff.de pac.
& gl.in l.cuſtodias, ff de pu. iud.& uoluit
Bal.in authen.iubemus C de iudi.& Bart.
in d.l.pactum.& plene per Feli. in c. cum
uenissent.in 3.col.extra de teſti.in quo di
cit id non procedere in nouā caſib. Primò
in confeſſo ſponte. ſecundo qñ renuntiat
ijs,q ſunt de apicibus iuris & ſtatutorū,&
non de iuregentium, tertio ſi tacite re nun
tiat permittēdo labi terminum ſtatutum ,
quarto in latrone famoſo,quinto ſi noto-
riū eſt nullā defēſionē cōpetere poſſe,ſex-
to ſi reus captus eſt in fragāti crimine, ſe-
ptimo ſi reus renūtiat exceptionib. decli-
natorijs, octauo ſi renuntiat ꝑ cōcluſionē
in cā,nono ubi pœna eſt corporalis,quos
caſus proſequere ut ꝑ Mar. in praxi.cri.§.
58 examinanda ꝑ totū. Nono reqritr ſi exa-
minatis,& receptis defenſionib.reorū,pe-
tatur publicatio pro parte ipſorū , ꝙ fiat,
aliàs ſi non petatur;pōt ea non facta ꝓce-
di ad tortura.ſcdm Bru.in tra. de indic. &
tor.in ſecūda parte.ī 5.q.nu.29.& Affli.&
conſti.ſi dāna clandeſtina.& Par de Put.in
li.ſyndi.in uerbo tortura.lo.3.uerſ.ſequit
quæ in fi.& Carre.in ſua praxi.in l.obſer-
uare curabis. nu.18 : C.quo. app recipiā.
licet Barr.in d.§.reus.dicat ꝓcedere, quū
proceditur ex officio,& non ad inſtātiam
59 partis. Decimo requiritur, quòd ſi peta-
tur repulſa per inquiſitum , concedatur ,
quia ē ſpecies defenſiōis,ut uoluit Bar.in
extrauag.in.ad reprimendū.in uerbo,& fi
gura iudicij & habetur ꝑ Affl.in deciſio.
351.incip. bis fuit dubitatū in duabus cau
ſis, & ſupra fuit demonſtratum:ad de Af-
flict.in conſti.tu.ſiquis in poſterum.in 10.
not. & in conſtitut. peſſimam . in octauo
not.Pat.de Put.in l.ſyndi.in uerbo,tortu-
ra.uer.& an ſiqs dixerit. 2. col.ſed in hoc
aduerten-

to ad percũctandum, citetur inquiſitus, & eius procurator ad diſcurrẽdũ indicia, & ad dicendum cauſam, quare nõ debeat ex indicijs contra ſe exiſtentibus torqueri, & ad hæc debet ſtatui competens terminus: ut eſt tex. & ibi hoc no. Bart. in l. cuſtodias de pu. iud. licet ſi non interueniſſet hęc citatio, nec auditi fuiſſent ꝓcuratores & aduocati, non ex hoc inualidetur confeſſio ſecũdum Bar. ubi ſuprà arg. eius. quod no.
64 n. l. 1. C. de ſentẽ. aduer. fi. la. † Duodecimo requiritur quòd confeſſio extorta per torturã, ſit extorta ex delicto, pro quo uenit imponenda pęna ultra relegarionem, & nõ infra. quia aliàs non poteſt quis torqueri; & per conſequens ſi tortus cõfiteať eius confeſſio nõ obſtabit, ut eſt tex. in c. tormenta. & late diſpu. & Gram. in cõſ. 15. & uoto. 15. & Afflict. in conſtit. in quæſtionibus. in 8. not. & in cõſtitu. ſi. damna clãdeſtina & Par. de Pu. in lib. ſyndic. in uerbo, tortura lo. 3 uerſ. an in cauſa pecunia-
65 ria & quę ſint delicta ꝓ quibus ueniat imponenda pœna ultra relegarionẽ, dicã in-
66 fra in uerbo, pœnis debitis, fer. ẽcur. † Sed pone quòd quis commiſit plura delicta. quorum nullum ſui natura eſt tale, ut pro eo habeat locum tortura, ſed cumulatis omnib. bene habet locũ, an eo caſu habeat locũ tortura? Philip Corn. in conſ 127. in primo li. cõſuluit ꝙ nõ, eũ uniuſcuiuſque natura inſpiciatur. & nõ omnium cumula-
67 tio. † Tertiodecimo requiritur ꝙ confeſſio per torturã ſit extorta ab eo contra quẽ erant indicia, & qui erar leuis uitę, & diffamatus de alijs delictis, ut in cap. regni. incip. tormentis. & And. de Iſer. in cõſt. ſi dãna. clandeſtine. quod fallit ſecundum eũ, quãdo contra tortũ fuerat examinatus unus teſtis omni exceptione maior de uiſo qui non fuerat reprobatus, & firmat Grã.
68 in conſ. 15. nu 5. † Quartodecimo reqriť ꝙ tortus & confeſſus, non ſit tortus ultra modum conſuetum, & per nouas ſpecies tormentorũ quia tũc cõfeſſio ſequuta, eſſet inualida, quia in torquendo attendendus eſt modus cõſuetus, ſecundũ Cy Bal. & Salic. in l. Graechus. C. de adulter. per l. ſed an ultro. ff. de nego. geſt. & iudicabitur modum cõſuetum excedere, ex qualitate torméti, cõditione perſonæ, & cõſuetudine loci. ſecundum Par. de Put. in li. ſyndi. in uerbo tortura uerſicu. an officialis alquã tormentauit, qui mortuus eſt, & iudex non debet ſcindere carnes torquẽd ut confiteatur. ſecundum Bald. in l. penul de emẽ. propi. & in prædicto caſu etiã pu-
69 nientur iudex, ut per Par. ubi ſupra. † Et ideo male. faciunt iudices, qui paſſim in omnibus caſibus, quãdo torquent aliquẽ, in pedibus imponunt magna pondera uel adhibent aquã frigidam in dorſo pendentis in rortura quia hæc non niſi in grauiſſim s cr minalibus fieri poſſunt ſecũdum Par. de Put. in l b. ſyndica. in uerbo, tor-
70 tura. lo. 3 in fi uer. ſi repetitione. Et ꝙ peius eſt, inueniunť noua genera tormentorũ. ut ſcindant carnes, ut eſt tormentũ polletri. nam hæc non niſi in grauibus fieri poſſunt. ſecundum Bal. in l. 1. C. de his qui ad li. perue. refert. Par. in d. uerbo, tortu-
71 ra. lo. 3 uiſo de repetitio. † Decimoquinto requ ritur, quod non ſit tortus quis ultra tertiam uicẽ. & ob id confeſſus quod eſſet immoderate tortus, nullũ ſibi periculum crearit ſecundũ Pau de Caſt. in conſ. 197. inei. uiſa inquiſitione, circa ſi ſequiť Par. de Put. in l. ſyndica. in uerbo tortura in c.
72 uiſo de repetitione torturæ. † Decimoſexto requiritur, quòd antequã quis torqueatur accuſator petat torqueri alias accuſatore non petente nec requirente iudex nõ debet procedere ad torturam. ſecũdũ Bal. in cap. 1. §. iudices. 3 col. de pa. iur. fir. ſed Bald. non dicit quod non poteſt torqueri. ſed dicit, quòd iudex non tenetur torquere, quę ſunt diuerſ. Imo. ſtatim ac quis, aliquẽ accuſat, & dat indicia uidere interpel-
73 late ut torqueať. † Decimo ſeptimo requiritur, quòd nõ ſit illata tortura die feriato, idque ob honorem Dei; quia confeſſio inualidabitur. & hoc eſt uerũ in criminibus leuibus & non ita grauibus, ſecũdum Bru. in trac. de indi. & tortu. in ſecunda parte. 5 q. nu 52. uerſi. quæro ulterius, & uidetur decidi per tex. in l. nemo. C. de epi. aud ẽ. & in l. ꝓuinciarum. C. de fer. & cõcordat c regni. inc p idem prouiſa iuris ſanctio.
74 † Decimo octauo requiritur, quòd anteq̃ quis torqueatur. pronuntietur per iudicẽ fore torquendum, ſecundum Bru. in ſepe
75 legato tra. in 9 charta 3 col † Decimonono requiritur, quod non extorqueatur cõfeſſio a muliere pręgnãte per torturã quę eſſet

ſuperſedere in tortura iam data nõ perfe-ctè ſed leui modo, & ipſam repetere, ſi & quoties opus fuerit, & nõ aliter quã ad in dagandam ueritatem, & ita in effectu reſi det Afflict. in conſtitu. ſi damna clandeſtina. dicit hæc formalia uerba, & ego uidi obſeruatũ à bonis iudicibus, ꝙ ſufficienter tortus, nõ torqueatur iterũ ſine nouis indicijs, & dicitur ſufficienter tortus ſecũ dum qualitatem perſonę ipſius torti, & in dicia præhabita, & totum hoc eſt in arbitrio iudicis, ut ſupra dictum eſt. Marſ. in l. repeti. ff. de quæſtionib. nume. 5. in fine, dicit hæc formalia uerba concludendo, & ſi naliter hæc cõis omnium opinio, quod leuiter tortus poteſt repeti in tormẽtis, ut ſufficienter torqueat, ſed ſi fuerit ſufficienter tortus, & nihil dixerit, tunc non poterũt repeti tormẽta, niſi ſupuenerint noua indicia fortiora primis, & ita ſeruãdum eſt in practica, quia iſta opinio eſt æquior & ſuſtentabilior, & magis iuri conſona, & ita reſidet, quando dicantur noua indicia, uide Angel. de Aret. in libro malef. in uerbo, ſuprà allega. Franc. Brun. in tracta. de indi. & tortu. in 5 q. num. 58. ubi plenè uideas Boer. in deciſio. 163. nume. 9. prima parte Guido. de Suxa. & ibi Ludo. Bolo. in additio. in tract. de indi. & tor. numer. 57.

79 † Vigeſimotertio requiritur quod confeſſio extorta & habita per torturã, ſit extorta mediante illata tortura per habentem merum imperium. quia ptãs torquẽdi eſt meri imperij, ut l. defenſores. C. de defen. ciui. & tenet Guliel. de Cu. in l. imperium, ff. de iuriſdi. omn. iud. & Marſ. in l. pe. nu. 9. ff. de quæſti. & ideo locũ tenens poteſtatis, & ſimplex aſſeſſor non poſſunt torque

80 re. † Vigeſimoquartò requiritur, ꝙ confeſſio fiat principaliter de delicto, de quo inquirit, & nõ incidẽter ut cõfitens poſſit damnari pœna ordinaria ſecũdum Bar. in l. ſi confeſſus ff. de cuſto. reo. & Innoc. in c. h. pen. colum. de confeſ. & Marſil. in l. repeti. nu. 24. ff. de quæſtio. & in l. 1. ff. eo. eri

81 ca fi. † Vigeſimoquinto requiritur, ꝙ confeſſio facta in tormentis, ratificetur extra locum & aſpectatũ torturæ in publico teſtimonio, ſecundum praxim, quam tradit Iacob de Beluiſ. in praxi cri. in tit. de quæſtio. colum. 15. & ad longum per Marſil. in praxi crim. §. quoniam. & Fran. Brunus in tracta. de indi. & tor. ſecunda parte. ſexta quæſtio. numero 4. & Guido de Suxa. in tract. de tor. num. 78. & ibi Ludo. Bologn:

82 in additio. † Vnum tamẽ ſcias, ꝙ ratificatio confeſſatorum in tormentis, nõ requiritur ubi ultra confeſſionem adeſt confeſſio extraiudicialis præcedens iſtam cõfeſſionem ſecundum Ioan. de Imol. in c. at ſi clerici de iudic. & Felin. in cap. olim. quia ta colum. de reſcript. & Iaſon in l. magiſtratibus. ff. de iuriſd. omn. iudic. ſecunda colum. & Marſ. in praxi crim. §. quoniam

83 nu. 38. † Item licet confeſſio extorta per torturã; abſq; ratificatione ſit inutilis, vt ſuprà dixi tamen hæc uera ſunt quãdo tortura fuit magna; ſecus autem ſi leuis & modica, & tortus fuiſſet robuſtus. nam tũc ualebit talis confeſſio abſque alia perſeuerãtia, ex quo cenſetur ſpontanea & nõ tortura extorta, ut per Bart. in l. 1. §. diuus, & §. ſi quis ultro, & in l. penult. ff. de quæſtionibus, & Bald. in l. prima. C. de confeſ. & Par. de Puteo in tractatu ſyndica in uerbo tortura. lo primo. uerſiculo an ex ſola confeſſione, & in uerbo tortura uerſiculo viſo de repetitione & Bal. iu l. 2. C. quorum ap-

84 pella. & Gram. in uot. 6. † Vigeſimo ſextò requiritur, ſi confeſſio etiam iurata & ratificata fuerit allegata erronea, ꝙ detur terminus ad probandũ de errore, & admittatur reuocatio, & interim non debet exequi ut plenè habetur per Gram. in uoto 7. & in uoto decimo, allegat Andr. in conſtitutione, ſi damna clandeſtina. & habetur per Marſil. in l. 1. §. 18 col. ff. de quæſtio & Thom. Gram. in conſi. 69. & Marſil. in praxi. §. quoniam. & Iaſon in l. magiſtratibus ff. de iur. omnium iudicum. & in l. error. C. de iur. & facti igno. & Paris in verbo cõfeſſio. & in verbo. tortura lo tertio. verſic. ſequitur quæſtio quotidiana. Thom. Grã-

85 mat. in cõſilio. 40. † Vigeſimoſeptimò requiritur, ſi quis cõfitetur aliquod delictũ quod requiritur ad ſui probationem & uerificationẽ verificari aliquã probabilitatem, ut puniri poſſet, quòd expreſſè confiteatur illam qualitatẽ, uel confiteatur generaliter oĩa contenta in accuſatione uel inquiſitione, quia tunc uidetur confiteri oẽs qualitates exemplum, ſi inquiritur de adulterio cõmiſſo cum Berta uxore Titij. & confitetur reus ſe cognouiſſe Bertã, nõ

ſufficit iſta confeſſio ad cōdemnandū, niſi probetur, quòd Berta ſit uxor Titij, nam cōfitendo ſimpliciter ſe cognouiſſe Bertā nō uidetur cōfiteri matrimoniū inter Bertā Titiū. & ſic debet probari illa qualitas, uel quod confiteatur expreſſe in genere, uel in ſpecie ut ſup. dictam qualitatem, ut tradit Bart. in l. ſi cui. §. 1. ff. de lega. primo, de ueritate huius dicti uide Ang. de Ar. in lib. male. in uerbo, cōparent d. cti inquiſiti. & confitentur totum. & ibi Bernar. de Lan. in addi. & Augu. de Ari ibi & Marſil. in l. 1. lege Cornelia. § cōſtitutum. ff. ad l.
86 Cor. d ſicar. † Vigeſimooctauo requiritur ſi quis confitetur ſe uenenaſſe aliquem, & ex eo illum mortuū eſſe, quod probetur per alias probationes, & per expertos & ſigna, ꝙ ille talis ex ueneno mortuus fuerit, alias iſta confeſſio ſola non ſufficit ad cōdēnandū, & eſt ratio, quia talis cōfeſſio eſt impoſſibilis, quia ſi reus confitetur ex ueneno per ſe dato, mortuū eſſe, cōfitetur illud, quod eſt ipſi impoſſibile ſcitu, unde licet quòd ille mortuus ſit ex illo ueneno nā impoſſibile eſt idiotis ſcire operationē q̄ facit res in corpore. ſecūdū Alex. in cōſ. 339. inci. in cauſa inquiſitionis forma tę. tri. col. & firmat ac ſequitur Mar. in l. 1. § prǽterea. nu. 37. ff. de ſicar. & Afflict. in conſt. mala noxia. pri. col. & dixi ſupra.
87 † Vigeſimonono requiritur quòd iudex ſtatuat terminum cōfeſſio ad faciendum oēs defenſiones aduerſus illā cōfeſſionē, ut late docet Afflict. in conſti. ſuper inci-
88 ſionibus. 4. nota. † Trigeſimo requiritur, quod dicta confeſſio non ſit fundata ſuper inordinato, & nullo proceſſu. quia non poteſt uirtutes ipſius procedi ad condemnationem, ſecus, quando confeſsio eſſe ſpontanea, quia eo caſu ex ea confitens damnari poteſt, ut dicit Ang. de Are. in libr. maleſi. in uerbo. fama publica, in uerſicu. & aduertas tamen & habetur plene per Felin. in c. at ſi clerici. extrà de iud. Iſtis autem omnibus requiſitus concurrentibus plures effectus operatur di-
89 cta confeſſio. † Et primo operator, quia ut per torturam habitam, ſit tamen licite iudex poteſt ſcribi facere, quòd ſponte reus cōfeſſus fuit, & nec notarius, nec ipſe incidunt in falſum, ſecus, quando non cōcurrētib. prędictis habita fuit. ſed tū Ang. & Imol. ecōtra in l. qui in aliena. §. fin. ff. de acqui. hære. & not. Ang. de Are. in lib. male. in uerbo, comparent dicti inquiſiti, & confitentur totum. in fi. & eſt hoc uerum dato aliquo interuallo inter confeſſionem & tormenta, quod relinquitur iudicantis arbitrio ſecundum Alex. in con-
90 ſil. 1. in 3. libro † Secundo operatur, quia ualidior eſt confeſſio cum tormentis, quàm ſine, ut habetur in auth. de teſt. § 1. ſed pro ueritate huius d. Bar. quem ſequitur Marſil. in l. 1. ff. de q. §. 1. faciuus tres caſus primus caſus eſt, quando quis torquetur in ſe ipſum, & tunc ualidior eſt confeſſio ſpontanea, quam cum tormentis, ut in d. §. 1. & in §. diuus. ea. l. ſecundus eſt, quando quis de alio interrogatus, & tunc eſt ualidior illa, quæ fit cum tormentis, quandoq; quis torqueatur in ſe & in alium, & tunc debilior eſt confeſſio, quæ fit cum tormentis, quam quę ſine tormen-
91 tis. † Tertio operatur, quòd in quibus caſibus teſtes probati à iure, examinati ſine tortura non probant, in ijs cum tortura bene probant, ut habetur per Inno c. gl. in c. cum P. de accuſa. & per Alex. in conſ. 11. in pri. lib. & Marſ. in l. ex libero. nu. 8. ff. de q. & hoc ubi ſpecialiter inductum eſt, ꝙ ta-
92 les teſtes reprobari admittantur. † Quartò operatur, nā licet cōfeſsio & depoſitio teſtis uarij ſeu conuicti de mendacio, nullum operetur effectū ſecundu Inn in c p̄terea. de teſti. cogen. & do. Anto. in c. cum in tua. ulti. col. de teſti. & Ang. in cōſ. 275. incip. quędam domina Margarita, & Alex. in cōſ. 364. inci. in cauſa appellationis in 5. col. tamen ſi tortus perſiſtit in ſua cōfeſſione prius erit valida dicta confeſsio, ut habetur in l. ex libero & ibi glo. & Bar. ff. de quæſtio. & per Inno. & alios in c. cū in cōtemplatione. de regu. iuris per Dy. in regula. ſine culpa. de regu. iu. & Cy. in l. ſi. C. de quæſtio. Bald. in l. 3. C ad l. Iul. de adulter. Sali. in leg. nullus C. de teſti. de quibus uideas Bar. in l. quicquid aſtringendæ. ff. de uerbo. obliga. & Gramma. in cōſ. 33. num.
93 5. † Quintò operatur, nā licet confeſsio ſpontanea minoris nō ualeat, niſi ſit facta in præſentia curatoris, tamen facta in tormentis etiā abſque præſentia curatoris ualet & tenet, dummodo in principio cauſę datus fuerit curator, & adhibita fuerit cau

ſa.

ſæ cognitio.vt hr per Bald.in l.clarum.C.
94 de auth.en.præſtan. Sextò operatur,nam confeſſio facta in tor. etiam ſi fuerit reuocata,probat ſemiplenè.ſecundum Bal. in l.bonæ fidei,1.col.ver. itē quæro de confeſſione.C.de re cre.& Alex.in l.1.§.diuus ff.de quæſtio.& habetur per Panor.in c.ex literis,extra de confeſ.3. col. verſic. nota vnum caſum & quòd ſi reuocans dicat ſe erraſſe & confeſſum fuiſſe dolore tormentorum an debeat ei dari terminus ad probandum de errore,antequam torqueatur?
95 dic,q ſic ſecundum Gram. voto 7. Septimò operatur. quia licet facta ſit tormentis adhibitis, tamen dicitur confeſſio voluntaria , licet non ſpontanea.ſecundum Bal.in c.1.§ iniuria.8 colum.verſ.quæro, vtrum ſemel tortus de da.iur.f.r. & Flor. in l.de ætate.1.§.1.de inter.actio. & Bar.
96 Cæpo.in l.ſponſio.ff.de uerb.ſigni. Octauò operatur quia licet fuerit facta coram iudice incompetenti, tamen ſi perſeueratur coram iudice competenti,valet & tenet.ſecundum Card.in clem.1 §.2. de hęre. & cogitur in ea perſeuerare coram cōpetenti.vt habetur in prima parte. nu.11.
97 vbi dixi. Nonò operatur, quia ſi confeſſus fuerit quis in tortura aliqua delicta, de quibus indicia extiterāt, poteſt interrogari & torqueri de alijs delictis in genere de quibus nulla apparēt indicia,& hoc de generali conſuetudine Italiæ ſecundū Ang.in tract.malef.in uerbo, fama publica.in finalibus verbis.& recolo dixiſſe ſupra in uerbo , rei indurati torqueantur.
98 Decimò operatur,quia licet confeſſio ipſa reuocetur,tamen ſi omnia prędicta requiſita concurrant, & maximè,ſi concurrant indicia ſufficientia,& talia,quę indubitabiliter iudicant ueritatem coniuncta confeſſione ipſa,ſecundum Bal.in l. fi.C. de prob.non prodeſt dicta reuocatio , ſed condemnari pōt,ſi non probetur contrarium per reuocantē.& proſequitur Gram.
99 in deciſ.62.per totam. Vndecimo operatur quia ſtante confeſſione prędicta & cōcurrentibus indicijs coadiuuantibus ipſam confeſſionem , confeſſus ipſe appellare non pōt.ſecundum Bal.in l.cum non ſolum.§.neceſſitate.C.de bon.quæ liber. in 4.col.per tex.in c.Romana.§.ſi autem. de app.in 6.& ſequitur Gram.in deciſ.62,
100 nu.5. Duodecimo operatur,ut ex ea cōfeſſione poſſit damnari,vt hr in l. ſic confeſſus.ff.de cuſt.reo. & extra.de confeſ.c. cum ſuper. & latè firmat Franc. Brun. in tra.de indi. & tor.in 6.d.q.2.partis.nu.19. in uerbo, poſtremo quæro . operatur etiā multos alios effectus,quos operatur confeſſio iudicialis de quibus vide ſupra . Sequitur vt videamus de aliquibus quęſtio-
101 nib.uarijs in materia . Et primò quæro; quod ſi confitens in tortura & extra torturā,q Titius fuit ſuus ſocius ad committendū tale homicidiū uel delictū , poſteà cōdemnatus ad mortē,apud furcas dixit: reuoco cōfeſſionem,quo ad illum ſociū, & quòd falsò eum inculpaui cōfiteor, an ex hoc illa confeſſio reddatur inanis,quo ad illum nominatum? hanc quæſtionem ponit Mar.in praxi.cri. §.reſtat.& finaliter decidit, quòd talis reuocatio nihil poteſt illi nominato quādo ultra confeſſionem torti adeſſet aliquod aliud indicium corroborans dictam cōfeſſionem.Gram. in uoto 11.nu.8.videtur tenere talem reuocationem indifferenter valere , & prodeſſe nominato . ſed adde, quòd intentio Gra.rectè intuenti velle uideatur concordantiam cum diſtinctione Marſil. quod apparet,quia in repertorio,in uerbo,condemnatus.dicit, quòd qn condemnatus, dum dr ad furcas , exculpat eos, quos inculpauit,ualet talis exculpatio, dummodo alia nō appareant verificata: allegat d. uo.11.vide And.de Iſer. in conſtit. ſi dāna clandeſtina . ubi dicit, quod relinquitur arbitrio iudicantis , qui debet cōſiderare, an aliquo procurante fuerit facta illa re-
102 uocatio. Secundo, quæro,pone,quod commiſſum eſt aliquod delictum, q non pōt ſciri a quo cōmiſſum ſit, quòd in magna aliqua multitudine admiſſum ſit , unus verò captus de illis, q interuenerant, tortus confitetur, ſe non cōmiſiſſe illud delictū, ſed fuiſſe autorē & principalē ad coadiuuandū illos hoīes ad aliquid faciē dum , quod erat de genere prohibitorum an hic ex hac cōfeſſione puniatur? Marſ. in repet.l.uni. C. de rap.virgi.nu.79. verſi. & te ne menti dicit q ſic , alios doctores
103 in hoc citans ita tenentes. Tertio quęro ; ecce quis inquiritur de raptu mulieris, & ſeruatis ſeruandis fuit tortus & cō-

feſſus, ſe non rapuiſſe, ſed fuiſſe in ſocie-
tate raptoris, an ex hoc poterit puniri de
raptu, alio non conſtito? dicas, ꝙ non ſe-
cundũ eundem Marſ. ubi ſuprà. nu. 81. in
6. char. alios doctores adducentem ita te-
104 te. Quartò quæro, ecce inquiſitus ſpon
te confeſſus eſt delictum; poſt verò ad tri
bunal ductus non vult illud ratificare; an
cogi poſſit per torturã? Marſ. in praxi. eti.
§ qm̃. nu. 18 diſtinguit, quòd aut iſte con
feſſus eſt maior 25. annis; aut minor. pri-
mo caſu ſi cõfeſſus fuit in iudicio, & hẽt
cõfeſſio ſua teqſita, vt diximus in prima
parte, & nõ eſt opus alia ratificatione, ſed
põt condemnari; aut confeſſus fuit extra
iudicium, & tunc non poterit condẽnari:
ſed operatur, vt diximus ſup. in 2. parte ſe
cundo caſu, etiã ſi confeſſus fuerit ſponte
cum authoritate curatoris, nõ poterit de-
finitiuè condẽnari, niſi ratificauerit & ap-
105 probauerit. Quintò quæro; ecce aliqs
confitetur delictũ contra ſe ſponte vel p
torturã, an poſſit ſine nouis indicijs tor-
queri, ut manifeſtet mãdãte? dicas, quòd
ſic. ſecundum Ang. in l. ſi certus. ff. ad Syl.
& idem tenet Ang. in lib. maleſ. in uerbo,
Sempronium mandatorẽ. 2. col. & Dec. in
conſi. 189. incip. lætatus ſum 6. colum.
106 Sexto quæro, ecce, quis inquiſitus de
homicidio ſemper negauit, tandem uerò
ex indicijs contra eum exiſtentibus tor-
tus confeſſus eſt, ſe illud qui quidem de-
lictum perpetraſſe, attamen ad ſui defenſio-
nem, idque offert probare; an admitti de-
beat ad id probandum, necne? Andr. de
Iſer. & Affl. in conſtit. terminum vitæ. in
7. quæ. dicunt, quòd ſic; licet aliud dicãt
iudices ſitientes ſanguinem humanum,
licetq; ſe remittant ad dicta per eos in tit.
de controuerſ. inueſt. §. item ſi vaſſallus & te-
net hic Luc. Pen. in eg. pt. feſſio. C. de mu.
107 patti. lib. 11. Septimò quæro, an inquiſi-
tus de libello infamatorio; puta, quia fe-
cit libellum infamatorium contra hono-
rem alicuius, & ipſum poſuit in locis pu-
blicis; ſi apparent indicia ad torturam, de
hoc poſſit torqueri? iſtum caſum habui
de facto Salerni, quo tpe ibi eram iudex
in perſonam cuiuſdam mulieris, quæ per
ſuum filium minorem ſcribi fecit, ſe di-
ctante plures libellos infamatorios cõtra
quendam, quem honeſtatis cauſa nõ no-
mino, quòd eius videlicet ſoror eſſet ſtu-
prata, & de alijs infamijs. & ſatis dubita-
ui. an poſſet torqueri; & ſaluo ſemper me
liori conſilio, dico, quod totum hoc in co
pendet, ut inſpiciatur, quòd crimen poſi
tum ſit in libello ipſo famoſo. nam ſi eſt
tale delictũ, ut ſi uerũ eſſet, pro eo veni-
ret, imponenda pœna ultra relegationem
contra nominatum in tali libello; tum ſi
author libelli non docuerit uerum eſſe id
crimẽ, punitur ipſe pœna illa, qua puniret
ille nominatus, & ſic haberet locum tor-
tura, aliàs ſi imponeretur pœna pro eo cri
mine ibi nominato infra relegationem,
non haberet locum tortura; vt eſt tex. iun
cta gl. & ibi not Salyc in l. unica. C. de fa-
mo. libe. quæ omnia notes in actu practi-
108 co. Octauò quæro, an poſſit torqueri
ille, qui domum alicuius ſaxis impetierit
de nocte. hoc dicas dependere ex qualita-
te pœnæ, qua uenitet plectendus. faciens
talẽ impetitionẽ. & cum hic caſus de fa-
cto eueniſſet in terra Sancti Seuerini, quo
tempore ibi eram iudex, volui caſum re-
perire, & reperi tex. in l. ſi ſtatua. ff. de in-
iur ponentem in indiuiduo caſum, quòd
actio iniuriam competit, & ſi tortura non
109 habet locum. Nono quæro, quòd ſi ali-
quis tortus fuit & confeſſus, deinde non
perſeuerans in ratificatione iterũ torque
tur, & confitetur, in ratificatione verò ite
rum negat, & denuo tortus confitetur, &
in ratificatione negat, quid ſit faciẽdum?
iſtam quæſtionem poſuit do. Pat. de Put.
in lib. ſyndica. in uerbo, tortura. & dicit ſe
habuiſſe de facto, & per ſentẽtiam eundẽ
liberaſſe. de quo per Boer. in deciſ. 163. in
110 2. parte. Decimo quæro, quòd ſi tortus
quis perſeuerat in negando, & cõtra eum
apparent nonnullæ probationes apparen
tes ex proceſſu, & tortus eſt citra præiu-
dicium probatorum; an poſſit cõdẽnari,
quum negauerit. & licet Barthol. Cæpol.
conſi. 31. incipien. ruſtici Vicentini. teneat.
quòd non, tamen contrarium eſt uerius,
per caſum ſingularem in l. qui ſententiam.
C. de pœn. quem dicit ad hoc eſſe ſingula-
rem Alex. in l. unius. §. reus. ff. de quæſt. &
Ludou. in l. 1. §. hoc reſcriptum. ff. ad Syl-
leia & Paris de Put. in lib. ſyndi. in uerbo
tortura lo ult. in c. quidam latro famoſus
prima col. & plenè Gramma. in conſi. 1a.

nu 14. & de pœna extraordinaria & ordi-
111 naria, vide ibidem. Vndecimo quæro, an metus torturæ, & ipſa tortura, æquipa rentur ad hoc, ut confeſſio facta indicijs non præcedentibus, non teneat, ſi facta fuit metu torturæ: dicas quòd ſic. ſecundũ Bal. in l. interpoſita. C. de tráſ. circa fi. quẽ ibi ſequuntur Doct. & Alex. in l. 1. §. diuus. ff. de quæſt & Bald. in l. maxime. ff. quod fal. tut. aut. & Mar. in l. 1. ff. de quæſt. nu. 42.
112 Et quæ dicatur confeſſio metu torturę extorta, relinquitur arbitrio iudicis ſecũdum Bart. in d. l. interpoſitas 1. col in uerbo, vlterius not. & Ang. Arec. in lib. male. in uerbo, fama publica in fi. Alex. in l. 1. §. diuus. ff. de quæſtio. Cyn. & Salyc. in l. 2.
113 C. de cuſto. reor. Sed an confeſſio facta per eum, qui fuit ſpoliatus, ut torqueretur, ſed non ligatus, dicatur metu torturę extorta? Nicol. de Neapo. in l. nouiſſime. ff. de eo, quod fal. tuto. author. dicit quòd non. ſed Sal. in l. 2. C. de cuſto. reor. tenet oppoſitum. & idem tenet Cardi. in clem. 1. § 2 de hæred. dicens, quòd nuditas eſt tormentum, ſicut ieiunatio. Bart. in l. 1. §. diuus Seuerus. ff. de quæſtio. dicit, quod tunc dicitur facta metu torturæ, quando eſt facta adhibitis tormentis: vel facta prope tormenta, aliquo ligato, & præcedentibus minis de torquendo, nõ autem quælibet leuis territio facit uideri confeſſionem ipſam factam formidine tormentorum: ſed requiritur, quòd ſit poſitus in tormentis: uel ductus ad ea. item ſi eſſet poſitus in carceribus, in quibus fame periret. ſola enim ductio ad funem eſt leuis territio. ſed ductio & ligatio bene faciunt videri confeſſionem extortam metu tormentorum. ſecundum Ang. in l. itẽ apud Labeonem § quamuis. ff. de iniur. & dixit Bal. in l. 1. C. de cuſto. reo. quòd ligatus manicis ferreis dicitur torqueri. cõfeſſio autem facta in carceribus, in quib. non denegatur cibus & potus, non dicitur facta metu tormentorum. ſecundum Bal. in l. 1. C. de confeſſ. 6. col. ſed Gaudi in lib. maleſi. in rubrica. de quæſtio. & tor. dicit: ſufficit, ſi ſit quis ductus ad chordam, etiã ſi non ſint ligatæ manus a tergo, vt confeſſio uideatur facta metu tormentorum. & ſic contra dictum Ang. in d. §. quæſtionis. & dictum Gandi. ſequitur Auguſt. de Ari. in addi. ad Ang. in uerbo fama publica. in antepen. col. & idem videtur ſequi Bart. in l. nouiſſime. ff. quod fal. tut. auro. vbi dicit ſufficere duci & ſpoliari ante torturam, licet nõ ſit ligatus, & cum hac opinione tranſit. Franc. Brun. in trac. de indi. & tor. in ſecunda parte ſecundæ quæſt. in princ. ſequitur Marſ. in praxi. cri. §. expedita num. 10. licet ibi teneat, quòd confeſſio facta in carcere, dicitur facta metu tormentorum. & quod ſufficiat probari ſolam detentionem, ut præſumatur facta metu tormẽtorum; & tenet, Guido de Suzar. in tract. de indic. & tortur. nu. 72. & ibi Ludo. in addit. dicit, ꝙ confeſſio in ipſis tormentis æquiparatur confeſſioni, quæ ſit ad pedem torturæ cum ligantur manus, & terror incutitur a iudice ſemper dicente, quòd ſi non confiteatur ſubijciendus ſit torturæ nam talis confeſſio, niſi detur perſeuerantia & ratificatio, nõ ſufficit ad condemnandum. Paulus Grilla. in tra. de quæſtio. & tor. in 4. quæſt. dicit, quòd cõfeſſio facta in iſtis præparatorijs tormentorum dicitur extorta metu tormentorum, & indiget ratificatione; & ſequitur Tho. Gram. in conſil. 15 nu. 7. ego pro nunc limitarem omnia prædicta, ut procedant in homine debili & infirmo ac ruſtico; ſecus erit, ſi eſt homo robuſtus & ſagax, quia tunc ualet confeſſio nulla alia data perſeuerantia & ratificatione, quia ſi verè ſit tortus idq; modicè; & eſt homo robuſtus, & confitetur, confeſſio ipſius ualeat & tenet, etiam non data perſeuerantia & ratificatione; ut dicit Bal. in l. 1. C. de confeſ. & ſequitur Paris de Put. in lib. ſyndi. in uerbo, tortura verſ. an ex ſola confeſſione. & ſequitur. Gramma. in uoto 6. nu. 8 cum alijs ſequẽtibus, quanto igitur magis, ſi ſolus terror ſint illatus.
114 Duodecimo quæro; ponderandus cõfitetur ſe cõbuſſiſſe ſcripturas, an poſſit torqueri, ut cofiteatur, qua de cauſa conbuſſerit? dicas, quòd ſic; vt conſuluit Bal. in conſi. 224. in quarto lib. & refert & ſequitur Bernard. de Landria in additio. ad quæſtionem, quam tangit Ang. de Arc. in uerbo, falſario dilacerante, comburente,
115 vel celante literas alienas. Decimotertio quæro, an confeſſio requirat ratificationem, ubi facta eſt in tormẽtis, ſi plenè

eſt probatum delictum per capturam perſonæ in fragranti crimine. dicas, quòd nõ per text. in l. qui ſententiam. & ibi Docto. C. de pœn. & plenè per Thom. Gramm. in
116 deciſ. 36. nu 60. Decimoquartò quæro, quòd ſi aliquis confitetur ſe commiſiſſe delictum, quod reuera conſtat ipſum nõ commiſiſſe, an puniatur? dicas, quòd nõ, niſi mendaciter aliquis confitetur ſperãs ex tali mendacio impetrare gratiam & vtilitatem, ut ſi quis diceret ſe occidiſſe bannitum, peteretq; præmium iuxta formam ſtatuti exiſtentis in regno (ſicut ſperabat conſequi filius Amalachiæ confitẽdo mendaciter ſe Saulem interfeciſſe, qui loco gratiæ & utilitatis reportauit mortem) ac ſi uerè cum interfeciſſet, & in cõtingentia facti ita fuit deciſum in ciuitate Pariſiorum, ut refert & concludit Gul. Bene. in cap. Raynutius in uerbo, mortuo itaque teſtatore. el primo. num. 341. & eſt notanda hæc doctrina.

QVARTA PARS tertiæ partis.

SVMMARIVM.

1 *Contumax de iure communi an habeatur pro confeſſo.*

2 *Statutum, quod contumax habeatur pro confeſſo, an valeat, & quomodo intelligatur, & an in quolibet contumace nu. 3.*

4 *Citatus non auditur, ſi allegat ad ſuam notitiam non perueniſſe citationem domi factam.*

5 *Exceptio, quæ à principio poterat inualidare contumaciam inualidat confeſſionem.*

6 *Confeſſio ficta debet fundari ſuper valido proceſſu.*

7 *Minor vel mulier pro confeſſis haberi non poſſunt ex contumacia. & nu. 8.*

9 *Qualitas debet probari aliter, quàm ex confeſſione ficta.*

10 *Citatus extra territorium citantis, non poteſt pro confeſſo haberi.*

11 *Citari an quis poſsit ratione delicti extra territorium.*

12 *Interloquutoria debet ferri, quem haberi pro confeſſo & nu. 63.*

13 *Hæredi an noceat ficta confeſsio.*

14 *Confeſsio ficta operatur effectum, ubi fundata eſt inquiſitio ſuper crimine punibili.*

15 *Confeſsio ficta ſuffi. it, niſi conſtet de delicto, & contumeatur.*

16 *Citari quis debet pro tribus citationibus, ut habeatur pro confeſſo.*

17 *Confeſsio ficta reprobata contrarijs probationibus non operatur.*

18 *Renocari an poſsit confeſsio ficta prætextu erroris.*

19 *Contumacia & bannum debent ritè & rectè procedere, vt operentur.*

20 *Contumacia debet accuſari per partem.*

21 *Contumax habens legitimam cauſam non comparendi, an excuſetur.*

22 *Confeſsio ficta in uno capitulo, in eo tantum operatur.*

23 *Contumacia contracta in uno iudicio, an operatur in alio.*

24 *Contumax an dicatur, coram iudice incompetenti non comparens.*

25 *Confeſsio ficta debet eſſe probabilis, veriſimilis, & poſsibilis.*

26 *Innocentia apparente non operatur ficta confeſsio.*

27 *Defenſor pro abſente, an, & quando poſsit comparere.*

28 *Confeſsio ficta dicitur liquidiſsima probatio.*

29 *Confeſsio ficta æquiualet ueræ confeſsioni. & num. 30.*

31 *Confeſsio ficta habetur pro ficta condemnatione.*

32 *Confeſſus ficte poteſt condemnari, etiam poſt peremptam inſtantiam.*

33 *Sententia contra fictum confeſsionem non ualet.*

34 *Notorium reſultat ex ficta confeſsione.*

35 *Appellare an poſsit habitus pro confeſſo.*

36 *Infamis an ſit habitus pro confeſſo.*

37 *Fideiuſſori de uiuendo pacifice, an noceat confeſsio ficta principalis.*

38 *Confeſsio ficta an probet verè delictum.*

39 *Confeſsio non operatur, ubi non poterat inquiri.*

40 *Confeſsio ficta an extendatur ad intereſſe partis.*

41 *Statutum loquens de uero malefactore, an habeat locum in habito pro confeſſo.*

42 *Confeſsio ficta an noceat in alia cauſa.*

43 *Confeſsio ficta an noceat alteri.*

43 *Bona damnatorum ex ficta contumacia. an fiſco vendicuntur.*

45 *Carceratus pro ſpeciali inquiſitione fractis carceribus fugiens, habetur pro confeſſo, & numero 46.*

47 *Aufugiens de carcere aperto, an puniatur.*

48 *Aufugiens ſciſſis ianuis, an habeatur pro confeſſo.*

49 *Aufugere tentantes, an pro confeſſis habeantur.*

50 *Carceratus ex illegitima cauſa, aufugiens non habetur pro confeſſo.*

51 Carcerari non poteſt quis ab eo, qui non habet altam iuriſdictionem.

52 *Ordo iuris in carcerando debet ſeruari.*

53 Confeſſio ficta an non operetur, ſi fuerit index incompetens, qui in carcerem coniecit.

54 *Confeſſio ficta an operetur in alio iudicio.*

55 *Aufugiens ex carcere iniuſta, an habeatur pro confeſſo.*

56 *Aufugiens de carcere, vt habeatur pro confeſſo debet ſcire cauſam ſuæ captiuitatis.*

57 Iudex non debet dare cauſam fugæ.

58 Carcer debet eſſe publicus.

59 *Aufugiens culpa cuſtodis, an habeatur pro confeſſo.*

60 Inquiſitio debet ualide formari, vt fugiens a carcere habeatur pro confeſſo.

61 *Minor aufugiens ex carcere, an habeatur pro confeſſo.*

62 *Qualitas debet aliter conſtare, quam per fictã confeſſionem.*

probationem, uel ad aliquã præſumptio-
nem, & tunc talis falſitas uenit punienda
& ita intelligit text. in l. damus. C. de fal.
aut cõmittitur falſitas an aliquo actu pu-
ta, ſcriptura, uel atteſtatione, & deficiunt
in forma, circa ſubſtantialia, & tunc dicit
ꝙ magis cõis opinio eſt in l. ſi quis lega-
tum, ff. de fal. quòd talis falſitas non puni
tur. aut dictum teſtis eſt falſum, tamen id
quod deponit teſtis, ſiue eſſet uerum ſiue
falſum, non poterat aliquod præiudiciũ
generare, & talis falſitas non nocet. adde
Gramma. in deciſio. 2. nu. 28. & deciſio. 27
num. 5. & ſi dictum teſtis eſt nullum, licet
docto. dicant teſtem non puniri de falſo,
intelligitur id de pęna ordinaria, non aũt
de pœna extraordinaria, ut plene per Mar
ſil. in l. 5. §. præterea. ff. de ſiccar. nume. 29.
103 † Decimo requiritur, quòd teſtes depo-
ſuerint falſum in articulis cauſæ ꝓductis
ab vna partium eos producente, & de eo
qd continetur in ipſis articulis, ut punian
tur pœna ordinaria, ſecus ſi diſpoſuerint
extra articulos, quia tunc extraordinarie
punientur. ut late hr̃ per Grammat. in de-
104 ciſio 27. nũ. 3. cum ſequen: † Vndecimo
requiritur, quòd teſtes deponant ſuper eo
falſum, in quo conſiſtit ſubſtantia nego-
tij, propter quod principaliter examinã-

tur, ſecus ſi ſuper alijs. quia eo caſu ſi mētiantur, non ex hoc dicuntur falſum depoſuiſſe, nec de falſo poterūt puniri. ſed extra ordinem arbitrio iudicis punientur, vt voluit Iac. Butr. in l. Lucius. ff. de infami. & idem ibi tenet Ang. in 2. col. & ſequitur Angel. in conſ. 194. incip. viſis proceſſibus 2. col. & pleniſſimè per Gramm. in deciſ. 43 incip Lucianus de Santis, vide Marſi. in l. 1 §. præterea. nu. 31. ff. de ſicar.

105 Duodecimò requiritur, quòd non ſit falſitas, quę reſultat ex dictis teſtium vtriuſque partis deponentium contraria inter ſe. quia hæc nō dicetur falſitas, ſed potius repugnantia, & nemo ipſorum de falſo punietur, vt ſequitur latiſſimè Gramm. in

106 deciſ. 60. per totum. Decimotertiò requiritur, quòd citentur cum inſertione earum depoſitionem, quæ prætendunt̃ falſæ. vt dictat tex. in d. l. pragma. teſtē falsū.

107 Decimoquar. ò requiritur, quòd in vltimo peremptorio citationis nō appareat aliquem comparuiſſe ad eos teſtes excuſandum, vt hr̃ in d. pragm. teſtem falſum.

108 Decimoquintò, requiritur, quòd teſtis habitus pro confeſſo, virtute cōtumaciæ fateatur id, quod depoſuit in iudicio; & non negetur id dixiſſe, aliàs ſi diceret aliter dixiſſe, quam ſit ſcriptū, non punietur de falſo virtute dictæ confeſſionis. ſecundum Bar. in l. ſi quis legatū. pe. q. ff. de fal. & Spec. in tit. de teſt. § j. ver. quid ſi teſtis Fel. in c. ad audientiam de præſcrip. Abb. in c. cum cauſam. de teſt. & in cap. cum autem. eod. tit. & idem tenet Spec. in tit. de teſt. §. 1 uerſ. pone, ecce iudex. & in tit. de inſtr. edi. §. reſtat uerſ. ſed quid ſi vnus & Gramm. conſil. 30. num. 11. & conſi. 47. in princ. & Thom. Ferra. in cautela 26.

109 Decimoſexto requiritur, quòd dicta cōfeſſio non ſit reprobata contrarijs probationib. per ea, quę dixi ſupra in vndeci-

110 mo requiſito. Decimoſeptimò requiritur, ꝙ contumacia ritè. & rectè proceſſerit, per ea quæ dixi ſupra in materia fictæ confeſſionis per ſtatutū in decimotertio

111 requiſito. Viſo poſtremò de requiſitis, ſequit̃ videre de effectibus, & primò operatur condemnationem ipſius ad pęnam

112 falſi, vt dictat tex. in d. pragma. Secundò operatur, quia dictum ipſius hr̃ pro non dicto, ut not. in l. 1. & ibi Cy. C. qui accuſ. non poſſ. & per Sal. in l. damus. C. de falſi eſſet modò uidendum de multis alijs effectibus, & aliquib. varijs in materia ſed quia lata eſt materia & clara, me remitto ad doctores in locis ſuis ordinarijs. eſſet etiam videndum de pluribus alijs caſibus in quibus per leges communes ex contumacia & alijs modis reſultat facta cōfeſſio, ſed quia reperio me impeditum alijs negotijs relinquenda hoc tēpore cenſeo.

QVARTA PARS principalis.

POENIS DEBITIS feriantur. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Condemnari debent inquiſiti, ſi confeſſi uel conuicti videbuntur, num. 102.*
2 *Pœna an & quando poſſit minui.*
3 *Pœna ordinaria non poteſt imponi, vbi non eſt ſeruatus ordo in procedendo.*
4 *Condemnando ad mortem debet dari facultas vt poſſit confiteri de peccatis ſuis.*
5 *Sententia condemnatoria ad mortem naturalē an ſtatim poſſit exequi.*
6 *Appellatio in criminalibus, an, & quādo executionem retardet.*
7 *Sententia condemnatoria ad mortem, ex quib. differatur.*
8 *Pœna capitalis, quæ intelligatur.*
9 *Congregans armatos, an puniatur de portatione armorum, & de congregatione.*
10 *Statutum puniens vulnerantem, an cōprehendat inſequentem, & ſeipſum caſu aliquo vulnerantem.*
11 *Cōdemnatum iniuſtè etiam clerici poſſunt eripere de manibus familiæ.*
12 *Sententia eſt ferenda cum traditate, & non precipitanter.*
13 *Iudex propter nimiam ſæuitiam poteſt iuriſdictione priuari.*
14 *Abſoluere ſanctius eſt, quàm condemnare.*
15 *Punitus per unum iudicem non poteſt per aliū puniri.*
16 *Vulneratus poteſt agere ad intereſſe cōtra vulnerantem, & pro iniuria, licet vulnerans fuerit ſemel punitus.*
17 *Minor non punitur pœna ordinaria.*
18 *Miniſtrum iuſtitiæ ſi non habet iudex, poteſt*

cogere vilem aliquam perſonam, vt illud officium faciat.

39 *Poteſt quis per ſententiam condemnari, vt carnifex ſit.*

20 *Seruus priuati poteſt capi & cogi, vt faciat officium carnificis.*

21 *Miniſter iuſtitiæ ut quis ſit, poteſt condonari pœna mortis.*

22 *Defendens ſi exceſſit modum in ſe defendendo, quomodo puniatur.*

23 *Fideiuſſorem dantes inuicem de non offendendo ſi ſe offendunt, an teneantur ad pœnam fideiuſſionis & ordinariam delicti.*

24 *Hæres fideiuſſ. de non offendendo, an teneatur ad pœnam.*

25 *Pœna mitiori debet plecti delinquens magno dolore.*

26 *Pœna mortis nullus debet plecti in caſu incertitudinis.*

27 *Pater occidens filium committentem vnam de cauſis ingratitudinis, non punitur pœna mortis.*

28 *Pœna mortis non habet locum, niſi ubi concurrit dolus.*

29 *Pœna alteratur in plus vel minus ſecundum qualitatem perſonarum. nu. 30.*

31 *Homicidium caſuale quomodo puniatur.*

32 *Animus occidendi non præſumitur in percutiente baculo.*

33 *Percuſſio lapide facta, qualiter puniatur.*

34 *Homicidium commiſſum manu vacua, qualiter puniatur.*

34 *Pœna minoratur propter multitudinem delinquentium.*

36 *Qua pœna puniantur, qui armati ab aliquo quid exigunt.*

37 *Percutiens pomo enſis nō punitur pęna mortis.*

38 *Percutiens baſtono, qualiter punitur.*

39 *Pęna infamiæ impoſita per ſtatutum, alteratur in plus infami.*

40 *Pęnarum duplicatio, non habet locum in amputatione manus.*

41 *Pęnarum duplicatio, quæ habet locum in offendente officialem regium, non habet locum, ſi offendatur officialis non commorans in curia regis.*

42 *Vulnerans non letaliter, quando poſſit ad pœnam pecuniariam damnari.*

43 *Pœnæ ſolutio facta per unum, non liberat uerū delinquentem.*

44 *Puniri an quis poſſit de delicto alibi commiſſo.*

45 *Probatio dubia in abſoluendo prodeſt.*

46 *Pœnæ relegationem quæ ſint.*

47 *Pœna mortis naturalis quando intelligatur impoſita.*

48 *Pœna capitalis quando intelligatur impoſita.*

49 *Punitus per eccleſiaſticum, an poſſit puniri per ſecularem nu. 103.*

50 *Proijciens lapidem de nocte, an puniatur pęna mortis, ſi quem occiderit.*

51 *Blaſphemans coram iudice pro tribunali ſedente, poteſt pecunialiter puniri.*

52 *Pœna conſueta, & non inſolita debet imponi. num. 89.*

53 *Sententia an poſſit ferri pro abſente liquidata cauſa.*

54 *Sententia in criminalibus, quando tranſeat in rem iudicatam.*

55 *Sententia in criminalibus poteſt ferri, etiam abſente accuſatore.*

56 *Sententia lata per iudices eccleſiaſticos, an debeat per iudices ſeculares ſtatim executioni demandari.*

58 *Sententia ſuper infamia in vna cauſa, nocet in alia.*

59 *Pœna mitior imponitur, ubi quis condemnetur ex præſumptionibus.*

60 *Pœna arbitraria imponitur, ubi non reperitur ſtatuta.*

61 *Pœna pecuniaria, in quibus, & quando ſit maior corporali.*

62 *Qua pœna puniantur illi, qui ligant homines ne cognoſcant uxores ſuas.*

63 *Abortum ut aliqua faciat, qui dederit poculū qualiter puniatur.*

64 *Pęna, qua puniatur, qui dat medicamentum mulieri ad eam ingrauidandum, ſed illa moriatur.*

65 *Abortum medicamentis faciens mulier, qua pœna puniatur.*

66 *Mulier, quæ accepit medicamenta ne conciperet qua pœna puniatur.*

67 *Pęna, qua puniatur ille, qui aliquem rixantē cum fratre ſuo ſuperueniens fortè occidit.*

68 *Sententia capitalis quando poſſit exequi pendente dilatione.*

69 *Frater ſciens tractatum de occidendo fratre, ſi non reuelat, qualiter puniatur.*

70 *Auxiliator qua pęna puniatur, & an puniatur etiam pœna pacis ruptæ inter offenſum, & offendentem nu. 71.*

72 *Fur debet condemnari ad reſtitutionem rei.*

73 *Appellari an tertio liceat in criminalibus.*

74 *Accuſatio non continens tempus, an cōualidetur*

tur

tur ſi probatur in proceſſu.

75 *Sententia abſolutoria poteſt ferri diebus feriatis. & quid de condemnatoria. nu. 76.*

77 *Abſolutionis reorum forma.*

78 *Exequutio ſententiæ capitalis eſt facienda in locis publicis.*

79 *Mortuus an poſſit ſuſpendi.*

80 *Anatomia ut fieri poſſit, an iudex poſſit tradere cadauer ſuſpenſi.*

81 *Sententia lata fiſco non audito eſt nulla.*

82 *Fiſcus an poſſit appellare. nu. 83. 84.*

85 *Citatio an fiat ad ſententiam audiendam in criminalibus.*

86 *Sententia poteſt ferri, etiam nulla parte inſtante in criminalibus.*

87 *Aſſeſſor non poteſt in criminalibus abſente iudice ſententiam dicere.*

88 *Sententia in criminalibus debet continere cauſam.*

100 *Exequutio ſententiæ per quem debeat fieri de feria appellatione.*

101 *Exequutio ſententiæ capitalis non eſt facienda in diebus feriatis.*

IVDEX.

1 FOrmato tandem proceſſu, auditoque reo inquiſito in iure & in facto, ut ſupra dictũ eſt, receptiſque defenſionibus ipſius, ac omnibus ſeruatis, ut particulariter demonſtraui, uiſo inſuper per iudices proceſſu, eoque bene & fideliter percuncta to in omnibus partibus tam fiſci intentionem cõcernentibus, quàm reorum inquiſitorum (tenetur enim & punitur iudex, ſi omiſit punire criminoſe, uel ſi puniuit quando non debuit, uel ſi plus puniuit, ut l. 3. in fi. C. ne ſan. bap. reite.) debet iudex ſua ſententia condemnare reos inquiſitos ad pœnas à iure ſtatutas, ſi confeſſi uel cõ-

2 uicti uidebuntur. † Et licet ex cauſa iudicibus permiſſum reperiatur, ut poſſint minorare pęnam a legibus ſtatutam, id tamẽ procedere ſciendum eſt in caſibus, in quibus ex officio proceditur, ſecus autẽ quando ad querelam proceditur, ſecundũ Hoſti. in c. in Archiepiſcopatu, de raptor. quẽ refert & ſequitur Bal. in marga. in uerbo, pœna. in 2. colum. uer. pœna legalis, & ſequitur Marſi. in ſua pra. cri. in §. conſtante. numero. 84. quod intelligendum puto, quãdo cauſa, ex qua iudex uult minorare pœnam, non eſt approbata à iure, ut ex ea poſſit & debeat minorari pęna, alias cogetur etiam, quãdo proceditur ad querelã, minorare. uidete Marſil. in l. 1. § diuus Adrianus. ff. de ſicar. in princip. ubi plura. & quando recedit à pœna ordinaria, an debeat inſeri cauſa in ſentẽtia, quare ab ea

3 recedat, uide Ang. de maleſi. in uerbo, qua ſi non ſoluerit. † Et eſt aduertẽdum per iudices ut ſit ſeruatus ordo in procedẽdo cõtra delinquentes. quia ſi cõtrarium faciẽtes grauerint reos inquiſitos, nõ poterũt pœna ordinaria ipſos cõdemnare, ſed pęna extraordinaria & mitiori. ſecũdu Bal. in marga. in uerbo, pœna. in ult. colum. in uerbo, pœna ordinaria. & ſequitur ſimpliciter Marſ. in d. § conſtante numero. 100. quod eſt intelligendum regulariter. ſecus in certis caſibus, in quibus ordo eſt ordinẽ

4 non ſeruare, ut alias dixi. † Et ſi ſententia cõdẽnatoria ad mortem erit proferenda p iudices, debent ſeruari ea, quæ poſuit & docuit Mar. in ſua praxi. cri. in. §. quoniã, nu. 51. ut pridie quam ſententia feratur, reo condemnando ad mortem, indicetur quo ſe bene diſponat, & cõfiteatur peccata ſua uiris religioſis, ab iiſque cõfortetur ad patientiam. eo autẽ ſic facto, poſtridieque eo ducto ad tribunal iuſtitiæ, iudice pro tribunali ſedente, debet proferri ſententia condemnatoria, ea autem lecta ſtatim tradendus reus eſt carnifici ad ipſam exequendam, atque exequutione facta facienda eſt relatio in acta. ¶ Nec mireris, quòd dixi, ſtatim eſſe exequendam ſentẽtiam capitalem, quia licet ſit difficultas in puncto iuris nunquid non expectatis decẽ diebus, intra quos poteſt appellari, ſit exequenda ſententia, quando non eſt appellatum per ipſum condemnatum, uel aliũ eius nomine, in quo pũcto Guliel. de Cu. Pet. & Bal. in l. addictos. C. de epiſc. audien. tenuerunt, quòd poteſt, & idem uidetur tenere Bar. in l. nõ tantum. ff. de appe. & Dyn. in dictis locis allegatis. Ioan. de Ana. in d. l. nõ tantum. idem Bart. in l. qui ultimo. in fin. ff. de pœn. tenet contrarium & Imol. in d. l. non tantum. & hanc partem negatiuam ſequuntur nonnulli: tamen ut hæc ſecunda opinio ſit uerior, de conſuetudine ſeruatur contrarium, quia etiam ante decem dies, quando pro par-

te condemnati non eſt appellatum, duc itur ipſe ad ſupplicium, & pro hac parte eſt bon.tex.in d. cta l.addictos.& quòd ita ſeruetur de conſuetudine, uidetur tenere Alber.de Roſa.in l.1.de excep.rei iu.Pau. de Caſ. in d. l. addictos.& firmat Ang. de Aret.in lib. malefi. in uerbo, & ibi caput
6 à ſpatulis ampute.4.colu. † Si uero reus condemnatus appellauerit, quum ſit conuictus & confeſſus, non obſtante appellatione interpoſita debet ſententia exequi ut per doct. cõmuniter in l. obſeruare. C. quorum appellat o nõ recip.ſi uerò ſit ſolum conuictus uel cõfeſſus, tunc ſi ſumus in criminibus enormibus & grauioribus non admittitur appellatio ut habetur per glo.in d.l.obſeruare, in uerbo, propria,& traditur in l.conſtitutiones.ff.de appella. & ibi per Bart.Alber. & Angel. in penult. colum.uerſi.2.non auditur. & in l.1. C.de rap.uirgi.ubi per Marſil.& per Spec.in tit. de appel.§.in quibus.& Carte.in d.l.obſeruare.in prin. nu. 36. ſi uerò ubi eſt confeſſus & condemnatus, appellarit, in appellatione allegandus eſt, uel error confeſſionis, uel alia iuſta cauſa, quæ poſſit infringere confeſſionem,& tunc admittitur appellatio.ſi uerò non allegat error, uel alia iuſta cauſa, ſed ſimpliciter ſit appellatio, tunc ſi per iudicem appellationis non eſt inhibitum, poteſt appellatione non obſtãte exequi ſententia.ſecundum Ioan.And. in c.Roma. §. ſin autem. de appella. in 6. in gloſ. & in nouella Archid. & Dom. de ſanc.Gemin.Imo.in l.cõſtitutiones.ff. de appella.& in l.creditor.§.iuſſus.ff.eod.tit. Imo.& do.Abb.in c. cum ſpeciali.§ porrò de appella.& ibidem Philipp.Franc.in ſecunda.col. in 2.cõcluſione. Bal.in l.addi.
7 Spec.in tit.de appella.† INQVI. Numquid ſit dare aliquem caſum in iure, quo poſſit differri ſententia cõdemnatoria ad mortem? IVDEX. Plene habetur de hoc per Marſi.in ſuâ praxi.crim.in.§ opportunè. per totum. ubi plures caſus enumerat,
8 quos uide per eum. † Et aduertendum eſt per iudices, ut quoties uoluerint cõdennare aliquem ad pœnam ultimi ſupplicij, nũquã dicant in ſententia, quod condemnãt reum ad pœnã capitalẽ, quia nõ intelligeretur de pœna mortis naturalis, ſed ciuilis, ſed debet concludere ita & taliter, quod anima eius ſeparetur à corpore ut habe-
9 tur p Marſi.in d. §.opportunè.nu.39. FIS. Quod ſi aliquis congregarit armatos, an poſſit condemnari ad pœnam portationis armorũ & de cõgregatione armorũ. IV. Dicas quòd de utroque puniri non poteſt quia iſta duo tẽdũt ad eundẽ finem & effectum.ſecundum Barto in l.1.ff.ad leg.Iul. de ui pub. & in l. quoniam eod. tit ubi dicit de multoties hoc practicaſſe.ac pro eo facit glo. not.in l.qui de crimine.C.de accuſ. & dicta per Bal. in l.aduerſus in fine.
10 C.de ſur.† FIS. An ſtatutum puniens uulneratum, comprehendat inſequentẽ quia cadendo ſeipſum uulnerauit. ¶ IVD. Dicas quòd non debet puniri tanquam uulnerans, ſed ſolum ut fieri faciens uulnus. ſecundũ Bart.in l.gemina arbor.in 2.col. ff.arborum furtim cæſarum.pro quo uide Bald. in l. de perioribus. C. ad leg. Aquil. & in l. tertia.ff.de iureiuran. in.§.1.Bald. in l.qua actione.§.Celſus.ff ad leg. Aquil.
11 Aduertant inſuper iudices, quod iuſte cõdẽnẽt reum.quia aliàs etiam clerici licitẽ poſſent eum eripere de manibus familiæ ſecundum Alexan. in conſil. 144. incipien poſt reditum primum. & per Alber. de Roſa.in l.addictos C.de epiſco. audiẽ. & Marſi. in praxi crimin.§. attingam.nu.
12 41.† Oportet.n.cũcta rimari, & nõ eſt feſtinandum ad ſententiam cõdemnatoriã cõtrariũ enim facientibus ſæpius uana & fruſtratoria pœnitẽtia eſt comes: quare attendi debet id quod habetur in c. iudicantem.30.q.5. & in c.graue.35.q.9.ubi dicit tex.quod fructus diuinus eſt iuſtitiam ſæpius te cenſeri. præcipitata enim uoluntas iudicis eſt nouerca iuſtitiæ. ſecundũ Cardi per illum tex.in elem. paſtoralis. §.rerum.in princip.inhærendum eſt enim potius tarditati ut euitetur omne periculum
13 animæ & corporis. † Et eſto memor, quãdo eris iudex, ut non procedas nimium ſeueriter in caſibus criminalibus. propter nimiam enim ſæuitiã poterit iuriſdictione priuari: ad quod facit illud quod Theodoſius Honorio filio præcepit, ſis pius imprimis, nam cum uincamur in omni munere, ſola Deum æquat clemẽtia nobis. aſperitas enim & ſeueritas apud quãlibet prudentẽ damnatur,& quod tibi fieri non velis, alteri ne feceris: ſis etiã memor, quod

homo

homo eſt factura & creatura Dei, non autem hominis, conſideres er lector amantiſſime, omnem hominem eſſe mendacē, & ſepties in die cadere iuſtum, & melius eſſe peccare in pietate, quàm in ſeueritate, vt dicit text. in cap. allegantur. 36. q. 7.

14 Nec putes, amantiſſime lector, vile eſſe abſoluere reos, & magnificentius aliquid condemnate. inquit enim Paul. de Caſt. in conſ. 197. incip. viſa cōdemnatione in vlt. verbis. quod maiorem honorē conſequitur quis abſoluendo, quā condemnando, pro quo faciunt dicta Petr. de Anchar. in conſil. 23. incip. viſa inquiſitione. vbi inuehitur in iudices maleficiorū, qui anhelant ad condemnationem, & dicit Bal. in conſil. 403. incip. quidam fuit, in 3. vol. ꝙ iuſtius peccatur in abſoluendo, quàm in condemnando. allegat. l. item Mela. §. ſi plures. ff. ad leg. Aquil. & idem dixit dom. Phil. Dec. in conſi. 175. incip. in cauſa falſitatis. ult. col. & ideo quando eris iudex maleficiorum, non ſemper ſeueriter procedas ad condemnationem mortis naturalis, ſed cum quodam temperamēto ſtudeas vitia corrigere, & nolle mortē peccatoris, ſed vt conuertatur & viuat, iuxta dominicum dictum, vt late docet Marſil.
15 in ſua praxi. crimi. in §. occurrunt in fi. Et aduertas, quod ſi de condēnaueris aliquē, qui poterat pluribus pœnis cōdemnari ex pluribus legibus, ad mitiorem & mediocrem pœnam, nō poterit alius iudex, qui fortè poteſt etiam ipſe de delinquēte illo cognoſcere, condemnare ad aliam pęnā maiorē, vel minorem pro eodem delicto vt latè habetur per Boer. in decis. 289. in
16 1. parte. per totā. Vnum tamen ſcias, ꝙ ibidem Boer. dicit in fi. ſi aliquis pro vulnere illato ſit punitus per iudicem, ac deinde tribus annis elapſis vulneratus velit agere pro iniuria ſibi illata, & ad intereſ-
17 ſe, quod poſſit agere, vt ibi per eū. Aduertas inſuper quò minor delinquens non punitur pęna ordinaria, ſed mitiori, vt hr̄ in l. 1 §. impuberes. ff. ad Sylle. & in l. excipiuntur. ff. eo. ti. & in l. de minore. in princip. ff. ad quæſt. & in c. 1. & 2. de delict. puero. & tenetur de neceſſitate iudex in eo minorare pęnam; adeo nō eſt arbitrariū, vt tenuit Bal. & Sal. & Paul. de Caſt. in l. & ſi ſeuerior. C. ex quib. cau. infa. irrog. Saly. & Paul. de Caſt. in l. i. C. ſi aduer. delict. & Alexander de Imol. in d. l. & ſi ſeuerior. & ideo aduertas, ne erres, vt ad longum congerit Gram. in decis. 23. incip. dum fuiſſet
18 mihi. Scias etiam chariſſime lector, licet inordinate procedam, quòd ſi contigerit iudicem velle procedere ad exequutionem ſententiæ capitalis, & non habuerit miniſtrum, qui faciat dictam exequutionem, poteſt capere aliquem quem viſum fuerit, eumque cogere, vt faciat officium carnificis, dummodo ſit vilis perſona. ſecundum Bart. in l. ſi §. fi. ff. de pigno actio. vbi plus uoluit, quod poteſt capere boues, quo facilius adigat hominem: vel equum, & ſequitur Marſ. in l. 1. ff. de quęſtio. num. 18. plenè per Par. de Put. in libro
19 ſyndica. in uerbo, maniuoltus. Vbi plus dicit, quòd iudex habet plures carceratos, inter quos eſt vnus qui poteſt condēnari ad opus publicum, vel in perpetuum, is poteſt condemnari, vt exerceat officiū carnificis ad tempus, vel in perpetuum, prout erit qualitas delicti. ſecūdum Bart. in l. 2. ff. de pub. iūdi. & poſt eum Angel.
20 Item ibi dicit, quòd etiam poteſt capere iudex ſeruum hominis priuati, & exequi
21 facere ſententiam capitalem. Item ibidem dicit, quòd poteſt facere gratiam reo morituro, dummodo exerceat officium
22 carnificis & maniuolti. Item eſt aduertendum à iudice circa pœnarum impoſitionem & condemnationem quòd ſi aliquis ex propoſito & deliberate exceſſerit modum in ſe defendendo, & occiderit aliquem, non poteſt iudex eum punire pro toto, ſed pro illo exceſſu tantum ſecundū Bal. in l. vim. ff. de iuſtit. & iure. vlt. col. & ſequitur Petr. de Anchar. in clem. prima, de homi. vbi dicit, quòd licet gl. c. ſignificaſti. el 2. & glo. 149. in ſumma, teneat, quòd ſi quis ſe defendendo exceſſerit modum, & non ex propoſito, non punitur de tali exceſſu, tamen ſecundum Pet. de Anchar. etiam ſi ex propoſito excedat modum, & ſic doloſe, punietur non pro toto tamen, ſed pro exceſſu. & Alex. ſequitur & refert in conſilio 140. aliàs 283. in ſecūdo uolum. in vlt. colum. & allegat hoc voluiſſe Salyc. in l. Gracchus in vlt. col. C. de adult. & Petr. Philip. Corne. in conſil. 104. incip. pro decis. in fin. pri. lib. & no-

uiſſimè per Marſ. in pract. cri. §. quoniã. nu. 91. & in l. 1. nu 40. ff. ad l. Cor. de ſicar. vide tamen Iacob. de Nouel. in praxi deſen. fol 15. nu. 23. vbi videtur innuere con

23 trarium. FISC. Quòd ſi aliquis occidit aliquem cum quo erat data fideiuſſio de viuendo pacifice, & de nõ offendendo an poſſit exigi pęna fideiuſſionis. & pœna corporalis? IVD. Hanc quæſtionem poſuit Marſ. in conſi. 9 in uerſ. capio modò tertium. vlt. colum. vbi finaliter dicit, quòd poteſt exigi pęna fideiuſſionis a promittente, vel eius hæredibus, & pęna corporalis; vt ibi. & an quãdo facta eſt offenſio ex noua cã, commutatur pęna, necne; ibidem quòd non in pace, fallit. in treuga. & quando propriè dicatur rupta fideiuſſio de non offendendo, vide Marſil. in conſi 21. vide Bart. in quæſtionib. ſuis. in

24 1. q. Et an pęna fideiuſſionis de non offendendo, ſi eſt commiſſa, poſſit exequi contra hæredes fideiuſſorum, vide optimã doctr. Ang. Aret. inſt. t. de fideiuſ. §. fi-

25 deiuſſor. Item eſt aduertendum circa impoſitionem pęnarum, an aliquis deliquerit magno dolore motus, quia tunc nõ debet imponi pęna ordinaria delicti, ſed mitior, vt eſt tex. in l. ſi adulterium cum inceſtu. §. imperatores ff. de adulter. & firmat Ang. de Are. in lib. malefic. in uerbo. & dictus Titius ſe defendendo. verſ. aduertas. & Franc. de Aret. in conſi. 165. incip. ſicut in vlt. col. plene per Marſ. in l. 1. ff. de ſica.

26 nu. 58. Item eſt aduertendum, quòd in caſu incertitudinis: videlicet, quando homicidium eſt incertum, ſed homicida incertus; vt puta, quia plures fuerunt in rixa, & vulneratus non habet niſi vnicum vulnus: vel minora vulnera & pauciora, quàm fuerunt rixantes; nemo ipſorum rixantium debet puniri pęna mortis ſecundum glo. in l. item Mela. §. ſed ſi ſeruum plaries. ff. ad legem Aquil. & latiſſimè per

27 Marſi. in d. l. 1. num. 71. in 16. limit. Item non imponitur pęna mortis pro homicidio commiſſo per patrem in filium, qui commiſit vnam de cauſis in ingratitudinis contra eum. ſecundum Bar. in l. diuus. ff. ad l. Pompe. de parri. & ſequitur Marſ.

28 in l. 1. num. 100. ff. de ſicar. Item eſt aduertendum, quòd ubicunque per ſtatutum imponitur pęna mortis, ſemper requiritur, quod concurrat dolus; vt probatur in l. qui ædes, & in l. ſi fortuito. ff. de iu. cen. tui. & na. à contrario ſenſu & habetur per Bal. in l. data opera. 4 col. C. qui accuſ. nõ poſſ. & in l quicunque. 5. col. C. de ſer. fugi. latè per Marſ. in d. l. 1. nu. 11 §. prætereà vide Dec. conſ. 9. primo uol. Cæpol. cunſ. 30. & 31. Marſ. in l. de minore. ff. de quæſt. nu. 39. Ang. in lib. malef. in uerbo, ſcienter & doloſe. Bal. in l. 9. num. 5 ff. de legi. Angel. in l. in actionibus. §. 1. ff. de in litem iur. & in conſil. 288. incip. uiſo themate. Barthol. Cæpol. in conſi. 34 Bal. in l. quicunque. C. de ſer. fug. 5. col. Raphal. Cu. conſil 134 in fi Gram. conſil 68. & in uoto 21. & in deciſ. 5. num. 29. & in dictis locis habetur, an lata culpa æquiparetur dolo, & per Marſ. in l. in lege Cornelia. ff.

29 de ſicar. Conſiderandum etiam erit à iudicibus circa impoſitionem pęnarum, ut inſpiciatur qualitas perſonarum, in quibus committitur delictum, quia alteratur pęna in plus & in minus ſecundum qualitatem perſonarum. ſic qui occidit infantem punitur maiori pęna, quàm qui occidit uirum perfectæ ætatis, ſecundum Sal.

30 in l. pen. C. de ſicar. Item magis punitur qui occidit clericum, quàm qui laicum ſecundum gl. in c. ſicut qui. 17. q 4. Item magis punitur homicidium recens, quàm antiquum vt eſt text. & glo. in l. ſi diutino. C. de pęn. Item magis punitur, qui occidit ſeruum, quam qui liberum, quia tenetur ad intereſſe domino ſerui, & tenetur de ſicar. & qui occidit liberum, tenetur ſolũ de ſicar de quo per Spec. in tit. de iniur. & damno dat. § ſecundo. & ſic de ſingulis.

31 Item conſiderari debet, caſualiter ne, an data opera delictum ſit commiſſum. quia primo caſu debet minorari pęna. 2. non. ſecundum Bart. & Doctor. in l. diuus. ff. de ſicar. & Bart. in l. ſi quis ſeruo. C. de furt.

32 cum ſimilibus. Item eſt conſiderandum inſtrumentum, quo facta eſt percuſſio. nã percutiens baculo non tenetur de vulnere lætali; quia non præſumitur habuiſſe animum occidendi, vt inquit Bald. in procem. digeſtorum. 3. col. id tamen non habet locum, ſi percuſſio facta ſit in capite. ſecundum Angelum. in l. 1. § ſed ſi claua. ff. de ſicar. quem refert & ſequitur. Felyn. in capit. ſignificaſti. extra de homi.

mi.& Bartolus in l. prima.§.diuus C.de e men.ſeruo.Angel.in tracta malefic.in uer
33 bo ſcienter & doloſe. Item ſi percuſſio ſit facta lapide,licet mors ſequitur,minor pęna, imponitur;ut l.omne delictum.§.ſi
34 quis commilitionem.ff.de re iudicata. Licet occidens aliquem manu vacua,puniatur ita,ac ſi armis percuſſiſſet.l.qua actio ne.§.1.ff.ad legem Aquiliam.& ibi Bal. & idem in capitulo primo. § iniuria vltim.
35 col.de pa. iur. fi. Scias etiam, quòd propter multitudinem delinquentium non imponitur pœna mortis,ut puta,ſi plures occiderunt unum.ſecundum Angelum in l.penulti.de ſicar.& Augu de Ari. in addi. Angel.in uerbo & dictus Titius.& Alber. in l.quoniam multa.C.ad l.Iul.de ui pu.& Afflict.iu conſtitu.terminum uitæ. uerſic. 13.fallit.ſed Grammat.in conſil.4 tenet, quòd ſi deliberato conſilio, & ad hoc coadunati occiderũt,omnes debẽt puniri de
36 occiſo. Scias ulterius,quòd ſi aliqui venerint ad me armati petentes aliquid a me,ad quod non tenebar, & ego perterritus ceſſerim eorum uoluntati, licet arma non extraxerint, nec mouerint, tenentur tamen pœna portationis armorum, & de ui publica.per text. in l.3. § qui armati.ff. de ui & ui arma & firmat in ꝓprijs terminis Afflict. in conſti. intentionis in 11.& vltim. quęſtione.in 2.nota.Et quòd teneatur de ui publica, qui in aliquem inſiluit & aliquid a me extorqueat uel armis offendat,licet ſit ſolus,tenuerunt gl. in cõſt. ſi quis aliquem. ubi fortè latius dicam, & ibi Iſer.in fi.& ibi Afflict.& Iſer in §.conſti.intentionis col.11. & Io. And. in rubr. de homi.& Grammat.conſ.43.& licet aliqui ſat s inhoneſtè,(tenentes opinio.contrariam)reprehendant Giam.cum uix mereantur corrigiam calceamentorũ eı ſoluere.contineatur multos citare pro cõtraria opinio. quod uidelicet pœna de ui publica non habeat locum, niſi coactis hominibus uis facta ſit per l.ſi criminis.C.ad l.Iul.de ui pu.nihilominus,diſtinguendũ eſt,quòd aut unus ſolus cum armis appẽſate ſeu (ut ita loquar appoſtate) aliquem inſultet, & offendat,unde timorẽ incutiat & a me aliquid ſi extorquear, & procedit de plano opinio prædicta tãtorum ſapiẽtum regni iuditio roborata, aut nõ appẽſat., & appoſtate, & tũc dato ꝙ percuſſerit cũ baculo nõ tenetur de ui publica, & ita loquuntur Doctores tenentes contrarium. Item percutiens, manipulo enſis,
37 cũ poterat enſe percutere,etiam, ſi ex tali percuſſione ſequatur mors, nõ debet puniri pœna mortis. quia uidetur non habuiſſe animum occidendi,ut probat tex. & ibi omnes ſcribentes.in l.eum qui.C.de ſicar. & dixit Ang.de Aret.in li.male. in uerbo, ſciẽter.pen.uer.& Soe.in cõſ.178. inc.primo aſpectu.niſi peuſſiſſet in capite. ſcdm Ang ubi ſup ui.de Bar.Cępo. in cõſ. 36.& Gramma.in uoto vigeſimotertio,numer. 10. cum ſeq.
38 Et ſi fiat percuſſio baſtono,& non ſequatur vulnus,licet Bart.de Cap dixerit,quòd eſt pœna uiginti ducatorum curię,& decẽ Parti, tamen Afflict. in conſtit. ſi quis aliquẽ in 2.gl dicit.quòd ipſe arbitrariè puniatur conſideratis qualitatibus perſonæ, loci,& temporis.& Gramm.in uoto 15.dicit,quòd ſi fiat percuſſio cõgregatis hominibus,uel excogitato inſultu,eſt pœna deportationis.& uide deciſio.ſac. regij conſilij eiuſdem Grammat.num.17 per totum.
39 Item eſt aduertendum, quod ſi ex forma legis uel ſtatuti alicui imponitur pœna infamię, qui eſt ex alio delicto infamis debet per iudicem pęna alterari, & imponi alia.per tex.ſingu.in l.nouerint C.ut in infra certum tempus.& ibi Ang.allegat illum textum pro ſing.& Lud.in l.ſi uerò §. de uiro.ff ſolu.matrimo. & Ant. Corſe in
40 ſingu.ſuis.in uerbo,pęna. Item eſt ſciendum,quòd ſtante ſtatuto,quòd offendens officiales regios puniatur duplicata pęna,non habet locum in amputatione manus ſecundum Bal.in l.1.C.de ſen.quę pro eo,quod intereſt. in ultima colum. & ſequitur Afflic. in conſti. ſi quis aliquem.in
41 decima quæſtione.Quinimò pęnæ duplicatio, quæ habet locum in iniuriante officiali regio per conſtitu ea, quæ ad decus non habet locũ officiali non cõmorante in curia regis ſecundum Afflict. in d.con-
42 ſti.ſi quis aliquem in 10.q Eſt etiam notandum,quòd vulnerans aliquem, ſi vulnus non debilitauit aliquod membrũ,nec eſt lætale,& ipſe vulnerans eſt homo bonæ conditionis,uitæ,& famæ,etiam ſi vulneratus nõ uelit pacem facere, poteſt per ſenten-

ſententiã definitiuam condemnare vulnerans ad pœnam pecuniariam, & non pôt offenſus conqueri, ſecundum Afflict. in d. conſti. ſi quis aliquem. 2. nota. in 5. tequiſi to. Eſt ulterius aduertendum, quòd ſolu-
43 tio pœnæ facta per aliquem de aliquo delicto, de quo erat innocens, cum propter tormenta confeſſus ſe commiſiſſe illud delictum condemnatus eſſet, non liberat uerum delinquentem. quia ille quandoque repertus debet puniri. l. qui ſeruum quoq;. ff. de interro. actio. & not. Ange. & Imo. in l. quot. §. fi. ff. ſol. matrimonio. & firmat Ang. in uerbo maleſi. in uerbo, Andream auxiliatorem. tertia col. in principio.

44 FISCVS. An quis poſſit puniri hic de delicto alibi commiſſo?

IVD. In hoc paſſu Bart. in l. ſi cui. §. fi. ff. de accuſatio. dicit, quòd non niſi ſit ciuis. uerum tamen eſt quòd delicta alibi commiſſa, aggrauãt delicta hic commiſſa: quam opinionẽ tenet. Salic. in ſeruos. C. ad legem Iul. de ui pu. nu. 5. in fine, & ſequitur Angel. de Are. in l. maleſi. in uerbo, exiſtens Florentiæ. in princ. Angel. in d. l. ſi cui. §. fi. dicit, ſi quis aliquis unum furtum ualde leue commiſit, alibi uero plura quod poteſt hic puniri, & furca ſuſpendi. & dicit ita ſeruari de conſuetudine, & hãc opinionem firmat Bald. in l. fi. de iuriſdi. om. iu. nume. 3. Augu. in addi. ad Ange. in loco, de quo ſupra, dicit hanc opinionem eſſe rigoroſam, & quòd ſi ipſe eſſet iudex, nõ ſeruaret eam contrarium tenet Alber. de Roſa. in dicta l. ſi cui §. fi. limitat tamẽ, niſi eſſet uagabundus, uide Angel. in. uerbo, & ueſtem cœleſtem abſtulit 3. colum. & ibi Aug. & quod de delicto alibi commiſſo non poſſit quis puniri, niſi ſit ciuis, uel niſi ſit uagabunuds, conſuluit Ange. in cõſ. 27. incipien. quidam Victor de caſtro Sicardi. & an iudex originis ſeu domicilij poſſit inquirere de dilicto alibi commiſſo per ſubditum ſuæ iuriſdictionis Marſi. in practica cri § conſtante. nume 90. refert opiniones, tãdem uero concludit magis communem opinionem eſſe, quòd non poteſt punire; & ita ſecundum hanc opinionem dicit Gramm. fuiſſe deciſum in magna curia uicaria ſub nnme. 26. per totum. Gandi. in titu. de furti. & latron. ſecunda col. uerſic. ſed iterum pone. decidit, quòd ſi aliquis Rhegius commiſit furtum Mutinæ, aliud uerò Parmæ, ubi captus eſt, officialis Parmæ debet punire de furtis cõmiſſis in territorio ſuo, & de reliquis remittere, licet ſubdat feroces iudices hoc non obſeruare. & Rapha. Fulgo. in conſil. 149. & hanc partem uidetur tenere Gandi. & eſt notandum, quod ſi quis aufugiat a patria ſua propter crimẽ talis fuga facit eum haberi pro uagabundo, ita, ut ubiq; poſſit conueniri l. 1. C ubi quis de cur. lib. undecimo. & firmat Luc. de pen. in l. ſi coloni. C. de agri. & cenſib. li. 11. 3. col. in fin. & uide do. Catal. de Bono compa. in tract. ſyndica. num. 97. cum ſeq.

45 IN. Quod ſi ille probatum eſt delictum eſſe commiſſum in perſonam Titij menſe Nouembris, econtrario probatur Titium impune potuiſſe offendi, quod eo menſe bãnitus eſſet, ut ea forma ſtatuti potuerit impune offendi, an debeat ſeq abſolutio, ſi nõ apparet, fuerat ne Titius bãnitus ante delictum, an poſt.

IVD. In hoc caſu Bar. in l. non ſolum. §. ſed ut probari. ff. de nou. ope. nuntia. tenet, quod debet ſequi abſolutio & iſtam opinionem ſequitur Angel. in lib. maleſi. in uerbo de præſenti anno. uerſic. quid ſi accuſator. & ibi firmat Augu. de Arim. licet multa contraria adducat. & firmat Bernar. ibidem in addit. & ſequitur Bertr. cõſi. 1. nu. 26. 1. lib. licet ſecus dicat in ciuib.

46 FIS. Quænã ſint pœnæ ultra relegationem. IVD. Dicas quod ſunt illę quę continent reueriorem ultionem: ut pœna mortis naturalis, quando uita admitur; ut pœna mortis ciuilis, quæ admit libertatem quia ſeruitus quo ad actus ciuiles morti æquipatatur; ut eſt quando quis libertate priuatur, puta, quia damnatur in metallũ, uel in opus metalli; uel in opus publicum in perpetuum; ut eſt hodie condemnatio ad triremes, uel quando imponitur pœna abſciſſionis membri. iſtę enim pœnę ſunt ultra relegatıonem; & ſunt de mæto imperio maiori, ut colligitur ex dictis Iacobi de Aret. in l. imperium. col. 1. ff. de iuriſd. om. iu. in 9. col. in 5. q. & ibi Bar. col. 3. uer. 2. eſt imperium merũ. & ſequuntur cõmu-
47 niter doctor. FIS. Quando pœnæ mortis ſpecifice dicantur impoſitæ per leges vel ſtatuta. IVD, Dicas, quòd ubicunque

in

in legibus, uel ſtatuto fit mẽtio de furca, laquea, gladio, ferro, flamma, igne leuiſſimo, grauiſſimo, nouiſſimo, amariſſimo, vltimo ſupplic o, fetali peſte, obligatione mortis, uel ſanguinis diſpoſitione, dař intelligi, quòd criminoſus, de quo ibi fit mentio, ad literã, occidendus eſt ſic intelligitur gloſ. in l. eius qui. in uerbo, aut ferrum. ff. de teſtament. & in auth. ſcenicas.

48 FIS. Quæ autem dicantur pœnæ capitales ſimpliciter.

IVD. Dicas, ꝙ ubiquicunq; p leges & ſtatuta fit mentio ſimpliciter de pœnis capitalibus, intelligiť de ppetuo exilio, & deportatione; ut no. gl. C. ne Chriſtia. mancip. l. 1. in princ. uerſi. capitali. & gl. l. final. C. de ueter. numiſma. po. lib. 11. & gl. l. in criminali. C. de iuriſ. om. iud. & l. ſi mater. ff. de inſtit. & ſubſtit. & l. unica. C. cri. peco. & C. de nauicu. l. ſi ſtatutum. l. 12. & l. ſi qs nõ dicã rapere. C. de epi. & cleri. in fin. & l. ne. C. q accu. non poſ. & proſequiť do. Iac. de Bellouiſu in praxi. cri. in ti. de pœna capitali.

49 FIS. An punitus per iudicem eccleſiaſticum in crimine ſacrilegij, quod eſt mixtum, uel in alio crimine ſimiliter mixto. poſſit poſtea puniri per iudicem laicum.

IVD. Iſtã qõnem tangit Affl. in conſti. multæ leges de cri. ſacr. & diſputat pro & contra: tandẽ decidit, ꝙ p pęnã impoſitã in ſimilibus criminib. p unũ iudicẽ, non ꝓhibeť alter iudex imponere aliã pœnã.

50 Sciendum tñ eſt, ꝙ nõ habet locum pęna mortis in eo, qui proijcit lapidẽ de noćte in aliquẽ ex laſciuia, ẽt ſi is inde mortuus ſit. ſm Paul. de caſtro. in l. 1. C. ubi ſe na. uel clari. & idẽ tenet Cæpol. in l. 1. col. 8. uerſic. ex quo refert. C. de ſer. fug. & firmat Nic. Boer. in tracta. de ſedit o. nu 51.

51 Item notandum eſt, quòd põt imponi pęna pecuniaria per iudicem blaſphemãti Deum coram iudice pro tribunali ſedẽte; ut eſt gl. in c. Deus omnipotens. in uerbo iudicis. 2. quæſtion. 1. & l. pri. C. qui, & apud quos. & tenent Caſſan. in titulo des iuſtices & droit. & da incelles, in §. lamende. §. 8. fol. 74 numero 2.

52 Item eſt aduertendum, ꝙ pœna in ordinarijs & extraordinarijs non debet excedere modumõ eſuetum, & prout hac̃tenus fieri conſueuit, & ſi exceditur, pars grauabitur, & poteſt recurri ad ſuperiores uel ſyndicatores, quo tempore officiales ſyndicantur; ut habetur plene per Par. de Put. in lib. ſyndi. in tit. de offi. ſynd. uer an ſi poteſtas condẽmnauit. uel compoſuit

53 FIS. An poſſit ferri ſententia pro abſente, qui aufugit liquidata cauſa.

IVD. Dicas, ꝙ ſic, ſecundum Sali. in l. abſentem, 8 q. C. de accuſa. & hoc uerum eſt niſi pro abſente fuiſſet cõmiſſa aliqua fraus uel dolus ſecundum Afflictum in conſtitu. grandis. in ſextò nota.

54 FIS. An, & quando tranſeat in rem iudicatam ſententia in crimin.

IVD. Diſtingue, aut abſolutoria & tranſit in rẽ iudicatã, ẽt quò ad tertiũ, qui non põt poſtea accuſare ſcdm Abb. & Ioan. de Ana. in c. de his de accu. ſed ſi eſt condẽnatoria, ẽt tranſit in rẽ iudicatã; licet aliq tenëant cõtrariũ, ſcdm Abb in d. ca. de his de acc. & dicit de hoc eſſe caſum ſingularem in l. diui. ff. de pœn ſed ſcdm Marſ. in §. ordine ſucceſſiuo, in praxi. cri. eſt ſimilis text. in l. 1. § fi. in fi. ff. de q. & ſi eſt ſñia lata contra contumacẽ uigore ſtatuti, nunquã tranſit in rẽ iudicatã. ſecundũ Ioa. de Ana. in d. c. de his, uide Marſi. ubi ſup. uide Præpoſitũ in ca. ſi quis, 2. q. 11. in prin.

55 Et eſt aduertendum, quòd ſententia in criminalibus poteſt ferri etiam abſente accuſatore, tex. eſt ſing. in l. quamuis indubitati. C. de adulter. ſecundum Ang de male, in uerbo, qui iudex commiſit publico præconi, quòd banniat con generale.

56 FIS. An ſententia lata per eccleſiaſticos iudices ſuper crimine hæreſis, debeat ſtatim executioni demandari, ut non conſideretur, num ritẽ & rećtẽ proceſſerit?

IVD. Bar. in l. diuus. ff. de cuſto. reo. quẽ ſequuntur legiſtę, maxime pau. de Caſtro, & Alber. dicebat, quòd non; ſed debere videri proceſſum; & ſi rite rećteque proceſſerit, debere exequi: non alias Canoniſtæ tamen communiter tenent cõtrarium & ſcdm hanc opinionem contra Bar. dicit Affli. in conſtitu. poſt mundi. in gl. in uerbo, gladij uerſi. 2. concluſio. ſe uid. ſic iudicatum per iudices magnæ curiæ uicariæ.

57 FIS. An hoc procedat & habeat locum etiam in alijs ſententijs datis per iudices eccleſiaſticos ſuper crimine, de quo alias iudex ſecularis poſſit cognoſcere.

IVD.

IVD. dicas, ꝙ debeãt ſententię ꝑdictę exequutioni demandari ſtatim per ſeculares iudices, quoties inuocatur brachium ipſorum, ſed requiritur, prius uideant proceſſum, & bene deſpiciant, num rite recteque talis ſnĩa condemnatoria proceſſerit, & ſi reperiatur iniqua, ſuũ brachiũ non ꝓſtent. ita per multa firmat Affli. ubi ſupra in gloſſ. in uerbo, gladij in tertia conclu.

58 Et eſt ſciendum, quòd ſi lata eſt ſententia contra aliquem de infamia uel per iurio in vna cauſa probat etiam in alia inter diuerſas perſonas ſecundum Abb. in c. 1. de exceptio. & in c. ex parte, de teſtam.

59 Inſuper aduertendum eſt, ꝙ quotieſcunque quis condemnatur ex præſumptionibus, nunquam ei imponitur pœna ordinaria, & uera pœna delicti ſed alia mitior, ſecundum Inn. in cap. quia uериſimile, extra de ꝓſumptio. & no. doct. in c. affert. e. ti. & Bal. non eſt uериſimile ff. quod metus erat Abb. in cap. qñ, de ꝓſumptio. plene p Marſil. in l. 1 § diuus Adri an. nu. 25. ff. de ſica.

60 Item ſciendum eſt, quòd ubicunq; per legem, uel ſtatutum non fuerit certa & determinata pœna impoſita, erit illa imponenda arbitrio iudicis, ut habetur, in l. 1. § expilatores. ff. de effi. & expila. l. hodie. & ibi do. ff. de pœ. Bal. & Ang. in l. 1. § hęc autem uerba, ff. quod qui. iur. & per dom. Alexan. in conſil 3. 5. libr. & plene Marſil. in l. in lege Cornelia numer. 5. ff. de ſica.

61 Item non eſt prætermittendum, quòd illa regula, quæ habet. pœnam corporalẽ uel minimam eſſe maiorem quacunque pecuniaria, habet locum in perſonis nobilibus, non autem uilibus. ſecundũ Bart. in l. 1. § ſi. ff. de pœ ꝛ. qui ita intelligit l. in ſeruorũ. in fi. ff. eo tit. & eſt ratio. quia uiles perſonæ magis timent pęnam pecuniariã quam corporalem.

62 FIS. Qua pœna puniatur ille, qui ligat homines, ne ualeant uxores cognoſcere.

IVD. Dicas, ꝙ punit̃ publicatione oĩum bonorũ, & ad pęnã carceris ꝑ annũ, ut hř ĩ côil. ici. amatoria pocula & ibi notat Af.

63 FIS. Sed quid de eo, qui dedit poculum amaſiæ ſuæ prægnanti, ut abortum faceret, qua pœna puniri debet?

IVD. Dic, qđ ſi amaſia illa ꝑp illud poculũ ſumptũ fecerit abortũ, punitur pęna mortis, non alias. l. ſi qs aliquid, § qui ab ortionis, ff. de pœn & firmat. Affl. in cõſtit. ſupra allegata. & quando nõ eſt ſequutus effectus, ut uidelicet abortum non fecerit, punitur pœna arbitraria, nempe pęna publicationis bonorum, & carceris ꝑ annũm: ut dicit idem Affl. ubi ſupra in tertio notabili. uide Angelũ de Aret. in libro maleſi. in uerbo, & ex intendi Tit. morti. eſt ſcda col. Qua pœna puniatur ille quĩ alias, ſpẽs ſortilegij fecerit ex quib. mors aut aliqua læſio ſecuta nõ eſt; dicas quòd eadẽ pœna, ut in d. conſtit & ibi no. Affli.

64 FIS. Sed quid de caſu contrario, uidelicet quando quis dedit medelam mulieri ad eam ingrauidandum, inde tamen mortua eſt, qua ille pœna puniatur:

IVD. Dicẽdũ eſt, ꝙ dẽt relegari ꝑ text. l 3 § ex ſubatuſconſulto, ff ad l Cor. de ſicar. & in l ſi mulierem. eo. tit. & ita ad hoc propoſitum allegat Affl. in d. conſtitut.

65 FIS. Sed qua pœna punitur mulier, quę accepit medelas, ut faceret abortum, ſi fecerit abortum?

IVD. Dicas, ꝙ aut hoc fecit añ quadraginta dies, & tũc punit̃ pœna exilij. l. ſi muliere. ff de ſicar. niſi fecerit ꝑ pecuniã, qa tũc punit̃ pœna mortis. ſcđm Bar. & Ang. in l. diuus. ff. de extraor. crimi. ſed poſt quadraginta dies, qa partus eſt animatus: ut l. Cicero, ff. de pœn. & declarat optime Marſ. in d. l. ſi mulierem.

66 FIS Sed qua pœna punit̃ mulier, q̃ accepit medelas, ut ñ efficeret̃ ꝑgnãs ex coitu?

IVD. in hoc habemus tex. in cap. ſi aliquis. extra de homi. & ibi ꝑ oẽs ſcribẽtes ꝙ dẽt puniri, ut homicida, & licet dicat̃ ĩ illo tex. debet tñ intelligi nõ de pœna homicidij, ſed mitiori: ut notabiliter dicit Marſi. in d. leg. ſi mulierẽ. & eadem pęna punitur ille, qui dederit dictas medelas.

67 FIS. Quòd ſi rixante Titio cum Seio, ſupuẽniens frater Seij occidat Titiũ nunquid ipſe Seius debeat puniri pœna mortis quaſi qui cauſam dederit?

IVD. Dicas, ꝙ nõ dẽt puniri Seius, nec de occiſo, nec de auxilio, nec tãquã aſtans maleficio. ſcđm Bald. in l. data opera. pe. col. C. q accu. nõ po. refert & ſequit̃ Marſ. in l. nihil intereſt. ff. de ſicar. num. 13.

68 FIS. Nunqđ pẽdẽte dilatione ad faciẽdas defenſiones, poſſit exeq; & ꝓferri ſententia capitulis? IVD. in hoc paſſu eſt aduertendum

uertendum, quod quotieſcūque metuitur ne affines vel amici ſubtrahant, & eripiāt inquiſitum, poteſt & debet proferri, & exequi ſententia capitalis vt eſt doctrina Bal. & Ang. in l. cum reis. C. de pœnis. refert & ſequitur dnm. Catal. in lib. ſyndi. verſic. 514 & Mar. in l. qui eædem. ff de ſicar. ſed aduertas, ne erres, quod debes ante oīa capere diligentem informationem, per quā tibi conſtet de congregatione hominū, & tumultu concitando; & quod teſtes dicāt, quod ſi fieret tumultus nō remaneret ſpes occultandi & retinendi inquiſitum, quin auferatur, & libertati reſtituatur. & qđ ſequerentur maiora ſcandala in perſonam iudicis & aliorū item, quod tumultus nō poterat aliter ſedari, niſi per mortē illius inquiſiti, aliās non probatis iſtis, caueas a
69 prædictis. † FIS. Qua pœna puniatur frater, qui ſciens tractari de cæde fratris non reuelat. † IVD De hoc eſt tex. in l. frater. ff. ad l. Pompe. de parri. ubi habetur, quod debet puniri pœna relegationis: & eſt ratio; quia ſciens, & tacens, videtur tacite eō ſentire per tex. in cap. ſicut dignum. de ho-
70 mici. † FIS. Qua pœna afficiatur quis de auxilio pręſtito ad delictum cōmittendū.

IVD. In hoc paſſu habemus doctrinā Bal. in l. iudices. C. ad l. Iul. peculi. & in l. 1. C. de agge. Nili non rumpen. in quibus duobus locis dicit. quod aut auxiliū eſt p̄ſtitum per actum proximum aſſiſtēdo maleficio, vt habilius & cōmodius committeretur, & tunc punitur eadem pœna, qua punitur principalis; aut per actum remotū a facto, iuuando in præparatorijs, & in alijs rebus, & tūc mitiori pœna plectitur; & hæc mitior pœna erit arbitraria ſecundū eū. hunc et caſum latius reperies apud Sali. in l. vnica. C. de rap. uirgi. vbi poſt multa hinc inde dicta dicit eſſe diſtinguēdū, quod aut lex punit facientem aliquod delictū nulla facta mētione de opem ſeu auxilium præſtante, & tūc, quia ius generaliter diſponit opem præſtantem puniri vt in multis legibus cauetur; punitur opē præſtans, ſed diuerſimodè. quia ſi cauſam præbuit maleficio, pariter puniunt faciēs & opem p̄ſtans; ſi nō minus puniatur opē præſtans? vt contingit in caſu l. is qui opē ff. de fur. nam licet ibi, qui opem pręſtitit, fuerit cauſa furti; nō tamen illius ſpeciei videlicet, manifeſti. aliquādo lex, quæ punit facientem delictum, facit mētionem de opem præſtāte, & tunc aut ſingulariter & ſpecificè de certa & determinata ope p̄ſtita, puta ſi dixerit, qui illum comitatus fuerit, vel qui arma ſciens cōmodauerit, & ſimilia, tunc ſeruāda erit lex illa, ſed in non expreſſis ſtādum eſt diſtinctioni prædictæ, aut lex punit vniuerſaliter & collectiue de oī vel quacunque opis ſpecie, & tunc aut pœnam ſpecificat & exprimit aut nullam ſpecificat, ſed indeterminatā relinquit. exemplum primi, puta, ſi lex dicat & eadē pœna puniatur, quia ſi quomodocunque vel quantuncunque opem præſtiterit, & tunc, quia lex generaliter & certe diſpouit ſtandum erit leg. exemplū ſecundi, ſi lex dicat, qui opem quamcunque p̄ſtiterit, puniatur per iudicē, nulla pœna ſpecificata, & tunc recurrendum eſt ad diſtinctionem primi membri, aut lex punit opem præſtantem ſimpliciter & indiſtinctè, de nulla opis ſpecie facta mentione: puta, qui opem præſtiterit, puniatur intantum. & tunc aut hæc pœna eſt mitior illa, quæ eſt imponendam principali, & tunc dicit ſe credere quamlibet ſpeciem opis, etiamſi cauſam nō præbuerit mortis vel maleficij, ſub illa indefinita cōprehendi, quia eſt eadē ratio omnium particularium ſub illa indefinita comprehenſorū aut pœna eſt eadem cū principali, & tunc debet intelligi ſecundum Dynum de tali ope, quæ fuerit cauſa maleficij ſequuti, & eſt ratio, quia particularium ſub illa indefinita comprehenſorum non eſt eadem ratio; nec uerba ſunt clara, ſicut quando uerba ſunt vniuerſalia uel collectiua adiecta, & ideo vbi præſtatio opis non præbuerit cauſā maleficij, debet imponi mitior pœna pro modo culpæ, ſi cum hac longa diſtinctione pertranſit ipſe, & ſic effectualiter uidetur tenere opinionem Bal. quæ ante ipſum fuit Dy. ut etiam ipſe Bal refert ſequitur etiam Ang de Aret. in libro malefi. in verbo & dicto malefic o ſemper aſtitit. Marſi. in l. ſi ſciente. ff. ad l. Pompe. de parri. habet quod per tex. illum videt deſtrui doctrina Bald. in d. loco. nā per illam legē imponitur pœna parricidij miniſtrāti pecuniam; vt poſſit parricidium conſūmari. & ſic eſt caſus, in quo qui præſtat au

xilium

xilium per actum ren otum, punitur eadē pœna, quo faciens.demum ipſe ſoluit, qa illud eſt propter enormitatem delicti. ſed puto etiā dici poſſe, quòd ibi præbuit cauſam mortis: & an, & quando, & quibus caſib. dicatur præſtari auxilium, uide p Salice.ibi & Marſi. in eadem l.unica & ibi late qualiter puniatur aſſocians ſe malefactori, ante, uel poſt delictū commiſſum, per eoſdē. & Ang.de Are. in loco ſupra allegato. & Bal.in conſ.235. in prima parte. Marſi.in pract.crim §.conſtante.num.55. Bal. in l.non ideo minus.C. de accuſa. penul. col.uide Hippol.de Mar. conſ.24 nume. 49.& conſ.37.nume.6. & conſ. 30. nume. 24 & conſ 67.num.44 & 69.num.7. & in conſ 34.num.7.& conſ.81.nume.32. & in conſ.110.num.27.& conſ.112 num.21.2. volum.

71 FISC. Quòd ſi aliquis præſtat auxilium occidenti aliquem cui occiſor præſtiterat cautionem ſub pœna ſe illum nō offenſurum, hinc an auxiliator habeat puniri pœna iuris ꝑ auxilio, & vltra, pœna pecuniaria pacis ruptæ? IVD. Hanc quæſtionē in indiuiduo poſuit Corn.in cōſ.8.
72 circa primum.in 3.li. quem uideas. Illud proxima ſciendum eſſe arbitros, ut ſi contigerit aliquem furem condemnari ad pœna mortis.per c.regni ad hoc, ꝙ noſtrum, condemnetur etiam in eadem ſnīa ad pœnam mortis, & ad reſtitutionem bonorū furto ſubtractorum, ut eſt cautum per cap. regu. incipien. ſi de furto, & ante dictum capitulum ita uoluit gl. & Bartol. in leg. interdum.§ qui furem.ff.de fur.& Inn. in c.cum oportet.extra de accuſa.aliàs iudex teneretur de ſuo.quare aduertas ne erres.

73 FIS. Quòd ſi tres ſententiæ conformes fuerint prolatæ condemnatoriæ ad mortem, an iterum appelletur.uel dicatur de nullitate? IV Dicas, quod in criminalibus, ubi exequutio eſt irretractabilis: nō habet locum titulus, ne li ter. pro. & Cle. 1. de re iudi. ſed non obſtante, quod ſint tres ſententiæ conformes, poteſt iterum appellari, & dici de nullitate & interim ſuſpenditur exequutio. ſecundum Paul. de Elea.& Pe.de Ancha. in d. Cle. 1. & refert & ſequitur Angel.de Aret. in lib. male. in uerbo, fama publica.in 10. colum. circa medium.

74 FIS. Quòd ſi accuſator nō poſuit in libello, qđ delictum fuit commiſſum tempore punibili, ſed in proceſſu eſt probatum, an poſſit ſequi condemnatio. INQVI. Videtur, quod debet ſequi abſolutoria. & non cōdemnatoria. ut format Ludo. Roma. in l.non ſolum.§.ſed ut probari. ff. de nou. ope.nuntia. ubi dicit ita tenuiſſe F: an. Accur. pro quo allegat Ang.in l. cum actum. ff.de nego.geſt.& Specu. in titu. de actio. & peti.§. ſequitur uerſi. hoc quoque. IV. Si bene inſpiciatur Ludo.in loco allegato tenet contrarium, quòd debet ſequi codēnatio. & hanc opinionem ſequitur Ange. de Areti.in lib.malefi.in uerbo, de anno præſenti.in 3.colum. licet ibi Augu.uideatur tenere contrarium propter conſil.Ange.in nu.297. atqui in regno eſt ſopita illa quæſtio per ritum magnæ curię uicarię incip.Iſabella, ut dixi.ſupra in uerbo, audiantur exceptiones proponendæ. atque eo cauetur, in criminalibus ꝓcedi debere ſola facti ueritate inſpecta, & attenta ueritate, non obſtantibus quibuſuis nullitatibus, ineptitudinibus: & defectibus, ut ibi dixi. & ſic ſatis erit, ſi conſtet de veritate.

75 Item ſcias, adeo fueri innocentiæ, & abſolutioni reorum, ut poſſit ferri ſententia abſolutoria in diebus feriatis, modo non ſint feriæ inductæ in honorem Dei, ut habetur per Barto.in l.cuſtodias.ff de pu.iudi.& ibi gl.in l.dies.feſtos.C.de fer.

76 Sed ſententia condemnatoria non poteſt ferri in diebus fariatis. etiam meſſiū uel uindemiarum, uel aliorum tēporū ut habetur per gloſ.& Barto.in d.l. cuſtodias, & competit Pau.Grillan. in tract. de relaxat.carce. in tit. de abſolutione inno-
77 centis. Inſuper non eſt committendum, qñ tractatur de abſoluendo reo, quòd aliqua forma abſolutiones debeat eſſe: exempli gratia, inquiſitus fuit quis de delicto, de quo erant indicia, propter quę tormentis expoſitus ſi nihil confeſſus fuerit, & ſic purgarit indicia, petieritq; abſolui, debebit reponi in carceribus, & citari accuſator, ut intra breuem terminum compareat ad dādum alia indicia, aliàs procedendū eſſe ad relaxationem carcerati, nemine tñ comparentem ad dandum alia indicia, debebit abſolui ab obſeruatione indicij: ut habet in l properandum.§.& ſi quidē. C. de

de iudi.& ibi gl. Bart.& Moder.& cõgerit Pau.Grillan. in tracta de relaxa carce. in 2.quæ vbi plenè. vel ſecundum Marſil. in l.rep·tij, ff. de quæſtio. debet liberari ſub fideiuſſoria cautione de ſtando iuri, & ſe præſentando, & c.ita ſeruatur indifferenter in magna curia vicaria. ſed qñ quia ẽ inquiſitus de delicto, & venit abſolutꝰ dus vti innocens, quia ſuam innocentiã probauit, vel quia ſi uetus delinquens repertus ſit, debet definitiuè abſolui, & eſt maxima differẽtia inter hos duos modos ab ſoluendi. nam ex pr̃imo non põt opponi exceptio rei iudicatæ & lit. finitæ curiæ inquirenti de nouo, ſed ſuperuenientibus indicijs iterum vocatur & inquiritur ex ſecundo verò competit exceptio rei iudicatę & litis finitæ aduerſus curiam uolentem de nouo inquirere, vel alium volentẽ accuſare, vt plenè per Pau. Gril. vbi ſupra

78 † Item eſt aduertendum, quod exequut o ſententiæ corporalis, eſt facienda in locis publicis.& nõ in carceribus, vt vnius exẽplo cæteri pertineſcant l.capitalium §.famoſos.& l.aut facta § fin.ff.de pęn.leg.1. C.ad Iuliam repet. plenè Pau. Grilla. in tract.de relaxa.carce.in prima quęſtione. & hoc niſi fieret gratia propter conſanguineos nobiles.vt quandoque vidi fieri. Vide Gulielm. de Ben.in rep.c. Rainutius in quæſtio.an lic occi.pccc.nu.44.fol.50.& in verbo mortuo teſtatore el 1.num. 108.

79 † FIS. Nũquid ſi inquiſitus moriatur pẽdẽte iudicio, poſsit ſuſpendi. I V D.Regulariter nõ poteſt in corpus mortuũ exequi ſecũdum Ang. in l.defuncto.ff.de pu. iu.& ibi Imo.fallit ſecundum eundem in famoſis latronibus, quem ſequitur Ange. ab Aret.in libro malc.in verbo, qui iu.6.

80 quod ba.6. col. † Et an poſsit concedere corpus mortuum faciendæ anatomiæ gratia medicis, Bart.in l.fi.ff. de cada. pu. dubitat, & non ſoluit. Franciſ.de Ripa.in tracta.de peſte. nũ.124. cum ſequen.& Fran. Cur.in l.imperium quem refert Lancello. Dec.ibi.colum.2.verſi.in ea gl.ff de iuriſdict.om.iud. dicunt, quòd facere anatomiam ſpectat publicam vtilitatem, ut medici pro conſeruandis corporibus hominum ſiant peritiores, & hoc non poteſt in iuriari ad iniuriam, arg. op.leg. quòd reipublicæ.ff.de iniu.& ſic anatomia eſt permiſſa, & non peccat iudex tradendo cadauera medic s & firmat Boer.in deciſi.287.

81 ſecunda parte. Et aduertas domine Fiſce, quòd ſi fertur ſentẽtia te inaudito, eſt nulla, & ex integro recognoſcendum eſt, tex.eſt not.in leg nõ intelligitur. §. diuus & in l.ſi fiſcus alicui ff de iur. fiſc. & gloſ. in l. 1.C.de ſentent.ad uer.fiſc.lat.libro 10. & hoc procedi:, ſi eſt lata contra fiſcum; ſecus, ſi eſt lata pro fiſco, quia tunc ualet, et ſi ſit lata abſente & inaudito fiſco. ita di-

82 cit gloſ.not.in d. §. diuus. Vnum tamen non obliuiſcaris, quòd fiſcus non poteſt appellare à minoritate pœnę uel à ſententia abſolutoria, ſecundum ritus magnę curiæ uicarię, duos.prior incipit:item in cauſis alter eſt ſub rubrica, quæ incipit; practica ſuper compoſitionibus; in fi. & ſunt in uiridi obſeruantia, & ſecundum eos fuit determinatum in ſacro regio conſi.ut teſtatur Grammat. in deciſio. 14. inc p.in cauſa magnifici Pyrrhi. & ſi quis fuit puni tus ex delicto minori pœna, quàm iuris ſit, an denuo poſſit puniri; uide Boer.in de

83 ciſio. 299. ſecunda parte. Sed licet fiſcus non poſſit appellare per dictos ritus, puto tamẽ, quòd poteſt dicere de nullitate, quę ex eiſdem actis, & ſententiæ inſpectione apparet, ut uoluit Ang.in l.tale pactum.§. qui prouocauit. ff. de pact. ubi uoluit, ꝙ prohibita appellatione per ſtatutum, non cenſetur prohibita nullitas manifeſta & voluit Ant.de Butr.in c.cum Bertoldus de re iudi.in pen.char.uerſi. quintus caſus. & plenè per Pet.Philip.Cor.in conſ.4. in ſecundo lib. & conſ.203.in cod.lib.

84 Licet prohibita etiam appellatione, cenſeatur prohibita etiam ſupplicatio ut uoluit Cyn.in l.fin.C ut l ter.pꝫuden.ubi bona glo.Innocen.do.Anto. & communiter alij in c.ex literis.de in anteg.teſt. poſt gl. ibi in uerbo, ſupplicauit.licet videatur prima facie contrariari text. leg. ſi quis. cum authen.quę.ſupplicatio.C.de precib.imp. offe.uide multa per Par.de Par.in li. ſynd. in uerbo, appellatio, uerſi.an ſi ſtatuto ſuperioris.

85 Eſt etiam aduertendum, quòd ſecundum conſuetudinem nõ citatur reus inquiſitus nominatim & ſpecificè ad audiẽdum ſententiam: ut teſtatur Ange.Aret in lib. maleſi.in uerbo, qui iu.commi. l.præc. quòd

banni

banni ad conſ.in princip.& maximè pro-
cedit quia de cõſuetudine proferũtur ſen-
96 tentie in preſentia rei.† Item eſt ſciendũ,
quo in criminalibus poteſt ferri ſenten-
tia,etiam nulla parte inſtante, per tex. in
l.quamuis indu.C.de adulte.per quam ita
97 tenuit Ang. ubi ſupa.† Itẽ aduertat aſſeſ-
ſor,quia abſente poteſtate non poterit in
cauſis criminalib.ſententiare, etiam ſi fue
rit vicarius ipſius ab ipſo conſtitutus, ſe-
cundum Ang.in uerbo,hæc quædam ſen.
98 † Item aduertas,quod in ſententijs maxi-
mè capitalibus eſt inſerenda cauſa,licet ſe
cus ſit in ciuili,ſecundũ Bald. in cap.ſicut
nobis. extra de re.iudic. Alber.de Roſa.in
l.properandum.§.illi.C.de iudi. & firmat
Aug.de Ari.in addi.ad Angel.in uerbo,&
99 quia nobis conſtat.† Item aduertas, ut in
pœnis ordinarijs & extraordinarijs nun-
quam excedas modum conſuetũ, qui mo
dus cõſuetus demõſtratur per quinternos
prouentuũ,ut late per Par.de Put.in li.ſyn
dic.in titu.de offic.ſyndica.verſic.an ſi po-
teſtas condemnauit, aliàs diceretur graua
100 re partem.† Et eſt notandum,quod ſi fue
rit appellatum a ſententia cõdemnatoria
in criminalibus, & introducta cauſa per
remediũ appellationis corã iudice appel
lationis,cauſa uero fuerit deſerta vel cõfir
mata per iudicem appellationis ſentẽtia,
& tractetur de facienda exequutione,exe-
quutio debebit fieri per iudicem appella-
tionis,ut habetur,in ritu magnæ curię ui-
cariæ,incipiente,item ſeruat ipſa curia,ꝙ
101 quando. † Item eſt aduertendum,ꝙ exe-
quutio ſententiæ capitalis non debet fieri
in diebus feriatis in honorẽ Dei, ut plenè
congerit Boe.in deciſ.256.in ſecunda par
te,ubi etiam ponit,quãdo fallat hæc regu
la, & dicit, quòd latrones inſignes omni-
102 tempore poſſunt morti tardi.† Item eſt
aduertendum,quòd antequam proferatur
ſententia capitalis, debet quis conuinci,
quod ore proprio ſit cõfeſſus,nec ſufficit,
quòd poſt ſententiam latam cõdemnatus
conuincatur. quia illa ſententia ex nouis
probationibus non reconualeſcit,ut habe
tur pulchrè per Boer.in d.deciſio.259.per
103 totam.† Item eſt aduertendum, ꝙ ſi iu-
dex eccleſiaſticus aliquem puniuit de deli
cto,de quo ipſe & iudex ſecularis poterãt
cognoſcere,ex quo erat miſti fori,nõ po-
teſt iudex ſecularis ipſum denuo punire,
vt plene congert Boer. in deciſio. 289.in
104 ſecunda parte, & dixi ſupra. † FISC.
Vtrum puniantur officialis qui carceratũ
dimiſit abſque cauſa? IV. Vtique punien-
dus erit,& de hoc habes text.ſingu.in l.ne
quis. ff. de cuſt. reo. & uidetur innuere ꝙ
puniatur pęna pecuniaria, dum dicit mul
cta dices: & ibi Angel. dicit id procedere
ſi ille carceratus non eſſet crimen confeſ-
ſus,quia tũc teneretur crimine lęſæ maie-
ſtatis pẽdet nunc in facto & pro hoc facit
105 tex.in l.ſi hominem.ff.de depo.† INQ.
quid niſi facta ſit pax inter aliquas fami-
lias & unus de una familia promiſit nõ of
fendere nec offendi facere,& ratificari fa-
cere à ſuis cõſanguineis,& nõ fecit ratifi-
cari vnus de alia familia offendit vnũ de
illa familia illius qui promiſit ratificari
facere,an ſi cõmiſſa pęna?& uidebatur di-
cendum ꝙ non,quia ſi ille non fecit ratifi
cari,& ſic non ſeruauit promiſſa licite po
tuit ei contrauenire.IVD.Hanc quæſtio-
nem tetigit Cor.conſ.40.in 2.lib.& tandẽ
decidit quòd pęna eſt commiſſa,quantũ-
cunque non ratificari fecit, ſi non fuit re-
106 quiſitus. FIS. Nunquid poſſit imponi
pœna corporalis inſolita, verbi gratia,ut
quis e feneſtra proijciatur, uel extinguaẽ
veneno,aut famę noceatur,aut alijs inſoli-
tis modis? IVD.Dicas ꝙ non;quia pœnæ
ſunt imponendę,ſecũdum morem regio-
nis.l.ſaccularij.ff.de extra.cri.& plura ſcri
bit Guliel.de Be.in cap.Raynucius in uer-
bo mortuo teſtatore, el primo num.216.
107 INQ.Quid ſi frater occidat fratrem,
ad quẽ deueniat eius portio hęreditatis?
IVD. Dic quod ad fiſcum. & in hoc ui
de Bal.in l.eam quam.C. de fideic ó.tertia
colum.et ſ.hæc faciunt & in l.hæreditas.
108 C.de his qui. ut ind. INQ.Quid ſi pa-
ter & frater eximant filium ſeu fratrem a
manibus familię,an mitiori pœna puniã
tur quàm extranei eximentes? IVD. Di-
cas quòd ſic, ita Alber. a Roſa.in l.2.ff.de
recepta.in fi.arg.illius legis.licet contra-
rium tenuerit.Luc.a Pen.in l. quoties.C.
de excep.tribu.in fi. lib.11.

Quinta

QVINTA PARS.

Et taliter ſe gerat in omnibus, vt in fine officij mercatur laudari. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Officialis benè ſe in officio gerens, laudandus erit.*
2 *Officialis non dēt diſcedere ex officio, niſi prius ſteterit ſyndicatui.*
3 *Officialis ſi bene ſe geſſit, non debet ſyndicatu calumnijs impeti.*
4 *Officialis non debet deponere officium ante aduentum ſucceſſoris.*
5 *Officialis depoſito officio, quid debeat facere. num.6.*
7 *Officialis male ſe in officio gerens, debet puniri.*
8 *Officialis quid debeat facere ante finitum officium.*
9 *Officialis ſi ſteterit ſyndicatui, & innoxius repertus fuerit, debet liberari.*

IVDEX.

CVM autem officialis bene, diligenter, honorificè, ac laudabiliter, ſecundum ſupradictas regulas ſe in officio ei pro tempore commiſſo, geſſerit, in fine ipſius ab omnibus laudandus veniet, & magna fulgebit gloria ſecundum Ang. in auth. vtin. ſi. quo. ſuſſra. § oportet. per illum textum. & adeò id verum eſt, vt nec rationem reddere cogendus ſit coram ſyndicatu: ſecundum Bald.
2 in l. 3. C. de man. teſta. Non tamen debet ab officio diſcedere, niſi ſteterit ſyndicatui, & permiſſum fuerit, ad hoc, ut cum maiori laude & gloria poſſit inde diſcedere. l. meminiſſe. ff. de offic. proconſ. in princ. & ibi Bald. & eſt prodita de hoc re-
3 gia pragmatica de ſyndica. offic. Debet tamen ſi factis & ſceleribus minimè ſe maculaſſe inuentus fuerit mereri omnē dignitatem & honorem. l. iudices. C. de dignita. lib. 12. & l. pen. de ueteta. & ſi ſtat ſyndicatui, non debet calumnijs impeti, & vexari contra honorem & dignitatem
4 ſuam. Et non debet deſiſtere ab officij exercitio, priuſquam venerit eius ſucceſſor & præſentatæ fuerint literæ deſiſtentiæ, vt cauetur per capitulum regni incip. ſcire uos volumus, & probatur in l. meminiſſe. ff. de offic. proconſ. propter ciuiū vtilitatē. l. 1. § adminiſtratores. C. vt omnes cau. & in l. præfectus. ff. de offic. præfect. auguſt. l. ſi fortè. ff. de offic. præſid.
5 Et præſentatis literis deſiſtentiæ debet ſuo ſucceſſori conſignare omnes carceratos, de quorum conſignatione fieri faciat actum publicum, & pariter conſignet omnia acta pendentia, & quinternos prouentuum ſi penes ſe habebit: & ſimiliter de oībus fieri faciat actum publicum, & particulariter ac diſtinctè informet ſuū ſucceſſorem de oībus cauſis pendentibus, ac alijs de officium ſpectantib. & pertinentibus, ut inquit Bald. in l. 1. an ſer. ex ſuo
6 fact. Quibus peractis eligi faciat ſyndicatores promulgari faciat banna. ſecundum formam traditam in hoc per Par. de Put. in lib. ſyndi. in tit. de mo. & for. ſynd. verſ. deinde ueto & ipſis bānis emanatis, ſeipſum publicè exponat reſponſurum, & redditurum rationē ſuper querelis, quæ ſibi per ſubditos fortè fierent. l. 1. C. ut omnes cau. l. 2. & ad leg. Iul. repe. nec lateter, maneat in domo potētis, vel propria, ſed publicè ſe exhibeat, & omnib. ſui copiam
7 faciat. Et ſic, ſi malè in officio ſe geſſerit, puniatur, & reſtituat damna ſubditorum; ſin autem bene & fideliter, tanto magis poſſit laudari & præmiari, vt hr̄ in conſti.
8 regni incip. volumus. Et cōſulo officiali, & aſſeſſori, ut ante aduentum ſucceſſoris p menſem cū ſuo actuario perquirat oēs cōpoſitiones & informationes, ex quib. deuentū fuit ad ipſas omneſq; ſnīas a ſe latas, & interloquutorias, & cōmemore cauſas, ex quib. motus fuit, & omnia ſummatim in quinterno cōſcribat, ut ſic poſſit depoſito officio de ſingulis rōnem expeditam reddere, ut etiā docet Par. à Put. in libro ſyndic. verſ. viſo de modo proce. in fi. in tit. qualiter offic. debēt ſe ha. de-
9 po. offi. Et poſtquam ſteterit ſyndicatui, & innoxius repertus fuerit, debet obtinere literas ſyndicatus, quæ uocantur liberatoriæ, in quib. debet publicè commēdari. l. iuſtiſſimos. de offi. rectō. prouin. & inſignū bonæ adminiſtrationis debent dari ab uniuerſitate aliqua jocalia, vel arma, uel vexilla, quæ deinde in ſignū bonę ad-

miniſtrationis deferunt ad alia offi. vt dicit Par. in lib. ſyndic. in tit. de quibus ſyndic. offi c. verſ. quomodo autem probabit.

SEXTA PARS principalis.

De forma capitulorum in pluribus delictis. Rubr.

SUMMARIUM.

1 *Adulterium non poteſt ex officio puniri.*
2 *Adulterium vt puniatur & capituletur, debet probari de matrimonio.*
3 *Adulterium non poteſt probari directo.*
4 *Mulierem inhoneſtè viuere, quomodo probet.*
5 *Coitus nepharius qualiter puniatur. nu. 7.*
6 *Virginitas probat per depoſitionẽ principalis.*
8 *Inceſtus crimen cum quibus committatur, & qualiter puniatur. nu. 9.*
10 *Memoria defuncti quando damnetur, & qualiter procedatur. nu. 11 & 12.*
13 *Incendium qualiter puniatur. nu. 14.*
15 *Vulnus quomodo puniatur. nu. 16 17. & 18.*
19 *Vulnus quod dicatur letale.*
20 *Cicatrix quando dicatur remanſura.*
21 *Vulnus letale quando ſit. nu. 22.*
23 *Membrum quando dicatur debilitatum.*
24 *Homicidium commiſſum a pluribus, quando puniatur in pluribus.*
25 *Auxiliator quando puniatur, & quomodò debeat in capitulis dici.*

De forma capitulorum in adulterio.

IUDEX.

CApitulis ſpecialis inquiſitionis formatæ, & formandæ ad querelam T. cõtra & aduerſus G. de adulterio per eum cõmiſſo cum A. vxore legitima & naturali T. ſuper quib. oĩbus, & eorũ ſingulis cũ annexis, connexis, emergẽtibus, & dependentibus ab eis prorſus extraneis, curia ipſa magnifici Straticoti Salerni intendit iuſtitia mediante procedere, & repertum culpabilem dictũ G. punire & caſtigare, vt iura volunt & mãdant, & ſi ſemiplenè tantũ conſtare contra eum reperierit, ſeruatis ſeruandis eundẽ ſubijcere quæſtionibus & tormẽtis ad eruendã veritatem cum e[a]m non valeat aliunde habere, idq; inſtante d. T. querelante, & nunc in caſu pręd. petenti fieri & prouideri, vt ſupra, omni meliori modo, &c.

1 Ideo dixi, ad querelam, quia ex officio in adulterio procedi non poteſt, vt plenè per Afflict. in cõnſt. c. legum aſperitate. fallit tamen ſi adulterium ſit notorium. Affl. in deciſ. 176. dicam in d. conſtit.

In primis inquirendũ eſt, qualiter de anno, &c. de menſe, &c. regnantibus, &c. ſub pſidatu, &c. dominãte, &c. in ciuitate S[a]l[er]ni, & propriè in loco, vbi dr̃ d. G. ſuis iuribus non contentus, animoq; diabolico inſtigatus, & ſpiritu nequã ductus, temere dolosè, ſciẽter, & appenſatè, pluribus & reiteratis vicib. non aduertens, quã graue ſcelus ſit adulterium committere, cõmiſit & patrauit adulterium cum d. A. ipſam carnaliter cognoſcẽdo, coitum cũ ea committendo, & emittendo ſperma in eius vuluam, ſciens ꝙ dicta A. eſſet uxor legitima & naturalis d. T. quare incidit in pęnam in tales à iure ſtatutam. quod inquirendum eſt, &c. quod fuit, &c.

Item inquirendũ eſt, qualiter d. A. tam ante adulteriũ cõmiſſum quàm tunc, & poſtea, & nũc ſimiliter fuit, erat, & eſt legitima & naturalis vxor d. T. & extendit.

2 Quòd erat uxor, & ſic matrimoniũ debet ante omnia uerificari & capitulari in adulterio, ut dixi ſuprà in uerbo, capiat informationem.

Itẽ inquirendũ eſt, qualiter fuit, erat, & eſt publicum, notorium, & manifeſtum inter homines, & per homines Salerni, dictam A. fuiſſe & eſſe legitimam & naturalem vxorem d. T. & propriè in vicinia habitationis dicti G. & extenditur.

Itẽ inquirendũ eſt, qualiter de pręſenti anno & menſe dictus G. fuit viſus ſępe numero introire domũ d. T. in ipſius abſentia, ubi erat dicta A. ſola, & qũo tam d. G. quam d. A. ſoli fuerunt viſi introire cubiculum quidpiam, & claudere oſtia ipſius ac feneſtras. & quomodo fuerit ibidẽ magno continuè temporis ſpacio &c.

3 Adulterium non poteſt probari directò, ideo debet probari per coniecturas & pręſumptiones. cap. preterea e. hominis & c. tertio loco, de teſti. vide Ang. Aret. in libro malc. in verbo, che me hai adultera-

ta

ta la mia donna. 5. col.

Item inquirendum eſt, qualiter dicta A. eſt pulchra & formoſa, & dictus G. fuit, erat, eſt iuuenis aſpectu pulcher & formoſus.

Item inquirendum, qualiter dictus G. nullã habuit, nec habet cõſanguinitatem & affinitatem cum d. A. & d T.

Item inquirendum eſt, qualiter d. G. pluries fuit uiſus ponere manus ad pectus d. A. & eam oſculari.

Et fiant ſic alia capitula, prout facti qualitas requiret.

Exceptiones aduerſus adulterium.

EXCEPTIONES & defenſiones, quæ probãdæ offerunt in curia magnifici Straticoti Salerni per G. in cauſa uertẽte inter ipſum querelatum ex una, de & ſup adulterio prętẽſo, ut ponitur, commiſſo in perſonam A. vxoris T. & dictum T. querelantem ex altera, ſuper quibus omnibus inſtatur & petitur examinari teſtes producendos ſemotim & in ſecreto, ut moris & iuris eſt, quibus examinatis ex nunc. pro tũc petitur publicationẽ fieri, qua facta quatenus opus ẽ, petitur terminus ad uberius ꝓbandum, terminus ad repulſã publicationem fieri in repulſa, audiri eum aduocatis ſuper diſcuſſione inpetiorum & gradatim cõditionaliter, & ſucceſſiuè audiri in omnibus, non ſe aſtringendo, &c. & proteſtatur, &c.

In primis reuocat omnes cõfeſſiones factas per eum in iudicio & extra, in parte & partibus contra ſe facientes, & non aliter.

Et econtra acceptat omnes cõfeſſiones quomodolibet factas per d. T. querelantem, & cuiuſq; coadiutorem, in parte & partibus ꝓ ſe facientibus, & non aliter.

Item excipiatur de bona & optima uita, conditione & qualitate d. G.

Item excipiatur de bonis & perfectis morib. & conſcientia ipſius.

Item excipiatur de amicitia intrinſeca & in ueterata ipſius G. cum d. T.

Itẽ, quòd fuit uiſus cõuerſari in domo d. T. id falſum eſſe de eius uoluntate, uidente videlicet & patiẽte eo, ac ipſum rogante ut accederet.

Item, quòd pluries d. G. fuit uiſus & auditus reprehẽdere & hortari d. T. ut tolleret malas conuerſationes de domo ſua.

Item, quòd pluries fuit uiſus & auditus hortari dictam A. vt honeſtè & caſte uiueret & ut fidelis uiro ſuo eſſet.

Item quod adeo ipſam hortari ſolet ad bonã & caſtã uitam, ut dicta A. id ægerrime ferret, ac multo tẽpore odio ipſum ꝓſequuta ſit.

Item, quod pluries fuit uiſus & auditus dict. T. dicere & rogare ipſum G. ut in ſua abſentia accederet domũ ſuam & uideret qd faceret dicta A. quia multum confideret illi.

Item, quòd d. A. uiuebat meretricio more, & paſſim & indiſtinctè permittebat iuuenes ad ſe introire.

4 † Quomodo probetur mulierẽ inhoneſtè uiuere. per Alex. conſi. 13. vol. 7. & an iſtud excuſet ab adulterio. uide Sal. in leg. quæ adulterium. C. de adul.

Item excipiatur, quòd d. T. permittebat & patiebatur d. A. laſciuire & luxuriari.

Item excipiatur, quòd pluries aufugit de domo d. A. quod ſemper a d. T. in gratiam recepta ſit.

Item excipiatur de odio, quo proſequebatur dicta A. dictum G. ita ut non ſit ueriſimile eam ſe permiſiſſe ab eo adulterari.

Item excipiatur, quòd fama publica habuit ortum a dicto T. & d. A. & a maleuolis, & poſt carcerationem ipſius G. & non a fide dignis.

Item excipiatur de contraria fama in locis magis publicis, & a fide dignis, & honeſtis perſonis.

Item excipiatur de ſpontanea compatitiõe & aliter, ut natura facti expopoſcerit.

INQ. Nũquid in materia adulterij, occurrat tibi, aliud quo nos ualeamus in facti contigentia, ſuſtinere partem defenſoris, ſciatiſue uia iuris defendere inquiſitos? IVD. Multa certa occurrunt, ſed breuitatis cauſa, & ne ultra modum librum augeam, nõ obiter ſed cõſultò omitto. In uno tantũ caſu, in quo aliàs cõſului, uolo uos attentos reddere in hac eadem materia. Ideò per ordinem, allegationes inferã. Cætera in materia iſta, dicant Deo opitulãte. in conſti. legum aſperitatem, poſt Afflict.

Spiritus ſancti gratia, adſit

In Cauſa Pettelli Melnſij de terra Apollę, inquiſiti, & quærulati de adulterio commiſſo cũ Angelella de Sinerchia, illud prius aduertendum puto, quod ſi rectè inſpiciatur, tota inquiſitio corruit; Nam proceditur ad querelam, Caroli Sarni, ut ponitur mariti dictę Angelellæ, & tamen non fuit capitulatum, & probatum eandem Angelellam fuiſſe, & eſſe vxorem dicti Caroli; & de ſubſtantia tali caſu matrimonium, uerè & realiter, probari affirmat Angel. in l. ſi uxor §. planè. ff. de adulter. cuius doctrinã approbat Auguſti. de Arim. in Add. Ang. de mal in uerbo che me hai adultera to la mia donna, num 40. ſed poſito, quòd hoc non ſufficeret, ad liberationem Petrelli, uidendum reſtat, num ex probatis apparent, aliqua, quæ ſi ad condemnationem non ſufficerent, ſaltem ad torturam ſufficiant? & nõ arguendo ad partes, (prout fieri adſolet) dico ꝙ ex apparentibus in proceſſu, non apparent talia, ex quibus Petrellus ipſe ſit ſaltem taliter iudiciatus quòd torqueri poſſet, Nam licet adulteriũ cum directo ꝓbari nequeat, probetur ex præſumptionibus. c. præterea, de teſti. & cap. tertio, de proba. cum ſimilibus, non tamen tales præſumptiones, in caſu, de quo agitur, afferũtur in medium. quod ad prædicta ſufficerent. Nam in primis fama non eſt ſufficiens inditiũ ad torturam, in caſu, de quo agitur, ita in ſpecie Abb. in ca. prętera. de teſti. nu. 3. item teſtis nomine Pomata, quæ deponit uidiſſe Petrellũ introire, in ſtabulum, & poſt eum dictam Angelellam, & claudere oſtium, eũ deponant de iudicio a remotis, & ſit vnica, nullum indicium facit gl. in l. ſi u. C. fam. rei. item poſito quod haberet conteſtem, nequaquam eſſet ſufficiens inditium, cũ poſſet eſſe, ꝙ alia de cauſa illuc introiſſent & quod in dicto ſtabulo alię perſonæ fuiſſent, ut dicit Abb. in cap. tertio loco, de ꝓbatio. col. ulti. quẽ ſequutus fuit Ang. de Arim. in addi. Angel. ubi ſupra; ſed ut breuibus me expediam. dico, quod licet ex ꝑdictis, & ex alijs probatis, uidelicet quod fuerit uiſa exire dicta Angelella a dicto ſtabulo, & quod fuerit auditi colloquẽtes ibidẽ. poſſet reſultare aliqua præſumptio nihilominus tollitur hæc pręſumptio per aliam iuxta doctri. Ang. in l. ſi qui adulterij. C. de adul. & in l. 11. §. ſi ſic, ff. de adulter. præſumptio. enim quæ tollit omnem præſumptionem, forte exiſtentem contra dictũ Petiellum, eſt cum ſit probatum eũ eſſe ſenem debilem, & claudum, ac pedib. taliter debilitatem, quod ſtare non poteſt abſq; baculis, ſubtus brachia; dicere enim quod ſtando cognouiſſet eam, eſſet pene impoſſibile; maxime cum prætendatur, per uim, & uiolẽtiam cognouiſſe. Inditia enim cõiecturæ, & pręſumptiones, taliter concludere debent, taliterque urgere, qđ animum iudicis inducant ad crudelitatẽ, ut habetur in cap. præterea. de teſti. & 4. q. 3. ſi teſtes; & habetur per Innoc. in cap. auditis. de pſcrip. & no. do. Abb. in d. ca. præterea, & ſi inſpiciantur omnes doctores loquẽtes de probationibus adulterij, ſeu de præſumptionibus quæ induci poſſent, ut pręſumatur adulteriũ commiſſum ponũt exempla in iuuene luxurioſo; ſenes enim non ſunt ſuſpecti de uenere, ut iuuenes, cum ſenectus frigida ſit, & ſicca ut ſcripſit Ariſt. in lib. de lõgitudine, & breuitate uitæ, & lib. 5. de gener. anima. c. 4. & Hippo. Aphoriſ. lib. 1. c. 4. & è noſtris Luc. de Penna. in l. 2. col. 2. C. de primi. lib & domi. in Prohemio lib. 6. §. quem librorũ, & dicit Archi. in cap. tãta 85. diſtin. quòd ſenecta a uoluptatibus liberat; imprudentiſſimis dominis, imponitque modũ libidini ad propoſitum noſtrum. tex. in ca. fraternitati. 34. diſtin. expreſſe uoluit quod ætas ſenilis futuræ incontinentiæ, ſuſpitionẽ aufert, & in cap. quum. in iuuentute extra, de præſump. Hinc mulier habens uirum ſenem, dicitur habere uirum inutilem. Gloſ. in l. ult. C. ad l. ſta. de pla. Et licet omnino ſenectus non arceat e uenere, imò interdum moueatur ad coitum, ut dicit. Gloſ. in cap. nuptiarũ, in uerbo. in quibuſdam. 27. q. 1. & in cap. 2. de frigi. & male. nihillominus non ſemper & cũ maiori difficultate coitus exercetur a ſene, quam iuuene. Vnde, & maior pręſumptio, & cõiectura, in probatione requirit, ut adulteriũ præſumatur ab eo contractũ. Nec illa præſumptio, quæ ſufficit in iuuene, debet ſufficere in ſene. præſumptio enim quod

ſenes

ſenes non ſint apti ad rem uenercam; ſaltem ita ut iuuenes, afficit prætendentem contrariũ duriori probatione.l.fi.in prin. & .bi Bar.ff. qd met.cau. Bal.in l.ſiue poſſidetis.11.col.uer. deinde reſtat uidere.C. de pro. Inn.in c.quia verſimile.de præſu. circa princ. in gloſ.in uerbo, ueriſimile. Item præſumptio non attenditur in re nõ ueriſimili.Bal.in l.fi.22.col.C. de hære.in ſti.concurrunt multa alia in fauorem Petrelli,uidelicet bona fama ipſius, & mala fama,ac leuitas uitę Angelellæ,ex quibus omnibus,dubio procul Petrellus ipſe meretur abſolui, & ita iudicandũ cenſeo ego Pet. Follerius Salerni die x.Aprilis.1560. plura dixiſſem,ſed caſus qual tas non requirit: cætera ſuppleat religio magnifici iudicantis, & ita executum fuit.

De forma capitulorum in nephario coitu.

CApitula ſpecialis inquiſitionis, quæ fit & fieri intenditur ex mero curiæ magnifici Straticoti ciuitatis Salerni officio,contra & aduerſus I. de nephario coitu, per eum cõmiſſo, & patrato cum eius ꝓpria filia, legitima & naturali:ſequitur, ut ſupra.

In primis inquirendum eſt, qualiter de anno.&c.de menſe,&c.regnantibus,&c dominante.&c.ſub præſidatu, &c.in ciuitate Salerni,& propriè,&c.dictus Io.ſuis iuribus non cõtentus, animo diabolico inſtigatus & ſpiritu nequam ductus,nõ aduertens quam graue ſcelus ſit cum propria filia legitima & naturali coire, & carnaliter cognoſcere ſuã filiam nomine F.pluribus & reiteratis uicibus carnaliter cognouit,ſtuprau t,& impraegnauit,temere,ſcienter dolosè,& appenſatè,quamobrem incidit in pœnam in tales a iure ſtatutã quod inquirendum eſt: quod fuit.

¶ Committens ergo nephatium coitum,aut ſumus in foro iudiciali, aut coram eccleſiaſtico iudice:nam etiam ſi eſt clericus, punitur quia debet deponi.c. at ſi clerici. § de adulter. de iud. laicus uero maiori anathemate excommunicatus. 33. q. 2.ſi quis cum matre.& in c.ſi quis cum duobus in fine.In foro ſeculari & ciuili, aut ꝑ uiã matrimonij cõmittitur.& tũc ſi ſcienter,ꝓpriuantur dote,& omnibus bonis,& ꝑpetua notantur infamia & honeſtiores in inſulam relegantur: uiliores publicè fuſtigantur,& in exilium puniuntur, ſed ſi per uiã fornicationis, morte mittũtur,ſi quidem ſcienter:uſi plenè pro Paul.Grilla.in tract de pœnis omnifa.col.2 q.ubi plenè. Et aduerte quòd licet coitus inceſtuoſus, & nepharius quandoque pro eodem accipiantur,cum uterque habeat locum quando committetur cum cõſanguineis, & affinibus,tamen longa eſt differentia inter eos. Inceſtus enim propriè dicitur quando cõmittitur cum conſanguineis collateralibus, ſcilicet quãdo frater cognoſcit ſororem uel quamcunque aliam ex latere collaterali procedentem. Coitus uero nepharius ꝓpriè dicitur,qñ committitur cũ cõſanguineis aſcẽdẽtiũ uel deſcẽdẽtiũ. Vt ſi pater cognoſcit carnaliter filiam,uel neptem, uel ſi filius cognſcat matrẽ, uel auiam. Iſti enim ſic delinquentes non inceſtuoſi ſed nepharij appellant. Iſte enim coitus nepharius, ut hyſtoriographis placuit referente Hieronymo, apud nationẽ Scottorum eſt in frequẽti uſu. Coeunt.n. more pecudum, cum quo uolũt,ut de Perſis,& Medis.Indis ue & Ethiopis,qui cum matribus filiabus, & neptibus copulant nullam facientes differẽtiam, inter extraneas & iſtas. hanc enim differentiam tradit gloſa rub. C. de inceſt. nup. & glo.in Cle.prima.de conſa. & affi.Porro non uidetur poſſibile, poſſe euenire de facto fieri hunc coitum nepharium, quem & animalia quàm maxime abhorrent. Legitur enim de quodam Elephante(eſt ante Elephas inter cætera animalia multum diſciplinabile ſecũdũ Philo.in lib.de anima, quem refert Lyra.1.Co.5.) quod dum ad matrem ductus eſſet, ut per eius coitũ cũ ea fœtus haberetur, talem coitum omnino renuit:poſtea uero ad matrẽ reductus, par anteriori cooperta pallio, coiuit cum ea,quam poſtea diſcoopertam cognoſcens ſuũ interfecit auctorem Pariter refert philoſop. lib. 8. de animali. quendã equum, cui cooperti fuerunt oculi, ad coeundum cum patre, prout fecit, ſeipſum propter horrorem præcipitaſſe & occidiſſe:quam primum oculis diſcoopertis uidit matrem carnaliter cognouiſſe. Multa alia exempla de his.uide per Gubel. de Benedi.in

rep.cap.Raynutius,in uerbo, cuidam Petro tradiderunt.fol.mihi.138 2.parte nu. 58.& 59.& plura per Boer. Decisi. 3 8.& uidetur in iſto.

Item inquirẽdum eſt,qualiter d. F.fuit, erit, & eſt filia legitima & naturalis dicti I. & pro tali, & tanquam talis ſemper habita, & extẽdatur. Item inquirendum eſt, qualiter.d.F.fuit, & eſt nata cõnſtante matrimonio inter ipſum I.& B. & extendatur..

Item inquirendum eſt, qualiter dicta F.fuit & erat uirgo ante coitum, quæ paſſa eſt a dicto I.ſuo patrẽ, ut per eius depoſitionẽ cum iuramẽto factam, cõſtat quæ reproducitur.

6 † Creditur enim de uirginitatæ mulieri contra delinquentem in eam: ut per Alex. conſi.129.in 6.lib.

Item inquirẽdum eſt, qualiter d.F.poſt dictum nepharium coitum, ubi perueniſſet ad notitiã curiæ, ab ipſa curia tradita matronis in talibus expertis ad inſpiciendum, reperta fuit, & eſt ſtuprata & prægnaus.

Item inquirendum eſt, qualiter in dicta ciuitate Salerni fuit,erit, & eſt publica uox & fama inter homines, q maior pars ſint, & quidẽ nõ maleuoli, &c.quod dictus I. commiſit & patrauit nepharium coitum cũ d.F.ex quo nephario coitu ſit ſtupiata & effecta prægnans.& ſequatur.

Item inquirẽdum eſt,qualiter dictus I.ſemper fuit uiſus & auditus tenere, tractare, & reputare d.F.uti ſuam filiam legitimã & naturalem, & quod.ſciebat ac ſcire poterat fuiſſe,& eſſe ſuam filiã, & ſequatur.

Item inquirẽdum eſt, qualiter fuit uiſus & auditus dictus.I. pluries oſculari dictam ſuam filiam, & ponere manus ſubtus ueſtes,& ad pectus per laſciuiã, & ſequatur.

Item inquirendum eſt, qualiter dicta F.pluries fuit audita conqueri dicto I. ſuo patri de dicto coitu,ad quod ipſe Io.ei diceret,quod taceret,& nemini diceret, quod id euulgatum vtrique periculo foret. Et fiãt alia capitula ꝑut facti ſeries requiret.

Defenſiones & exceptiones aduerſus coitum nepharium.

EXCEPTIONES Et defenſiones,q̃ probandæ offeruntur, &c.ſequatur, ut ſupra mutatis perſonis, & ſpecie delicti.

In primis reuocetur, & acceptetur,ut ſupra.

Item excipiatur ut ſuprà, de bona uita cõditione, & qualitate d.I.

Itẽ de bonis & perfectis moribus, & de bona conſcientia.

Item excipiatur de matrimonio contracto inter ipſum,& B.eius vxorem

Item excipiatur, quòd contracto matrimonio inter ipſum, & B.carnaliter eam cognouit conſummando matrimoniũ taliter,ut eam inpregnauit.

Item,quod eam prægnantem reliquerit pro fiſcendo extra regnum, & quindecim annos abſuerit.

Item, quòd poſtquam redijt repetijt ſuam uxorem eſt mortuam, & d.F.in domo ſua quã iuſta credulitate dictus credidit eſſe

7 pediſſequam domus,& non filium. † Ille autem,qui ignoranter committit nepharium coitum per uiam fornicationis, nõ punitur pœna mortis, ut aliàs puniretur, ſi nõ ignoranter commiſiſſet,ut bene notat Grilla.in tract.omnifa. coi.pœ.in 2.q. circa fi. ubi multa habebis de hoc crimine.uideatur in facti contingentia.

Itẽ uideatur,ſi poteſt excipi & ꝓbari, quòd ab alio fuerit cognita,& aliter excipiatur, ut qualitas & natura facti expoſcerit.

De forma capitulorum in criminali inceſtus.

CApitula ſpecialis inquiſitionis factæ & faciendæ ex mero curiæ officio, nec non ad denuntiationem. F.baiuli iurati,ac denuntiatoris dictæ curiæ, &c.ſequatur,ut ſupra,mutatis perſonis, & ſpecie delicti.

In primis inquirendum eſt,qualiter de præſenti anno,&c.de menſe, &c.regnantibus &c.dominante,&c ſub prẽſidatu,&c.in ciuitate Salerni,& ꝓpriè, &c.dictus D. ſuis iuribus non contentus, animoque diabolico inſtigatus, & ſpiritu nequam ductus, non aduertens quam graue ſcelus ſit inceſtus crimen committere,cum ſua cognata,carnali ſorore ſuæ uxoris, nominata D.rẽ habuit ipſãque ſtuprauit,cõmittẽdo inceſtũ, & prægnãte reddidit pluries eã carnaliter cognoſcẽd.quociirca incidit in pœnam a iure ſtatutam, quod inquirẽdum

dum eſt,&c.& infrà particulatiter deſcribetur.

8 Crimen enim inceſtus committitur cũ conſangnineus affinibus abſcendentib.ac deſcendentibus, quocunque gradu vel ſexu coniunct s, & eius lineæ tranſuerſalis hominibus,in qua matrimoniũ eſt ꝓhibitum,omnis inter tales coitus,eſt inceſtus, vt dicit gl.in rub.C.de inceſt.nup.& l.qui contra legum.in auth.inceſtas.& in auth. ex complexu.cod.tit.& hęc non ſolum intelliguntur de illis, quæ ſunt coiunctæ cognatione legali,ſed etiam de coniũctis cognatione ſpirituali,mediante baptiſmatis vel chriſmatis ſacramento, inter quas etiam ſtãte vinculo ſacramenti,matrimonium illicitum eſt c. 1. 2. & 3. per totum. tit.de cogna.ſpiritua.

9 Et in hoc crimine de iure canonico in foro conſcientię imponitur pęna ſecundum ius antiquũ, clerico erat indicta pœnitẽtia decennalis,ut tãto tempore ab in greſſu eccleſiæ,cõione fidelium,& a participatione ſacramentorum,ſe abſtineret. 82.diſtinc præsbyter.& 27.quęſtione prima,de uotam.laicus uerò ſeptem annis duntaxat illa pœnitentia cruciabatur,trigeſima tertia quæſtione ſecunda hoc ipſum.uerum, hodie autem ſeptennali pœnitentiæ.tam clerici,quam laici ſubijciuntur.d. ca. hoc ipſum. aliud tamen in grauioribus, vt ſi cum matre,filia,maſculo, uel brutis ſe cõmiſcuiſſet. in foro autem contentioſo de iure canonico clericus deponitur ab omnibus ſacris ordinib. ac beneficijs officijsque eccleſiaſticis priuatur vt no.in ca. at ſi clerici. §. de adul.& ibi gloſſ dc iud. Abb.& cęteri ſcribentes.laicus uerò ſi commiſit dictum crimen in figura matrimonij,idq; ſcienter,eſt excommunicatus, & fit ſeparatio matrimonij.c.1.& 2. de conſan.& affi.& c. non debet. eod. titu.ſi uerè ignoranter, mitius punitur arbitrio iudicis.& fit ſeparatio matrimonij.d.c.1.ſi verò committitur in actu fornicationis, tũc ſi uir ſit coiugatus, priuatur perpetuò, ne poſſit petere debitum ab vxore,cuius conſanguineam vel affinem cognouit,& priuatᷣ inſuper, ne poſſit vxore mortua, alteram ducere:ut c.1.2.& c.tranſmiſſæ,de eo qui cog.cõſan.uxo. ſuæ. ſed de iure ciuili eſt pœna mortis.gl. eſt in l. ſi adulterium, ibi Bart.ff.de adulterijs,& ibi dicit, quòd eſt eadem pœna in maſculo, & in fęmina ſed hodie eſt immutatum in fœmina, ſicut pœna adulterij.per auth.ſed hodie. C. de adul. & hæc procedunt, ubi talis inceſtus committitur per uiam fornicationis. ſed ſi nuptiæ præceſſerunt, & talis coitus eſt commiſſus in figura matrimonij,tunc ſi ſciẽter,ſunt ſeparandi,& etiam alijs pœnis afficiuntur, de quibus in l. qui contra legum. C.de inceſt. nup. ſed ſi ignoranter contraxerunt, parcitur illis. eſt notandũ, quòd quando per uiam fornicationis cõmittitur inceſtus,non ſit illa diſtinctio, ignoranter ne an ſcienter,ſed utroque modo puniũtur pariter niſi mulier ſit meretrix,uel aliter impudica, tunc enim non punitur uir pœna inceſtus, ſi modo uerè eratignarus, ut plene per Paulum Grillã. in tract.de pœnis omnifariam coitus,tertia q. Vltra prædicta aduertendum eſt, ꝙ inceſtuoſus vtrunq, infamiam incurrit.c. conſanguineorum coniunctiones. 3.q. 4. ubi tex. ẽt dicit,quòd adeò ſunt odioſi,ꝙ eos defendentes,& eis patrocinium pſtantes ſimilem incurrunt infamiam. Nec omittas ſcire, ꝙ non excuſabilis erit inceſtus, eo ꝙ diceretur fuiſſe cõmiſſum cum meretrice,& impudica,ſi uir nõ eſſet ignarus vt ſup. Item inceſtuoſi repelluntur a teſtimonio.c.infames.6.q.1. Nec poſſunt hęredes inſtitui, aut aliquid eis legari, & ſi contrarium fuerit factum,ſiſco applicatur, cum auferatur vt ab indigno. ut latè proſequitur Spe.in tit.de inſt.ædi.uerſ. oppono. & hæc opinio ꝓcedit de iure ciuili.Sed de iure canonico eis aſſignabitur aliquid loco alimentorũ ſecundum Bar. & Docto.in auth.ex cõplexu.C.de inceſtuo. Item contrahens inceſtus nuptias ipſo iure priuatur dñio bonorum ſuorum. Ita Dec.in conſ.235.In caſu magnifici generalis,in 2.uol & hoc operatur dictio mox in auth.inceſtas.C.de inceſt. nup. & declarat Iaſ.in l.2 ff.de iureiur. Bart.in leg. 1 §. qui præſens.ff.de uer.obli. Hinc infertur; quòd nulla alienatio poterit fieri p eum qui contraxit inceſtas nuptias,& ſi quę facta fuerit poſt cõmiſſum delictum, reuocabitur. ſecundum Do. Dec. in præleg. cõnſi.prædicta omnia intellige,ubi mátrimoniũ inceſtuoſũ ſcienter & doloſè fuiſſet

ſet contractum. Ita Panor. in c. nonnullus cum gl. extra de iudc.

Aduertendum tamen eſt, ad vnum; ꝙ quatenus dixerim ſupra inceſtuoſum puniri pœna mortis, ꝙ nō vī uerum; ubi nō interueniſſet uiolentia Sed vī ꝙ debeat puniri pœna deportationis. ita iureconſultus in l. ſi quis viduam. in uerbo deportandus erit. ff. de quęſtio. Nec uidetur reperiri iure cautum; ꝙ olim pœna adulterij fuiſſet maior, quam fuerit pœna ſtupri vel inceſtus; quia lex parificat iſta. leg. ſi adulteriū cū inceſtu in prin. ff. de adult. Sed de iure digeſtorū non erat pœna mortis ꝓ adulterio; ergo ſic ꝓ ſtupro, & inceſto. Ita Alc. conſi. 129. ponderatis 6. lib. ubi concludit ꝙ licet per iura Codicis ſit immutata pœna in adulterio, de deportatione in mortem naturalem. l. quamuis. C. de adul. tñ in ſtupro & adulterio iura digeſtorum non reperiuntur immutata. Ergo remanent incorrecta. licet inceſtus æqualem uel maiorem rationem habeat: quia iura quæ in vno caſu corriguntur in alio remanent. l. præcipimus. C. de appel. Et iſtā opinionē tenuit Io Fab. in §. item lex Iulia de adulte. & expreſſe Ang. in d. l. ſi adulterium. & Io. de Imo. in c. tuæ. extra de proe. & hanc eandem opinionem tenet Ber. Chouero. in tracta. de publi. concub in uerbo. inceſtus. num. 16 & latè dicam in conſt. legum aſperitatem, uideatur etiam Boer. deciſio. 318. Et uidetur in iſto. Et quid de cognoſcente carnaliter matrem ſuam qua pœna puniat. Boer. Chouero. in alleg. loco nu. 13. tenet quòd capitali pœna; allegat Frā. Mar. in deciſio. 50. in 2. parte. qui allegat tex. in l. ſi adulterium cum inceſtu i. uncta gloſſ. ff. de adul. niſi cum mater fuiſſet minor annis.

Item eſt aduertendum, quòd pœna quæ de iure ciuili ꝓ crimine inceſtus imponitur non habet locum pro inceſtu in caſib. poſteà introductis a iure canonico, & iure ciuili incognitis. Voluit Alexan. in d. conſi. 129. & Bermo. Cho. in loco citato nu. 32.

Item inquirendum eſt, qualiter dictus Dominicus cōtraxit matrimonium legitimè & ſolēniter, interuenientib. omnib. ſolēnitatibus a iure & conſuetudine requiſitis, cum N. & quod ut uir & uxor fuerunt habiti, & reputati, &c. & extendatur.

Item inquirendum, eſt qualiter cōſtāte matrimonio plures procreauit filios ex dicta N. &c. & extendatur.

Item inquirendum eſt, qualiter tam ante cōtractum matrimonium, quàm poſt dicta N. habuit, & habet ſororē B. q̄ fuit, erat, & eſt eius ſoror carnalis, nata & procreata ex eodem patre & matre. & extendatur.

Item inquirendū eſt, qualiter dictus D. ſciebat, & ſcire poterat eādem B. fuiſſe & eſſe ſororem carnalem dictæ ſuæ uxoris, &c.

Item inquirendum eſt, qualiter fuit, erat, & eſt publica vox & fama apud hominum dictæ ciuitatis maiorē partē, dictā B. fuiſſe & eſſe ſororem carnalem dictæ N. & ꝑ cōſequens affinem carnalem dicti D. &c.

Item inquirendum eſt, qualiter tam de iuris diſpoſitione, quàm de conſuetudine fuit, & eſt in dicta ciuitate prohibitum, fieri matrimonium inter ſororem carnalē vxoris, & maritum ſororis carnalis, &c.

Item inquirendum eſt qualiter dictus D. plaries fuit uiſus ſolus in loco ſecreto cū dicta B. ipſam oſculando, ponendo & tenēdo manus ad pectus, amplexando, & alia faciēdo, quæ citra commiſſionē inceſtus, fieri nequeunt, &c. & extendatur.

Item inquirendum, qualiter fuit, erat, & eſt publica vox & fama, &c. & extendatur indicium famæ.

Item inquirendū eſt de uirginitate ipſius B.

Item inquiratur, quòd tradita matronis ī talibus expertis, fuit reperta ſtuprata & prægnans.

Item ponantur alia ordine pręſcripto per extenſum, prout facti qualitas exegerit.

Exceptiones & defenſiones aduerſus inceſtum & ſtuprum.

EXCEPTIONES & defenſiones quæ probandæ offeruntur in curia magnifici Stratıcoti ciuitatis Salerni per d. inquiſitum de crimine ſtupri cū inceſtu, ut præmittitur commiſſi, ab eo in perſonam B. & ſequatur, ut ſupra.

Reuocatur ac acceptetur, ut ſupra.

Item excipiatur de bona fama, uita, & conditione dicti D. per extenſum.

Item excipiatur de honeſta uita, quā ſemper duxit & ducit, & maximè erga ſuas affines & conſanguineas.

Item

Item excipiatur, quòd ſemper fuit & eſt zelotipus honoris ſuarum conſanguinearũ & affinium.

Item, ꝙ ſemper fuit uiſus & auditus hortari ſuas conſanguineas & affines ad honeſtã uitam ducendam, & reprehendere, ſi quid inhoneſti in eis conſideraret.

Item, ꝙ ſemper adeo vixit honeſtè & caſtè, vt meritò dici poſſit eſſe autor colendi bonos mores affinibus & conſanguineis.

Item, quòd ſemper fuit uiſus adeò adamare & colere ſuas conſanguineas & affines; vt meritò dici poſſit eas adamaſſe amore paterno.

Item, quòd nunquam fuit viſus committere cum affinibus & conſanguineis actus inhoneſtos.

Item, quòd ſi aliqua vice fuerit viſus oſculari dictam B. id fuit & erat in præſentia ſuæ uxoris, quæ quia videbat id fieri citra malitiam, non ægrè ferebat, & ſi natura eſſet ſummopere zelotypa.

Item excipitur de impudicitia dictæ B. & de eius malis moribus.

Additio: licet enim aliàs credatur mulieri atteſtãti ſe virginem, vt refert Alex. cõſi. 229. in 6. lib. admittitur cũ probatio in contrarium. vna enim probatio tollit aliã, ſicut unum indicium aliud deſtruit. & vna præſumptio tollit aliam, vt voluit idem Alex. conſ. 77. in cauſa accuſationis. vlt. col. in 1. lib. hinc ſtante ſtatuto quòd de damnis datis credatur damnũ paſſo, põt nihilominus pars inſtare, quòd iudex accedat in faciem loci & inſpiciat damnũ. ut uoluit Bal. in l. contra negantẽ. C. ad l. Aq. hinc virginitas deflorata probat per linteamina ſanguinolenta. glo. not. in 33. q. 5. & imago. & per Alex. in l. itẽ apud Labeonem. §. ſi quis virgines. ff. de iniur. mulier enim virgo quæ patitur oſculari ab aliquo habet proximum indiciũ actus venerei. per Andr. Iſern. in c. 1. §. 1. qui no. fe. ammi. Et ſimiliter ſi fuerit uiſa ſola cũ viro in camera eſt ſufficiens probatio ad probandum coitum, ſecundum Bart. in l. capite quinto. ff. de adult. Imò Abb. poſt Hoſtien. in c. præterea. de teſt. dicit quòd ad probãdum ſtuprum commiſſum cum alijs, magnum erit indicium, ſi ſolus cum ſola fuerit viſus. c. literis. & cap. 3. loco de præſ. hoc enim probato querela de ſtupro contra alios non procedit. ſemel enim virginitas corrupta non poteſt reſtitui ſecundum Sal. in l. 1. C. de rap. virg. ſcias ergo articulare. Et de hoc dixi ſupra, in uerbo capias informationem.

Item excipiatur, quòd pluries conqueſtus fuit cum affinibus & cõſanguineis dictę B. de eius impudicitia dictus D.

Item, quòd dictum Dominicũ ob hoc ſummo odio proſequuta fuit d. B.

Et aliter, vt materia facti expoſcerit.

De forma capitulorum, quando damnatur memoria ob crimen læſæ maieſtatis.

Capitula ſpecialis inquiſitionis, quę fit & fieri intenditur per curiam magnifici Straticoti Salerni ex mero eius officio contra & aduerſus memoriam quondam F. & ſequatur, vt ſuprà, mutatis perſonis & facto.

In primis inquirendum eſt, ꝙ de anno, &c. de menſe, &c. regnantibus, &c. dominante. &c. ſub præſidatu, &c. quondam F ſuis iuribus non contentus, animoq; diabolico inſtigatus, non aduertens quòd erat feudatarius Cæſ. Ma. & ad iuramẽtum fidelitatis obſtrictus, ut proditor ſpretis præceptis Dei & legis, ac poſtpoſitis honore & fidelitate, animo & intentione crimen proditionis & læſæ maieſtatis committendi contra dictam Cæſ. Maieſt. prodijt ſecreta ipſius Cæſ. Maieſt. hoſtibus & inimicis ipſius, propter quam reuelationem fuit directo offenſa Cæſ. ipſa maie. & nõnullæ ciuitates fuerunt debellatæ & deuictæ, quare incidit in pœnam ad id à iure ſtatutam, quod inquirendum eſt, &c. quod fuit, &c.

10 Contra delinquẽtes in crimine læſæ maieſta. in primo capite tantùm damnatur memoria defuncti, & ſic morte non finit, vt dixi in uerbo, item commiſit crimen læſæ maieſtatis, & voluit Ang. de Aret. in li. malef. in uerbo, che hai tradita la tua patria uerſ. & bene aduertas. Cępol. conſ. 17. nu 6 & 7. Lud. Rom. conſ. 522.

11 Et in hoc iudicio debent citari heredes, & ſucceſſores, etiã propinqui, qui veniãt & cõparere debeant recepturi copiam capitulorũ ſpecialis inquiſitionis formatæ

&

& formandæ contra memoriam quãdam F. eorum partis, & ad dicendum cauſam, quare nõ debeat damnari dicta memoria aliàs ipſis non comparentibus, procedetur ut iuris erit, citatione uerò iſta facta, & eõ parentibus formantur dicta capitula, & in terrogantur illi ſuper eis, & dabitur cop.a ipſorum. & ſic procedetur, ſecundum Bal. in conſi 63. in 4 lib. & in citatione inſeratur tenor capitulorum, ut docet Angel. de Are. in li. male. in uerbo, che hai tradita la tua patria. in uerbo. & bene aduertas. Et pronuntiamus d. quondam F. commiſiſſe crimen læſę maieſtatis, & con⁀ra imperiũ feciſſe, & idcirco bona eius eſſe commodis fiſci applicanda, ut uoluit gl. inſti. de hære. qualitate & differen. §. per cõtrarium.

Item capitulentur ſucceſſiue omnia capita criminis læſæ maieſtatis, ſuper quibus pͣtenditur defunctum incurriſſe, & eſt aduertendum, quòd debent eſſe contenta in primo capite, nõ in ſecundo, ut dixi ſupra in uerbo, item commiſit crimen læſæ maieſtatis.

Exceptiones & defenſiones aduerſus crimen læſæ maieſtatis.

EXceptiones, quæ probandæ offeruntͨ in curia magnifici Straticoti Salerni per G. & A. filios & hæredi quondam F. eorum partis in cauſa uertẽte inter ipſam curiã inquirentem ex una, & memoriam dicti quondam F. inquiſitam ex altera, de & ſuper prætenſo crimine læſę maieſtatis ut aſſeritur, commiſſo per dictum quõdã F. & aliàs, ut in act:s aſſeritur contineri: & ipſos exponentes citatos pro ſuo intereſſe & ſequatur. In primis opponatur, quòd eſt elapſum quinquennium à die prætenſi criminis, quo caſu præſcriptum eſt iuri inquirendi de dicto crimine contra memoriam: ut firmat Ange. Aret. in libr. male. in uerbo, che hai tradita la tua patria. uerſi. & bene aduertas.

Et ſi dicta exceptio non competierit, formes exceptiones & defenſiones ex his, quæ dixi ſuprà in uerbo, item commiſit crimen læſæ maieſtatis. per transſcurſum.

De forma capitulorum in crimine incendij.

CApitula ſpecialis inquiſitionis factæ & faciendę ex mero curiæ officio, pͣ curiam magnifici Straticoti ciuitatis Salerni contra & aduerſus V. de & ſuper incendio, ſequatur, ut ſupra, mutatis mutandis.

In primis inquirẽdum eſt, qualiter de anno, &c. de menſe, &c. regnantibus, &c. dominante, &c. ſub prȩſidatu, &c in ciuitate Salerni, & proprie, ubi dicitur, &c. in dicta ciuitate dictus V. ſuis iuribus non contentus, &c. temerè, doloſè, ſcienter, & appẽſatè, animo & propoſito comburendi D. & eius domũ, bona, ac familiam, ignem immiſit in dictam domum, taliter, ut niſi auxilium Dei interueniſſet, nedum D. cõbuſtus eſſet, ſed etiam eius familia, & alia dãna illata eſſent dictæ ciuitati, & licet domus ſolum combuſta cum bonis ſit, incidit tamen propterea in pœnam in tales à iure ſtatutam quod inquirendum eſt, &c.

13 quod fuit, &c. In materia iſtius criminis incendij in regno habemus vnam cõſtitutionem, incip. qui doloſè, in tit. de incendi. qua puniuntur incendiarij pœna mortis ſi doloſè ſit factum incendiũ, ubi And. de Iſer. & ibi poſt eum Affli. dicunt id procedere, quando domus, in qua factum eſt incendium, erat in ciuitate, ſecus, ſi in pago & eſt ratio, poterat enim maius & grauius periculũ reſultare in ciuitate, quàm in pago. item debet haberi ratio, an ille, qui impoſuit ignem, ſit uilis perſona. itẽ an illa domus combuſta ſit pͣtioſa, an uilis. item an propter incẽdiũ aliquis homo ſit mortuus, an nõ. itẽ an ille, qui incẽdiũ fecit ſit ſolitus committere incendium, an nõ. nam ſecundum eos conſiderata, qualitate perſonę, delicti, habet locum dicta pęna mortis. habet ergo iudex arbitrium cõdẽnandi ad pęnã deportationis cũ publicatione bonorũ, uel mortis, vel incendij, conſideratis prędictis, ut habetur in conſti. qualitas perſonę. & cum iſtis conſiderationibus dicũt Iſer. & Afflic. in conſt. prędicta. & uide per Ang. de Aret. in lib. ma-

14 leſi. in uerbo, incendiario. Et de materia incendij vide Grammat. in decis. 3. & Afflict.

ſict. in conſtit. ſuper inciſionibus. & in deciſio. 57. & Alexan. in conſil. 74. in 6 libro ubi tractat quomodo poſſit probari in incendio dolus abeſſe. & Bald. in conſil. 77. in 3. lib. & Bart. Cæpo. in conſi. 79 & Bart. Soci. in conſil. 222. & Bald. in conſil. 441. 1. libro & Bald. in conſil. 174. in 2. libro & Calca. conſi. 64. numer. 13. & conſil. 6..62 & 63.

Item inquiratur de inimicitia d. Vicentij, & D. extendatur.

Item inquiratur de eius mala fama, conuerſatione, & conſuetudine delinquendi.

Item inquiratur factum immiſſionis ignis particulariter, & damnum ſubſequutum.

Item inquiratur damnum, quod potuit inferri.

Item inquiratur de vtilitate immittentis ignem.

Item inquiratur, quòd domus erat precioſa, & in ciuitate.

Item inquiratur de omnibus alijs indicijs, quæ poſſunt haberi.

Defenſiones & exceptiones aduerſus iſtud delictum.

EXceptiones, & defenſiones, quę proban dæ offeruntur.

In primis excipiatur de amicitia incendiarij prætenſi cum eo, in quem prætenditur factum incendium.

Item excipiatur de bona fama, uita, cōditione, qualitate, & bona conſcientia ipſius prætenſi incendiarij.

Item excipiatur, quòd nunquam fuit ſolitus committere incendia, nec alia delicta.

Item excipiatur de qualitate domus combuſtæ, ut quæ uilis ſit.

Item excipiatur, quod licet ſit in ciuitate, ſit t. me i ubi nullum damnum potuerit inferri uicinis ex dicto incendio, prout & nullum intulit.

Item, quòd ex dicto incendio nullus ſit mortuus.

Item, quòd nulla precioſa bona ſunt combuſta, ſed aliqua parui pretij.

Item excipiatur, quod ille cuius domus cōbuſta eſt, multos hēt inimicos in ciuitate.

Item, quòd nimis eſt rixoſus, & ſcandaloſus & aliter, prout fuerint indicia in contrarium.

De forma capitulorum in vulnere.

CApitula ſpecialis inquiſitionis formatę & formandæ per curiā magnifici Stratecoti ciuitatis Salerni ad querelam. T. et contra & aduerſus, &c.

In primis inquirendum eſt qualiter de anno &c. regnantibus, &c. dominante, &c. ſub præſidatu, &c. in ciuitate Salerni, &c. & proprie, &c. dum ſtaret moraretur, & eſſet pacificè & quiete ſub protectione Dei & Cæſa. maie. nemini iniuriam inferendo, ſed ſua negotia peragendo, d. T. in loco ꝓdicto, nulla ꝓcedente cauſa, ex abrupto F. uel G. ſuis iuribus non contentus, ſed aīo diabolica, inſtigatus, & ſpiritu nequā ductus, nō aduertens, &c. in ipſum menſem euaginauit, & plures ictus intulit taliter, ut ei vulnera inflixerit, q̄ manifeſta eſſent quare incidit temere, ſcienter, & appenſatè in pęnam in talibus a iure ſtatutam. qđ inquirendum eſt, &c. quod fuit, &c.

Item inquiratur de inimicitia.

Item inquiritur de fama.

Item inquiratur de nimis.

Item inquiratur de qualitare vulneris.

Item inquiratur de mala fama vulnerantis, & ſic de ſingulis, prout facti qualitas exegerit, cum non poſſit dari certa doctrina.

15 In crimine vulneris eſt ſciendum, ꝙ in regno eſt prouiſum per iura municipalia ipſius, uidelicet per conſtitutio. regni incip. ſi quis aliquem. cauetur, quod vulnerans aliquem enſe animo occidendi, ſi nō eſt ſequuta mors, punitur pœna manus, qua percuſſit. poſtea uero ſuperuenit capitu. regni inci. ſiquis cum roncha. quod uenit ad declarationem & extenſionem d. cōſtitutio. ſi quis aliquem. quia cum per eā ſolum dicatur vulnerantem enſe puniri pœna manus, & non dicit de alijs armis, per dictum capitulū eſt prouiſum, ut ſiue enſe ſit factum vulnus, ſiue roncha, manatia accepta, ſe alio quocunque inſtrumento habet locum pœna manus. poſtremo autem ſuperuenit, c. ad perſonarum. per quod limitatur dicta conſtitut ſi quis aliquem ut ita demum procedat id quod in ea dicitur, ſi vulnus illatum fuerit lætale, uel aliter debilitans membrum, uel deformans & vulnerans, ſit homo malæ conditionis

tionis & famæ, & ſimilia patrare ſolitus. alias pro modica vulnere non habet locũ pœna manus, ut etiam firmat & refert Afflict. in d.conſti.ſi quis aliquem in 2.not. & dicam ibi.

16 Vbi plus dicit, quod ſi eſt tale vulnus pro quod non ſit debilitatum membrum. nec ſit remanſura cicatrix, & vulnerãs ſit alias bonæ conditionis, uitæ, & famæ, & non eſt concordia partis, põt iudex condemnare vulnerantem ad pœnam pecuniariam per ſententiam diffinitiuam, & pars querulans non põt conqueri, maxime ſi probauit, quod non in contemptum, ſed in legis rixa impræmeditate ſit ſequutum vulnus quia, tunc ẽt ſi vulnus ſit letale, nõ hẽt locum pœna manus, ut p Affli.ubi ſupra & etiam poteſt probari; ꝙ prouocatus id fecerit qua ratione ceſſat pęna manus.

17 Quòd ſi aliquis vulnerauit in facie aliquo uaſe uitreo uel terreo, an habeat locũ pœna manus? dicas, ꝙ non ut dicit Ang. in l.armatos, ff.ad Iul.de ui.pu.

18 Et idem dicas de vulnerante aliquẽ baſtono, uel lapide, uel plumbo, quod non teneatur pœna manus ut firmat Iſer.& Affli.in d conſtitu.ſi quis aliquem.

19 Et quod vulnus dicatur lætale, uide Cępol conſ 28 nu.20.& conſi.61.& conſ 40. nu.26.& Marſ.conſi.7.nu.28.1.li.& nu.30 & ꝙ conſtitu.ſi quis aliquem habeat locũ in hoc vulnere, & nõ in paruo, uide Ang. de Are.in li.maleſ.in uerbo, una alia percuſſione in fi. Marſ. in conſi.80.nu 22.& conſi.71.numer.4.& conſi.103. nume. 17. & Affl. in d.conſtitu. ſi quis aliquem & in conſtit. aſperitatem. 4.colum.in princip. & vulnus lætale dicitur id, quod ita iudicaut medici, & an, & quando ſtetur dicto unius, & quando requirantur plures per Ang.& Aug.de Ari.in addi.in libro, malc. in uerbo, una alia percuſſione. in princip.

20 Et quando dicatur remanſura cicatrix, dic, quòd quando remanet aliqua deturpatio poſt ſanatum vulnus, uel quaando reſtat deformitas, ut bene declarat Angel. in lib. malc.in uerbo, cicatrix.

21 Et aduertas, ꝙ ſi aliqui medici ex parte curiæ deponãt vulnus fore lætale, in defenſionibus adhibebis peritiores medicos qui illis ſtaꝫ & in exceptionibus articules de pauca experiẽtia illorũ pro curia & de magna peritia illorũ, qui producuntur ad defenſionem, ſed ſi ſunt periti & docti illi, qui deponãt pro curia, adhibeantur alij pro defenſionibus, qui ſint æquè periti, & pares uel plures nu quia ſtabitur magis illis, qui deponunt pro defenſionibus, quã ad inſtantiam curiæ, ut dicit Angel.in li. maleſ.in uerbo, cicatrix.in fine. licet Bald. in c.1.qui mo.feu.amitta in 6.colu tenuerit, quòd medici diuerſimode deponunt in dubio, iudicandum eſt contra percuſſorem, & ſic in fauorem curiæ. & ita alias ſequutus fui ſimpliciter doctri Bal.in appa quẽ feci ad prag de ictu balliſtæ.nunc aũt ſequor opi.Ang.quæ innititur.æquitati, & hanc probo per tex.cum glo. in c.clerici.81.diſt.& per Bald. in l.data opera.C. qui accuſ.nõ po.Pet.de Anch.in conſ.285

22 Et aduertas, ne erres, & ut ſcias practicare & defendere clientulum tuum vulnerantem compareas coram iudice, & petas ut mittantur medici inſpiciendum vulneratum, ex quo vulnus non eſt mortale, ut eo uiſo poſſint deponere de eo. ut non producantur teſtes priuſquam præcedẽte tua inſtantia, medici acceſſerint de licentiã & electione iudicis, & facias, ut antequã uadant iurent corporaliter tactis ſcripturis ſe ueritatem dicturos.his enim ſequutis, & facta relatione, plene eis creditur, ut optime docet noſter Afflict. in conſti. qui de alto.in 6.not.& eſt mente tenendũ & ad hanc materiam uide Tiraquel. in tract.de nobi.c.31 nu.373.

23 Et ut ſcias practicare. d.c.ad peruerſorũ & qñ dicaꝫ membrum mutilatum uel debilitatum, uide Ang.de Arer. in lib.malc. in uerbo. membrum.ubi late diſputat, an digitus dicatur membrum, adeo ut ſi digitus ſi debilitatus, non poſſit fieri commutatio pœnę uigore dicti capituli, ad puer ſorum. & dicit, quòd ſi ea debilitatione digiti debilitetur manus, uel reddatur inefficax, ut contingit in pictore, cuius ſi pollex debilitetur, etiam manus redditur inutilis, dr̃ tunc membrum debilitatum, nõ aliter, ſed ad cautelam adhibẽdi ſunt medici & periti qui habeant uidere & inſpicere, nunquid membrum ſit debilitatũ, & nunquid ex digito debilitato ſit debilitata manus, & eius dicta redigantur in acta; & pari modo ſcribaꝫ, quã nam percuſſus

artem

302

artem exerceat, ut ſic ſciatur num cōmutatio fieri poſſit, an non, uirtute d. cap. ad peruerſorum.

De forma capitulorum homicidij.

Cpitula ſpecialis inquiſitionis formatæ & formandæ.

IN primis inquirendum eſt: quòd regnātibus, &c. dominante, &c. ſub p̄ſidatu, &c. de anno. &c. de menſe; & in loco, &c. & propriè, &c. T. G. & Ant. alij alijs auxilium dantes, temere, doloſè, ſcienter, & appenſate, animo & intentione occidēdi S. prout iam occiderunt, cōmunicato cōſ. ipſum S. inſiluerunt pluribus & diuerſis ictibus & percuſſionibus, enſibus & rō ea percuſſerunt & vulnerauerūt, ita & taliter ut ex vulneribus & percuſſionibus illico mortuus fuit & eſt, idque alij alijs, & alter alteri aſſiſtentes, ut habilius & commodius maleuolum ſuum animum effectui aderent, prout iam tradiderunt, quapropter inciperunt in pœnam a iuribus & regni cōſtitutionibus in tales ſtatutā & ordinatam, ꝙ inquirēdum eſt, & c. ꝙ fuit. &c.
24 & infra particulariter deſcribet, † Materia homicidij eſt ſatis nota, ideo parū inſiſtam. ſolum ſciendum, quòd quando formantur capitula homicidij cōtra plures; omnes una pœna eademque, poſſint puniri, neceſſe eſt capitulari. ut in hac forma, quod uidelicet alteri alter aſſiſtebat, ut homicidium facilius committerentur, aliàs ſi ſimpliciter capituletur, aliquos aſtitiſſe armatos, nō tenenſ illi de eo, quòd ſit, ſed de eo, quòd per ipſos ſit, ut optimè docet Ang. de Are. in li. male. in uerbo, dicto maleficio, ſemper aſtit t in fin. & credo dixiſſe ſupra in uerbo, capiat informationem.
25 † Item eſt aduertendum, quòd quādo ſūt plures inquiſiti, quorum alter alteri auxilium dedit, non debet dici in capitulis, alter alteri auxilium dando, ſed alij alijs auxilium dando. aliàs annullatentur capitula. & inquiſitio, ut plene p Ang. in loco de quo ſupra, licet in regno patū curetur de iſtis formulis, per ritum magnæ curiæ uicariæ reginę Iſabellę, de quo ſupra mētionem feci in verbo, audiantur exceptiones proponēdæ. Sequantur poſtea alia capitula particularia ſuper quolibet indicio ex proceſſu apparente, ordine præſcripto in alijs.

SEPTIMA PARS principalis.

De laudibus & fructibus officiorum Rubri.

SVMMARIVM.

1 *Magiſtratus ſunt uenerandi & honorandi. nu. 2. 4 5.*
3 *Magiſtratus ex officijs conſequuntur nobilitatem.*
6 *Iniuria in magiſtratum atrocius punitur.*
7 *Magiſtratus etiam a parentibus uenerandi ſunt.*
8 *Imperatores exercuerunt officium.*
9 *Iuriſconſulti exercuerunt officia.*
10 *Officiorū fructus ſunt mors, carcer, & calamitates.*

IVDEX.

ET ut finē huic praxi criminū imponamus, non abſurdū & extra rem putauimus aliqua ſummatim in mediū afferre de laudibus fructibusque officiorum &
1 magiſtratuum. Et primo exordium faciendo a ueteri & nouo teſtamento, eſt ſciendum magiſtratus poteſtates & principes a Deo præcipi colendos, ſumma reuerentia habendos, & nullo pacto execrandos, ut Exo. capite 22. in fin. de quo infra. Apo. c. 23. ipſe enim qui cuncta fecit & regit, magiſtratus in populo creauit, ut Numer. c. 20. in fi. & Sapien. c. 6. & Petri. 1. 2. capitulo hinc Apoſtol. ad Rom. c. 13. inquit omnis anima poteſtatibus ſubdita ſit. non enim eſt poteſtas, niſi a Deo, quæ uerò ſunt poteſtates, a Deo ſunt ordinatę, itaq; quiſqs reſiſtit poteſtati, dei ordinatiōi reſiſtit. qui autem reſiſtetint, ſibi ipſis iudicium accipient, & cętera hinc quia populus aduerſus Moſen murmurauit in deſerto iuxtà aquas contentionis, cum eſſet poteſtas a Deo cōſtitutus in populo, uarijs plagis & pœnis affectus fuit, ut legitur Nu. 100. 20. hinc poteſtas in populo, miniſter Dei dicitur ſecundū Apoſt. in d. c. 24. hinc exemplo

plo Dauidis, qui Saulem ſuum inimicum, & olim poteſtatem & magiſtratum in populo, cum Deus in ſuas illum manus tradidiſſet, ut facile occidere ualeret, tertius, maieſtate prioris officij & dignitatis, & reuerentia quæ ei ob id debebatur, liberũ dimiſſit de propria ſalute minime curans habetur lib. 1. Sam. c. 26. qui que nuntiantem ſe Saulem interfeciſſe præ lachrymis continere non ualens, interemi iuſſit: ut lib. 2. Reg. ca. primo monemur, quod magna reuerentia magiſtratib. debetur, & quòd maxima authoritate tuentur. hinc magiſtratum creatio & ordinatio tot ſolēnitatibus & obſeruationibus per Deum fiebat ut in Iudicium Regumque lib. legitur. hinc Prouerb. capitul. 20. ſcribitur in hæc uerba. terror regis perinde ut rugitus leonis, qui illum prouocat ad iram peccat
2 contra animam ſuam. Quid ergo de noſtris cēſendum ſit, habemus audi. cum Imperator, qui eſt princeps & dominus totius mũdi, ob que terrarum habeat defendere eccleſiā & iura eius nec poſſit hoc efficere in propria perſona, neceſſe ē ut conſtituat iudices & officiales, qui ei conſil. & auxilio poſſint prodeſſe in defenſione reipublicæ & eccleſiæ: cōſtituit igitur hac de cauſa hos officiales & magiſtratus, & his obiēdum eſt ex præcepto domini ſicut eccleſiaſticis extra. de maio. & obe c. ſolitę & c. omnes & de cenſi. & ꝑ c. omnis anima hæc Hoſtien. in ſumma. de offic. or. §. quis poſſit conſtituere. ſuper uerbo, principes. & horum officialiũ & magiſtratuum proprium, iudiciũ, iuſtitia, liberare de manu calumniantium ui oppreſſos, peregrinos, pupillos, & uiduas, quæ facilius opprimũtur a poteſtatibus, & ferre auxilium.
3 Maximam proinde magiſtratus & poteſtates propter officia eis commiſſa. conſequuntur autoritatē & prærogatiuā hinc dicit Bar. in l. iudices. C. de dignita. eos cō ſequi ex officijs nobilitatē hinc Archi. in c. ✝. de conſue. lib. 6. inquit, quod dignitas eſt habere iuriſdictionē cum adminiſtratiōe. quod & ſequit Colle. in c. forus. colum. 2. uer. ſ. iudex doctor. de uerbo. ſigni. ſi. ubi & idem prorſus dicit, quòd dix t Bar. in conſtitu. C. colum. 3. uer. circa hoc. ubi inquit, doctores eſſe cōſtitutos in dignita
4 te, quòd iudicādi ius habeant. Hinc magiſtratibus magnus honor impendi debet, quod aperte demōſtrat Calliſtratus iuris conſultus in l. ſemper; in pri. de iure immu. & præcipit Imperator honorē iudicibus impendi. quod & cenſet Papa. in ca. ut debitus. de appell. quibus concinit tex. l 2. §. ubi iure honoris. ff. quod me. cau. & l. j. ibi iudicium dignitatis tuendę & decoris cauſa. & l. obſeruādum in fi. ff. de offi. præſi. & l. ult. in prin. C. quando pro. non eſt neceſſe. cum dicitur, omnem honorē ſaluũ iu-
5 dicibus reſeruantes. Hinc alibi dicitur iudicis officiũ. id eſt iudicādi munus; eſſe honorem. ſecundum Io. Andr. in c. paſtoralis. col. 2. in uerbo. onere. per illum text. in uerbis honore & onere. extra de offi. or.
6 Hinc illa antiqui ueriſſimi rerũ moderatores multo eſſe contumelioſiorē ac atrociorem, adeoque etiā atrocius puniēdam cenſuerunt iniuriam, quę ſit magiſtratui, quam quæ priuato ut atteſtatur Ariſtoteles lib. proble. 19. ca. 14. in fin. & Fab. lib. 6. ex toriarum inſtitutionũ. & noſtris quoque legibus ſtatutũ eſt. in l. prætor. §. ulti. de iniur. adeo ut ſingulariter dixerit Bald. c. 1 §. iniuria. in primis uerbis. in tit. de pa. iur firman. quòd ſi quis daret alapam officiali propter priuatam inimiciam. poſſet capitaliter puniri, & hoc habet locum nedum durante officio, ſed etiam finito propter reliquias & memoriā præſtinę dignitatis. ſecundum Bal. in obſeruare. §. proficiſci. colum. 4. uerſ 7 quæritur. ff. de offic.
7 proco 1. & legat. Hinc a ſeò ueteres preribus honorem impendi ſcripſere, ut etiam ipſi a parentibus, ceſſante omni lege naturæ ut ſuperiores reuerēter colerentur, cuiuſmodi factum de Fabi. Maximo retulit Claudius Quadrigarſius in annaliũ ſuorũ lib. 6. his uerbis, cum facti eſſent conſules Sempronius Gracchus. iterũ. & Q. Fabius Maximi filius, eius q priore anno fuerat conſul, ei conſuli pater proconſul obuiā equo uenit neque deſcendere uoluit, q̄ pater erat lictores non auſi ſunt deſcendere iubere ubi iuxta uenit. tum conſuluit. deſcendere iube, ꝙ poſteaquam lictor ille, q̄ appatebar, cito intellexit, Maximũ conſulē deſcendere iuſſit, unde poſtea noſtris legibus ſtatutum eſt, filiumfamilias iudicem ius præcipiendi cogendique habere in patrē l. ille, a quo §. ult. & l. ſeq. ff.

ad

ad Treb hinc Bal. in l. ſenium, ſtat m poſt princ C qui teſt. fa. poſſ. maiorem eſſe aſſer. t authoritatem magiſtratus quàm patris. 8 Hinc adeo iudicandi munus honorẽ & maximam authoritatem priſci imperatores cenſuere, vt & ipſi perſonaliter iudicandi munus exercere nõ dedignati fuerunt: vt apud Suet. in Octauij vita. ca. 33. vbi ipſum aſſidue, & in noctẽ nõnunquã ius dixiſſe ſcribitur. & hr̃ idem de Veſpaſiano, Domitiano, Traiano, Adriano, Aurelio, Marco, Maximo, Antonino, de Aurel.o ſcribitur in l. non putabam. ff. de cõdi. & demon. & in l. Romanus. ff. de tut. & curat. da. ab his. & de Marco & Maximo in l. extraneo. ff. de queſt. & in l. mulier ad ſena. Treb. & de Antonino in l. Aemilius. ff. de mino. & in l. proximè. ff. de his, quæ in teſta. delen. & de Commodo in l. Procula. ff. de proba. & l. 1. §. ſi cohæredes. ff. ad l. Fal. & de Seuero, & Antonino Caracalla in l. minor autem. §. 1. ff. de minor. & de Iuſtiniano in auth. depoſi. in prin. & in auth. vt exac. inſt. dor. in prin. & de Federico in l. imperialem. in prin. ibi, pro tribunali ſederemus. de pro. feud. alien. per Fed. & alios imperatores in l. Offidius. ff. de leg. 3. in l. imperatorib. ff. de iure fiſ. & in l. ult. ff. quod cum eo. & ex recentiorib. noſter inuictiſs. Carol. V. Imperator pro tribunali ſedens, ius dixit aduerſus Gandauum ciuitatem in Flandria, cuius ſnĩa ponitur per Io. Mill. in ſua praxi. nu. 119. fol. 19. nec minus feciſſe reges legitur. de Priamo enim rege potentiſſimo idem factitatum eſſe ſatis conſtat ex Virgilio li. 7. Aeneid. Hoc Priami geſtamẽ erat, cum iura uocatis, More daret populis. & alios pœnè infinitos congerit, qui id feciſſent Tiraq. in tract. de nobilit. in capite. 28.

9 Quid uerò dicam de illis priſcis iureconſultis, ex quibus fermè tota legalis diſciplina effluxit? legitur enim & hos aſſeſſores & iudices fuiſſe, vt Vlpianus, Papinianus, Martianus, Mutius, Domitius, Appianus, ac cæteri, quos enumerat Hiero. Cagnol. in l. 2. de ori. iur. in uer. fi. & plenè hr̃ per Iaſ. in rubr. ff. de offi. aſſeſſ. & Paul. de Caſt. gloriatur ſe fuiſſe aſſeſſorẽ Card. Flor. in l. 2. & in auth. ad hæc. ad fi. de iud. & habetur per Cagnol. in l. diem functo. ff. de offic. aſſeſ. & Bart. excellentiſſimus doct. fuit aſſeſſor Piſis, & Tunderi, vt hr̃ per Par. de Par. in lib. ſyndic. in uerbo do-10 cto. ſi col. circa princ. Nunc autem promiſſorum memores de fructib officiorũ aliqua diſſeramus, & quidem legitur C. Caſſium a Cæſare in exilium actum pp officium; Vlpianum cum ignominia ab Heliogabalo a dignitate remotũ: Martianum a Didio Iulio interfectum, ex duob. poſterioribus Sabinis, incertum pater, an filius Heliogabali mandato in tumultu populi fuiſſe percuſſus, ſic in publico Aemilius Papin. perfectus prætorio iuris aſylum ab Ant. Caracalla militum furori obiectus, ſecuri percuſſus obijt, ſic Mutius, & Domitius in ſenatu interfecti, & eorũ corpora edicto Marij fluuio immerſa, Appianus ſcriptum reliquit. Sic decem viri, a quib. omne ius noſtrum profluxiſſe vr̃, partim in carcere, partim in exilio periere, quibus quantum legalis philoſophia ad animi tranquillitatem & rempu. tuendam profuit, tm̃ magiſtratuum moles nocuit, vt congerit Hier. Cagnol. in l. 2. ff. de origine iuris. in uerſ. fi. num. 160. Et Plato de Dioniſio in epiſtola prima conqueritur, ſub his uerbis, Imperio quinetiam apud vos fungens ciuitatem veſtram ſæpius cu ſtodiui. Tandem uerò ignominioſus a uobis expulſus ſum, quàm viliſſimũ aliquẽ expelli conueniat, iuſſus a uobis abire, q tum diuturnam operã veſtris ſum cõmodis impertitus. Sic è noſtratibus Andr. de Iſer. euangeliſta in regno pp ſententiam per ſe dictam, a quodam Gallo Neapo. interfectus eſt, vt per Par. de Pur. in lib. ſynd. in tit. de excep. conſ. in fi. & Ang. Aret. pater practicæ & famoſus doct. poſteaquam exercuiſſet aſſeſſoratus officium Nurſiæ annũ carceratus fuit in ſyndicatu, & niſi collegia Italiæ homini fauiſſent capitis ſupplicium ſubijſſet, ut per eundem Par. in tit. de offi. ſyndi. in 3. col. in fin. quid ad me ipſo feram? qui quamprimũ adeptus fui auditoratus officiũ in toto ſtatu olim P. Salerni poſt aſſeſſoratus officium in ciuitate Salerni, terra ſanct. Seuerini, alijſque partibus dicti ſtatus, tanquam ad latronem cum gladijs, fuſtibus, & lanceis è magna curia uicaria exierunt ad me cõprehendendũ, & ſex menſes me carceratum tenuerũt ſub prętextu, quòd in terri

ſancti

ſancti Seuerini nocte quadam quodā presbytero capto in monaſterio ſancti Franciſci a foraſcitis ferè centum, ad pulſum campanę non tuliſſem auxilium ipſi presbytero, cum eſſem ſolus & ſimplex aſſeſſor, ſed cauſam meæ capturæ & carcerationis Deus, qui eſt ſerutator cordiū, ſcit quamobrem prudenter feciſſe putādum eſt Labeonem, qui oblatum ab Auguſto conſulatum recuſauit. Aul. Gel. ca. 29 lib. 10, & c. 12 lib 17. quod idem feciſſe legitur & Aulū Caſſelium: fertur & de Octauio, ꝙ ſpreuit honores a populo ablatos, & dictaturam magna vi offerēte populo, genu nixus deprecatus eſt & depulit, ſecundum Suet. in Octauio Manlius autem Torquatus conſulatum recuſauit, quòd diceret, neque ſe populi vitia, neq; illum ſeueritatem ſuam poſſe ſufferre, teſtis Plinius de viris illuſtrib ca. 28. hinc Seneca; lubrici ſunt (inquit) humanorum gradus aſcenſuum, tremulus vertex, horrendum præcipitium, ægrè conſcenditur ad eminentem ſtatum, anxie ibi conſiſtitur, grauiter inde & repente deſcenditur: nam & ſępius ventis agitatur ingens pinus & celſæ grauiore caſu decidunt turres, quantò ſecurior aurea fuerit mediocritas. Verbū etiā veritatis nos hoc admonere voluit, quòd cum cognouiſſet iu receſſu mentis, populum ſe velle regem & magiſtratum creare, abijt in montem. & ſi plura quęrit exempla qui fructus ex officijs habeātur, audi in lege veteri quid de ſanctis patrib. legatur. 32. c. Exod. per lege murmurationem populi aduerſus Moyſem ſuum ducem & poteſtatem, & ſimiliter in cap. 20. Num. & ex peccato populi Moyſem obiurgatum ibi reperies, quid de Aaron legitur, propter peccatum populi á Deo morti tradito, vt permiſſum non fuerit in terram promiſſionis venire? vt Num. c. 20. in fi. quid de Dauide? qui a proprio filio Abſalon, imperij cauſa, tot erumnis & laboribus fatigatus, per montes & ſyluas inſequutus fuit, vt morti traderetur, vt lib. 2 Samuel cap. 17. iam & Seba filius Bichri ab obedientia Dauidis ſe ſubtrahens, congregatione hominum facta conatur ipſum ſolio maieſtatis exuere, vt eo. lib. 2. c. 20. & varias ille ſemper pertuliſſe anguſtias legitur. legito c. 24. eo. quo ſupra lib. ibiq; reperies, quàm miſere angebatur Dauid, quando triduana peſtilentia populi haud contemnendam partem interimeret, ſuamq; ipſius domum uaſtaret. & porro ſi recenſere vellemus totum vetus teſtamentum, infinita exempla de his haberemus. ſed hæc ſufficiant, & ſic impono finem huic praxi crimin. ad laudem omnipotentis Dei, beatæq; Luciæ virginis, cuius feſtum hodie celebratur 13. videlicet die Decemb. anno 1553 atq; in ea praxi ſi quid boni dixerim, Deo optimo gratia & laus, ſin autem mali, meo exiguo ingenio adſcribatur.

FINIS.

FRAGMENTA QVIBVS RECENSETVR EA.

Quæ in criminibus per ius Regni correcta, addita vel de nouo ſtatuta ſunt.

De ſumma trinitate, & Fide Catholica.

1 REX Debet ſacroſanctam Eccleſiam & Catholjcam fidem taliter tueri, vt non permittat clandeſtinis perfidijs detrectatorum fidei maculari ipſam debet ab incurſibus hoſtium publicorũ potentia materialis gladij defendere. hoc voluit conſti.inci.poſt mundi machinam.

De Epiſcopis & clericis.

2 Clerici pro delictis conueniendi ſunt coram iudice eccleſiaſtico, niſi de proditione & crimine læſæ maieſtatis, ut habetur in conſtit. incip. de perſonis clericorũ ſed ſecũdũ And.de Iſer.gl & Afflict.ibi, ẽt in iſtis caſibus debent conueniri coram eccleſiaſtico iudice dixi ibi.

3 Non eſt licitum officialibus regijs capere domos clericorum & religioſorum cauſa ibi hoſpitandi, nec lectos uel res ipſorum, & ſi de uoluntate ipſorum fuerint captæ domus, non debet ibi tractari iudicia criminalia, quod ſi ſecus factum fuerint, poſt emandationem damnari ſi comes fuerit uel baro, qui contra fecerit, teneantur ad pœnam 12. vnciarum, ſi ſimplex miles ad ſex, & ſi burgenſis, ad tres, vt habetur in c.item ſtatuimus, quòd domos hoc c.ſumptum eſt ex doctrina Bal.in l.1. C.de epi. & cle.quã refert & ſequitur Par. a Put.in lib.ſynd.in uerbo, clericus.uerſic. an apparitor. & intelligitur iſte tex.domo ad habitandum deputata ſecundum Pau. de Caſt. in conſilio 45. uiſo puncto ſupra ſcripto.

4 Clerici coniugati in criminalibus non conueniuntur coram iudice ſeculari, in cæteris autem non differunt a laicis, ut habetur in c.iuſtitiarius non exigit, & licet ritus inci.item quòd ſi aliquis uoluerit, quòd proceditur contra clericum coniugatum, ſicut ſi ipſe eſſet laicus, tamẽ procedit & intelligitur in ciuilibus ſed in criminalibus procedit id quod ſupra, ut dicit Af- Affl.in conſt.ſi damna clandeſtina.nu.33. Dicam ibi.

5 † Clericus ubi coram ſeculari citatur, auditur ſuper declinatoria fori, niſi perſonaliter comparuerit cum inſtrumento clericatus, & tunc data per eum petitione de clericatu, datur terminus ad probandum de ipſo clericatu, atq; eo probato fit remiſſio, ut habetur in ritu.incipiente, item ſeruat ipſa curia, quòd nullus ritus: & nota, quòd iſte ritus eſt contra ius canonicum, uidelicet contra textum. c.ſi iudex de ſententia excom.lib.6.ubi probatio clericis debet fieri coram iudice eccleſiaſtico quoties dubitatur de eo, & ſi notorie conſtet eum eſſe clericum, remitteretur ſine cauſæ cognitione: iſte uero ritus habuit ortum ex dicto Bal.in l.ſi qua per calumniam.C.de epi.& cle.& quatenus ritus voluit, quòd abſque familia remittatur ad eccleſiaſticum clericus, concordat eũ tex. c.quem pœnitet.uerſ.oportet.de pœn.diſtin.1.& idem uoluit ritus incip. Itẽ, quod ſi aliquis clericus. Adde quòd in hac ſecunda editione iſtius praxis uidi commentaria Proſpe.Cata. ſuper ritibus & ſignanter ſuper ritu allegato in ordine ſuo 235 quæ commentaria nunc ſunt in prælio, inter alia tenet. poſſe ſecularem iudicem remittere clericum cum catena in collo, ubi caſus enormitas ſuadere, moue-

tur ex doctri. Ang. in auth. de defen. ciuita. & Bocr. in deciſ. 303. uerſus finem. Tu aduerte quòd expreſſe id negat Boe. eo in loco; licet poſtea ſubdat poſſe remitti ligatum, quod non eſt intelligendum collo, ſed manibus, ne ſtatim ſibi contradixiſſet, hijs quæ ſuperius dixerat. Item magis ignominioſum apud oēs reputatur quem collo ligari quam manibus. Et hoc eſt ſatis condecens; in carcerationibus enim ſatis attenditur qualitas pſonę. Ideo dictum ipſius intellige ut ſupra ſcdm doctrinas quas allegat intelligi debet. Ibi etiam ipſemet, ponit quæſtionem, cuius expenſis remittendus ſit clericus; & tenet; & bene, ꝙ expēſis ipſius clerici; intellige niſi ſit pauper. Vt per Couat. in libr. practi. q. 33. nume. 5. Item intelligerem, niſi clericus reluctaret in remiſſione, quia forte diceret ſe non clericum, & ſic eſſet lis inter epiſcopum & clericum de hoc Vt ſic dico de uallis. Baronum.

6 † Clericum denuncians aliquem, debet dare fideiuſſorem, qui ſe obliget ſi forte clericus cum reo paciſcať abſque permiſſa curiæ, uel non probetur, nec ſe obligauit clericus, ſed alius pro eo, qui voluntarie promittat. & ſi eſt miſerabilis pſona, non requiritur fideiuſſio. hoc uoluit ritus inc. itē ſeruat ipſa curia, quòd quando dicit etiam ritus, etiam aliquando non requiri, ſi eſt perſona eccleſiaſtica. Dicit ibi Proſper Cara. quòd quatenus te. dicat de perſona eccleſiaſtica voluit ſimpliciter dicere de clerico; ſed tu dic quòd voluit dicere de clericis regularibus ut ſunt monaci & fratres de religionibus, & non de clericis ſecularibus. magna enim inter hos eſt differentia.

7 † Clerici non admittuntur ad accuſandū, niſi ſuā, uel ſuorum iniuriam proſequatur, etiam circa pęnā ſanguinis ad denunciandū uero admittantur cum obligatione pœnali, facienda per laicum pro parte ipſorum, hoc voluit ritus inci. Itē quòd nullus. adde quòd Inno. in c. cum P. Manconella. tenuit, quòd clericus nūquam poteſt accuſare laicum, etiam ſi iniuriam propriam proſequatur. 11. q. 1. c. clericum nullus. refert tamen alios tenere, quòd poteſt accuſare, ſi nō venit imponenda pœna ſanguinis. Abb. vero in d. c. cum P. Manconella. extra de accuſa. diſtinguit, ꝙ ad uindictam publicā clericus laicum accuſare non poteſt, etiā ſi ueniat imponenda pœna ſanguinis, adducit c. ſacerdotes. 2. q. 7 ratio eſt, quia accuſatio dicitur genus illaudabilis iniſtio nis. 2 q. 7. c. ſi quis. unde clericus immiſcere ſe non debet. aut clericus proſequitur iniuriam propriam aut eccleſiæ ſuæ tūc ſi pęna ſanguinis non uenit imponenda poteſt licite accuſare laicum, iuribus de quibus per eū. ſi uero uenit imponenda talis pœna poteſt accuſare laicum proſequēdo iniuriam propriam, debet tamen proteſtari, quòd non intendit, ut pœna ſanguinis emittať, ut in c. prælatis de homicidi. lib. 6. & ibi etiam ponit, annquid clerici poſſint accuſare clericos & an laicus poſſit accuſare clericos, ibi per Felin. & qui continentur appellatione ſuorum, & uſq; ad quē gradum dicanť, & an iſtud extēdatur ad illegitimos progenitores uel poſteros, & an extendatur ad aliquem gradum affinitatis, & an inter cōuictos ſit aliquis gradus plationis in accuſando, & an amicus ueniat appellatione ſuorum, & an cōmater uel compater. de his oībus me remmitto ad Bal. in l. 1. C. qui accuſare non po. in 11. col. & nota, quòd iſte ritus de facto ſumptus eſt ex doctri. Abba. ubi ſupra in 1. mēbro. idcirco uide eum.

8 Clerici primæ tonſuræ nō gaudent priuilegio clericorū, ſi non incednnt in habitu, & tonſura, ut hř in prag. regis Ferdinā. di; inci. uniuerſis. uide de iure cano. p docto. in c. ppēdimus in c. audientia, & in c. cū non ab hoīe. & in c. contingit. el. 2. extra de ſenten. excomm. & per Afflict. in conſti. apoſtatantes. net ſi. 19.

9 Clerici in criminalibus nullatenus admittantur in teſtimonium, niſi ad defenſionem, ut hř in titu incipiente, itē ꝙ clerici. pro quo uideatur Thom. Gramma. in conſil. tertio. & ꝙ ſi aliter ueritas haberi non poteſt niſi per clericos, & ſumus in criminibus non ingerentibus pœnā ſanguinis, an admittantur. Abb. in c de cætero de teſti. dicit, quòd ſic; quem ſequitur Alex. in conſi. 152. in 5. lib. in uerſ. ad idē. & quòd in ciuilibus nō poſſunt examinari, niſi cum licentia ſuperioris, ut in dicto ritu, concordat cum c. monachi. 16. q. 1. & c. 2 de poſtula. & c. non magno, ne cleri. uel mo. & quòd ſi depoſuit non obtēta licentia,

centia, & non fuit oppoſitum, an valeat depoſitio? dicerẽ, ꝙ ſic per id, quod dicit Feder. de Sen. in conſi. 403. incip. factum tale eſt, ubi dicit, ꝙ licet religioſi non poſſint exercere officium exequutoris, niſi a ſuperiore petierint, & obtinuerit licẽtiã: ut in c. religioſus. de teſta. lib. 6. tñ ſi religioſus exequutus fuerit voluntatem teſtatoris, nõ obtenta nec impetrata uenia, & non fuerit oppoſitum, ualet & tenet. In iſto ritu, de quo hic fit mentio. Proſp. Cata. in hac ſecunda editione huius praxis, in commentarijs rituum, ſub ritu iſto, ſituato in nu. 144 ſecundum ordinem ſuũ, affirmat, quód ſi de facto clerici fuerint examinati, in criminalibus, quód non facerent indicium, ad torturam. Cuius opinioni, aſſentiendum omnino arbitror.

De hæreticis, Patarenis, eorumq; receptatoribus.

10 Crimen hęreſeos eſt publicum, & horribilius crimine lęſę maieſtatis. & ſicut in crimine perduellionis eſt pęna mortis naturalis & publicationis oĩum bonorum, & poſt obitum damnatio memoriæ, ita ẽt in hoc crimine. & officiales debent inquirere cõtra hęreticos; & ſi aliquos notatos inuenerint etiam leui ſuſpitione, faciant eos examinari per eccleſiaſticos iudices; & ſi deprehendanť in errore, & noluerint ad fidem reuerti, viui cõburantur; & nullus pro talibus interuenire debet, hoc eſt, quod uoluit tex. in conſtit. inconſutilem tunicam de iure etiam canonico hæretici puniuntur publicatione bonorum; vt in c. cum ſecundũ. de hæret. lib 6. & in c. excommunicamus. lo 2. de hęret. & 8. diſt. c. quo iure, & ſi ſunt laici, applicantur bona fiſco ſeculari, vt dictis iuribus, ſi ſunt clerici, applicãtur eccleſię, cui ſunt ſubditi; vt ibidem dicitur; & habetur per Petr. de Ancha. in c vt commiſſi. de hæret. lib. 6. & in c. vergentis. in antiquis, & paret etiam in auth. Gazaros. de ſtatu. con. liber. eccle. & ſi non vult reuocare errorem ſuum hæreticus, & vult ſtare in tenebris, eſt excõmunicatus, vt in c. excommunicamus. de hære. item hæreticus deponitur ab omni dignitate, quàm habet. 40. diſt c. ſi Papa. & 24. q. 1. ca. qui contra pacem. item ſi eſt laicus, etiam de iure communi punitur, quia comburitur; vt l. Arriani. C. de hære. & in authẽ. credentes. eo. tit. & ſi eſt clericus in ſacris degradatur per propriũ epiſcopum conuocatis abbatibus. & alijs ꝑlatis, & religioſis perſonis ac literatis ſuę diœceſis; vt in c. 1. de hæret. lib. 6. facta autem degradatione dicit episcopus poteſtati ſeculari; quód recipiat degradatum in ſuum forum; & epiſcopus rogat poteſtatem, ut citra mortem eũ puniat. c. nouimus. de uerb. ſig. item punitur hæreticus, quia poſtquam eſt mortuus, non debet ſepeliri in eccleſia, ſed debet carere ſepultura, ut in c. quicunque. in prin. de hęre. in 6. Item puniuntur eius filij, quia ſunt inhabiles vſque ad ſecundam generationẽ ad publicum officium, uel beneficium eccleſiaſticum; vt in d. c. quicunque. §. 3 item ſi poſtquã deprehenſus fuerit incidiſſe hęreſim, ſtatim & incõtinenti vult hęreſim abiurare, dẽt abiuratio recipi, & ipſe in ꝑpetuum carcerẽ ad agendã pęnitentiam includi; ut in c. pen. de hære. & no. gl. in c. ad abolendam. in uerbo. recurrere. eo. tit.

11 Receptatores hæreticorum, credentes, & complices, publicatis bonis omnibus in perpetuum relegentur; & filij ipſorum nullatenus ad honores aliquos aſſumanť, ſed infamiæ perpetuæ nota laborent, & ſi aliquis de filijs iſtis detexerit aliquem Patarenum, reſtituatur in integrum. hoc voluit conſti. Patarenorum. de iure veró canonico tales puniuntur excommunicatione, vt ſupra dixi per c. excommunicamus. §. credentes. de hære. item efficiũtur infames & inhabiles ad publica officia. vt in cap. 2. de hære. lib. 6. & concordantiæ ſunt in gl. 1.

De blaſphemantibus.

12 Blaſphemantes Deum & virginẽ glorioſam, linguæ maliloquæ mutilatione puniantur, vt in conſt. blaſphemantes. ſuperuenit demum regia prag. incip hac ꝑpetua. qua caueť, quód blaſphemãtes puniuntur mutilatione linguæ, & publicatione tertiæ partis bonorum oĩum; & ꝙ non attenta qualitate perſonarũ, ſemper irremiſſibiliter corporaliter debẽt puniri pœnis, dę quibus ibi. hodie veró non mutilantur

tilantur linguæ, ſed tantùmodò perforantur ferro: & contra tales blaſphemātes nō fit proceſſus ordinarius, ſed ſtatim ac q̄s cōuincitur de blaſphemia, condemnabit̄.
13 Et blaſphemans nō pōt repulſare teſtes, niſi ex capite inimicitiæ argu. l. famoſi. & in l. in quæſtionibus. & ibi no. per Batr. ff. ad l. Iul. ma. & dixit Par. de Put. in lib. ſyndi. in verbo, condemnatio. in ea. an poteſtas. 3. col. & Gram. conſil. 15. nu. 12. & ibi ſentit, q̄ blaſphemans poteſt ſe defendere probando negatiuam coarctatam loco & tpe, vel probando, quòd calore iracundiæ blaſphemauit, & ſic non eſt verum, id quod dicebat Par. quòd in blaſphemia
14 nulla cadit defenſio. Et an blaſphemia Dei dicatur, ſi quis dixerit, al deſpetto de Iddio, vt puniatur pęna de quo ſupra Bal. in conſi. 477. in 3. lib. renet, q̄ non ſed cōtrarium fuit deciſum in ſacro regio cōſi.
15 vt in deciſ. 50. Et de iure canonico blaſphemantes puniuntur ſecundum Hoſt. in ſumma. de maleſ. & in §. blaſphemantes. verſ. grauior etiam pęna arbitraria. & ſequuntur Io. And. & Abb. in c. 2. de male. ſed nouiſſimè in cōcilio Lateranenſi ſub Leone decimo celebrato, ſic ſtatutū eſt, ſi clericus fuerit blaſphemator, vel ſacerdos, puniri debet in fructibus omniū beneficiorum ſuorum per vnum annum p̄ prima vice, pro ſecunda verò, ſi vnicum habuerit beneficium, eo priuari debet, ſi autem plura, id debet ammittere, quod ordinarius uoluerit, & pro tertia vice dignitatibus & beneficijs omnibus, quæcūque habuerit priuatur, & ad ea vlterius retinenda inhabilis redditur, adeò, vt libere conferri & impetrari poſſit; vt habetur per Io. Ber. in pract. cri. cano. in verbo, blaſphemi. de iure uerò ciuili erat ſimpliciter pęna mortis, vt in authē. vt non luxu. contra. na. §. 1. & quæ fuerit ratio mitigandi dictam pœnam, vide per Aſſict. in d. conſt. blaſphemantibus.

De apoſtatis.

16 Apoſtantes à fide pœnitus execrantur & bonis omnibus ſpoliantur, & naufragantes à voto vel profeſſione, legib. coarctantur, & ſucceſſiones tolluntur, & omne ius legitimam. hoc voluit conſtit. apoſtatantes. hæc conſtitutio ſecūdum gl. de duplici apoſtata loquitur, videlicet, de apoſtaſia fidei, & perfidię, in qua nihil eſt immutatum. de iure enim codicis eſt ſimilis pęna, vt toto titul. de apoſta. & de apoſtaſia religionis, de qua traditur ſpecialis titulus de iure canonico, vt extr. eo. tit. & hęc ſecunda apoſtaſia etiam de iure ciuili punit̄. nā clericus apoſtata cadit à ſacro miniſterio, & erit inter idiotas laicos illius ciuitatis, cuius erit: & nihilominus erit curiæ illius ciuitatis, in qua clericus erat cū tota ſua ſubſtantia, ut in authen. quo. opor. epi. & c. ad ordi. prodn. §. neq; autē. & § ſemel aūt, & monachus ſi poſtquam fuerit p̄feſſus, à religione receſſerit, eius bona erūt monaſterij, & ſi fuerat ſeruus, reuocat̄ in ſeruitutē prioris domini; & ſi fuerat curialis uel officialis, curię officio, cui ſubiectus fuerat, redditur, & ſi fuerat liber, dēt poni in aliud monaſterium cū rebus ſuis, & ſi rurſus inde receſſerit, debet deputari ad ſeruitium illius curię, vbi fuerit repertus, vt in auth. de mo. §. ſi uerò ſeruitij. & §. ſi quis aūt fortè ſemel. & §. ſi uerò delinquēs monaſteriū. ut plenè per gl. in d conſtit. de iure uerò canonico, ſi quis recedit ab ordine ſuo ſiue aſſumpta religione, dimittendo tonſuram vel coronam, vel accipiendo uxorē, uel abijciēdo religionis ueſtem uel clericalē, redeūdo ad ſeculum, illa durante repellitur ab accuſatione & teſtimonio, & infamis eſt ipſo iure, vt in c. alieni. in 47. & in c. beatus. 3. q. 4. nec poteſt ad dignitatem eligi, ut in c. legi. 16. q. 1. & clericus admonitus, ſi ſe non correxit, deponendus eſt ca. ſine ornatu. & c. præcipimus. 22. q 4. c. ſi naūt. cū duobus ſeq. 19. q. 3. item caret priuilegio clericali. vt c. 1. eo. tit. & procedunt dictæ pęnæ quoties cōſtat de apoſtaſia. eſt & alia apoſtaſia inobedientię, de qua hic nō tractatur, & pœna eius eſt, quòd durante apoſtaſia erit infamis, & à teſtimonio repellctur, & excommunicatus. ſecundum Hoſtien. in ſumma eius tit. §. qualiter puniantur. & ſi non reſipuerit, degradatur ſecundum eum.

De his qui ad eccle. confugiunt.

17 Rei confugientes ad eccleſias, inde non debent

debent inuiti extrahi, niſi in caſibus a iure permiſſis. hoc uoluit text. c. item ſtatuimus quod eccleſiæ. & concordat cum l. 2.
18 C. cod. tit. & l. præſenti eod. titu. † Sed ſi fur exponit rex furto ſubtractas prope eccleſiam, & deinde aufugit ad eam, an poſſit cap? dicas quod ſic. ſecundum pau. de Caſ. in conſ 471. incip. uiſo caſu propoſito
19 in nouis. † Sed quid faciendũ, ſi aliquis de facto ab eccleſia extrahitur? poteſt peti, ut reſtituatur priſtinæ libertati, quia ea de facto eſt priuatus. ſecundum Bortol.
20 in d. l. præſenti. † Sed an eccleſia interdicta, habeat priuilegium? uidetur, quod nõ arg. cap. pen. extra de immu. eccle. ſed dicas contrarium, quia clericus interdictus, ſuſpẽſus, & excommunicatus, retinet priuilegium immunitatis circa manuum in iectionem, & circa forum. 8 t. diſtin. ca. dictum. ſecundum Goffre. quia a Deo datur immunitas. cap. non delinquit. de his, quę ſi a ma. par. cap. ſed quæ pœna imponatur contrafacientibus de iure cõmuni. uide c. ſi quis contumax. 17. q. 4. & quod ibi nota
21 tur. † An huiuſmodi immunitate gaudeat eccleſia nondum conſecrata. gloſ. in c. pe. de immu. eccle. dicit, quod non, ſed Abbas, & Hoſti. contrarium tenent, ſufficere exiſtimantes, quòd locus ſit Deo deſtinatus autoritate Pontificis, primarium lapidẽ imponentis, cum poſtea non poſſit ad humanos uſus conuerti, ut extra. de religio. do. ſed uideatis Ant. de Butr. in d c pe.
22 † Item ſciendum eſt, quod priuilegium illius c non habet locum, in officiali, qui debet ſtare ſyndicatui per tex. l. 2. C ut omnes iud. tam ci. uerſi. uel intra ſacroſanctos terminos. & tenet expreſſe Par. de Pu. in libro ſyndica. in titu. de offic. ſyndi. in uerbo, uiſo de modo procedendi. circa 3. colum.

De legibus, & conſtitutionibus.

23 † Ius Francorum, quod diſponebat quod ante litem conteſtatam cõtumax damnaretur in pœnam priuationis omnium bonorum mobilium, & quod cõtumax in ciuilibus lite conteſtata, uel in criminalib. amitteret cauſam, eſt correctum cum alijs obſeruantijs, hoc uoluit cõſtit. incip. ſpeciale quoddam.

24 † Leges quę introducebant probationem per ferrum calidum, ut appareret nocẽtia uel innocentia, ſunt ſublatæ. hoc uoluit conſti. incip. leges, quæ.

De precibus, imperatori offerendis.

25 † In cauſis magnæ importantiæ licet ſupplicationes principi offerre, eiuſque colla terali conſilio, quod non expediatur cauſa per inferiorem iudicem, niſi facto uerbo, & relatione quæ relatio debet fieri intra octo dies, alias cenſetur cauſa deuoluta ad inferiorẽ iudicem abſq; onere faciẽdi dictam relationem. hoc uoluit regia pragmat. Impera. Carol. incipien. & quia per dictæ.

De officio eius, qui uicem alterius gerit.

26 † Officia non poſſunt neque debent exerceri per ſubſtitutum, ſed perſonaliter per eos quibus ſunt commiſſa, & ſiquis ordinatus fuerit uicarius & locumtenens, tam ipſe ordinatus, quàm ordinator capite puniturur, ut ſtatuit rex Guliel. in cõſti. incip. officia, quæ perſonis, quod quidẽ eſt correctũ per conſtit. duram & diram. & tantummodo puniuntur ordinator & ordinatus pœna publicationis omniũ bonorum.

De iuriſdictione iudicium.

27 † Nullus prælatus, comes, baro, poteſt in terris ſuis exercere merum & mixtũ imperium, ſub pœna publicationis illius terræ, ubi exercuerũt merum imperium, hoc uoluit conſtitu. ea, quæ ad decus. ſed rex Alfonſus primus communicauit per ſua priuilegia comitibus, baronibus, & pręlatis, merum & mixtum imperium. & alij reges confirmauerunt, ut dicit Afflict. ibidẽ & ſic ceſſat conſti.
28 † Vniuerſitates, creãtes per ſe abſq; licẽtia regis officiales, perpetuã deſolationẽ patiatur. & omnes homines eiuſdẽ ciuitatis angarijs in perpetuum habeãtur, ꝑ officiales ſic electi capite puniantur hoc uoluit conſti. cum ſatis abundeq; de iure uero communi uniuerſitates conferebant iuriſdictionẽ. l. & quia. ff. de iuriſ. omnium iud. ſecundum gl. in conſti.

29 † Barones non debent in ſuis terris exercere iuriſdictionem ultra ſua priuilegia, aliàs in pœnam uſurpatæ iuriſdictionis incurrunt, ut in prag. Car. 5. incip. prohibemus etiam.

Vt omnes officiales depoſita adminiſtratione ſtent ſyndicatui.

30 † Finito officio debent officiales ſyndicari per quinquaginta dies & contra eos ꝓceditur per querelam & inquiſitionem, & ſi culpabiles inueniantur ultra id ad quod parti tenentur, ad pœnā arbitrio regis cōdemnātur, & qui calumnioſè accuſant, puniantur, & officiales præmijs decorantur. hoc uoluit conſtitu. volumus demum ſuperuenit cap. item ſtatuimus, quod tam iuſtitiarij quo cauetur, quòd officio depoſito officiales debēt ſyndicari per 40. dies coram ſuis ſucceſſoribus de querelis eiuſdē faciendis. extat aliud cap. incip. nouas forma regis Caroli, quo cauetur, quod tēpus ad ſtandum ſyndicatui durat quouſq; acta omnia facta in officio, fuerint compilata & tradita ſucceſſori in officio. ſuperuenit etiam regia pragm. quæ uoluit, quòd officiales depoſito officio deberent ſtare ſyndicatui per tempus ſtatutū a conſtitutionibus & capitulis regni, & ad decidendum querelas contra eos factas, debet aſſumi legiſperitus de locis uicinis, & propter appellationem uel querelā nō retardatur exequutio pręſtita cautione de reſtituendo in caſu tractationis, & ultimâ tertiaria non datur officiali, ſed debet ſtare in depoſiti. hoc uoluit de pragma. eſt etiā ritus incip. Itē, quod quilibet. qui uoluit quòd officiales debent ſtare ſyndicatui. ſecundū conſti. & capitula regni, aliàs non poſſunt aſſumi ad aliud officium. & ſic uides, quòd conſti. erat conformis cum iure communi circa tempus quinquaginta dierū. ut l. 1. G. eod. tit. ſed cap. quoties. ſtatuit tempus quadraginta & eſt cōtra ius commune.

De inhibendis donationibus in perſonam iudicium.

31 † Officiales debent habere mundas manus, & nihil recipere litigantibus, etiam neque eſculentū neque poculentum, licet a non litigantibus, idque ſemel tantum, poſſint recipere eſculentum & poculentū ſub pęna priuationis officij, & infamię, & furti hoc uoluit conſtit. apud iuſtitiarios. ſuperuenit demū. c. inci. hac edictali. quo cauetur officiales exceptis eſculentis & poculentis, alia recipere non debent, & dictum capi. concordat cum c. item quod iuſtitiarij & cum tex. c. item quòd nullus. & cum regia nouella prag. inc. Ferdinandus uniuerſis & ſingulis & cum prag. inci. nos Ferdinandus. confirmata per ſacr. Cę. maieſ. concordat etiam cū prag. & inci. & ut etiam. & cum prag. incip. Fardinandus uniuerſis. & concordat cum. l. unica. C. eo. ti. & cum l. plebiſcito. ff. de offi. pręſi. & cū l. ſolent. in fin. ff. de offic. ꝓcon. & legat. & dum ille text. dicit; exceptis eſculentis & poculentis, licet concordet cum iure digeſtorum, ut d. l. plebiſcito, tamē ſecundum gl. ibi diſcordat cum iure authenticorū, quo cauetur non poſſe recipi, niſi in defectum ſalarij, ut in auth. ſcriptum exēplar. in fi. pen. col. colla. ſecunda per Bart. reprehenditur ibi: & uide omnino glo. & Cy. in auth. principales. C. de iure. calum. & in authen. de ma. prin. §. oportet. & in cap. ſtatutum. §. inſuper. de reſcri. in 6 & cap. cū ab omni. de ui. & hone. cle. & uide Par. de Pute. in lib. ſynd. in uerbo; iudex. uerſi. iudices puras.

De officio magiſtri iuſtitiarij.

32 † Magiſter iuſtitiarius in curia regis dēt commemorari cum quatuor iudicibus, & poteſt cognoſcere de crimine læſæ maieſtatis, de feudis etiam quaternaris, & quota parte ipſorum, de appellationibus ordinatiorum & delegatorum, & de quęſtionibus curialium & miſerabilium perſonarū in aliis uero caſibus nulli licet aduerſariū ſuum in ius coram eo uocare, ſed apud iudices ciuiles uel criminales eos uocet, & de crimine læſæ maieſtatis pōt cognoſci per iuſtitiarios, ſi placuerit accuſatori. iuſtitiarij uerò debent interrogare ueniētes ad ſe, an defuerint iudicibus criminalibus & ſi negauerint, ad ipſos remittant cū expēſarum diſpendio, ſed ſi dixerint ſibi fuiſſe denegatam iuſtitiā ab eorum iudicibus

tunc

tunc remittentur ad eos cum literis, & iu
dices illi intra menſem debebunt cõpare
re, redditùri rationem de diligẽtia vel ne-
gligentia: hoc voluit conſtit. ſtatuimus,
33 vt. Et eſt notandum, quòd officiũ magi-
ſtri iuſtitiarij in regno exercet magna cu
ria vicaria & regens ipſius, & officium iu
ſtitiarij eſt penes gubernatores prouin-
34 ciarum. Item eſt notandum, ꝙ per regiã
prag. regis Ferdinandi incip. querula ex-
poſitione. eſt ſtatutum, quòd pro primis
cauſis non extrahantur extra diſtrictum
proprij incolatus, & ſic officium magiſtri
iuſtitiarij nõ ſe extendit in primis cauſis.
35 Item magiſter iuſtitiarius cognoſcit de
iniurijs & oppreſſionib. factis per inferio
res iudices, necnon de ſpolio facto ad vti
litatẽ ipſius curiæ iuris ordine non ſeruà-
to, & carceratos & iniuſtè detentos procu
rare debet, vt per iuſtitiarios liberare fa-
ciat, hoc eſt, quod voluit conſti. incip. ma
giſter iuſtitiarius. & in eo, quod dicit, ꝙ
cognoſcit magiſter iuſtitiarius, & ſic ma-
gna curia vicaria de oppreſſionib. factis
per inferiores iudices, id procedit depoſi-
to officio ſecundum tex. ca. regis Caroli.
incip. Nicolao. vt ibi dicit Affli. ſed cogi-
ta. num dici poſſit contrarium per text. c.
incip. inſuper ad fidelium. dum inquit. ꝙ
ſi videbitur magiſtro iuſtitiario eſſe amo-
uendos officiales inferiores, poterit amo
uere & ſic loquitur de exiſtentibus in of-
ficio: & eſt notandũ quòd extat ritus ma-
gnæ curiæ vicariæ incip. item quòd curia
ipſa, & quælibet ipſarum quo cauetur, ꝙ
dicta magna curia cognoſcere poſſit de
exceſſibus officialiũ inferiorum, de deli-
ctis tñ, quę cõmittuntur in exercitio offi-
cij, & non aliter, & vidi ſemper per ma-
gnam curiam vicariam cognoſci contra
inferiores iudices, etiam durante officio.
36 Item eſt notandum, quòd omnes regni-
colæ nullo priuilegio obſtante, poſſunt
accuſari, denuntiari, & euocari, in magna
curia vicaria, vt habetur in ritu incip. in
primis. ſed corrigitur per prag. regis Fer-
di. incip. querula expoſitione.

De iuſtitiarijs eorumq; officio.

37 Iuſtitiarij ſeu præſides prouinciarũ, co-
gnoſcunt de latrocinijs, incẽdijs, fractura
domorũ, inſultu excogitato, inciſiones
arborũ, violentia mulierib illata, duello,
crimine lęſę maieſtatis, portatione armo
rum ſpreta defenſa, & de omnib. delictis,
vbi uenit imponẽda pœna mortis vel mu
38 tilationis membri. Item de furto magno
etiam cognoſcũt. & eſt furtum magnum
39 quod excedit xx. auguſtales. Et inferio-
ribus iudicib. iuſtitiam denegantibus, ipſi
præſides iubere debent, vt iuſtitiã faciat.
40 Et iuſtitiam denegare dicentur, vbi fue-
rit eis mandatum; ꝙ iuſtitiam faciant, &
ſi intra duos menſes nõ fecerint: hęc om-
nia uoluit conſti. iuſtitiarij nomen.
41 Et ſic, vt vides, per hanc conſtit. ſtatuit,
ut in defectum iudicũ, baiulorum, baro-
num, ac officialium inferiorũ cognoſcãt
præſides prouinciarum, & non aliter pro
quo vide multa ſcripta per Andr. de Iſer.
in §. præterea ſi inter duos. in 11. col. de
42 pro. feu. aliena. Et eſt notandum, quòd ſi
non data negligentia inferiorum iudicũ,
præſides prouinciarum ſe immiſcuerint
cauſis eorum, tenentur ad pœnam 25. vn-
ciarum, vt habetur in regia prag. inci. di-
43 ſcordias. Et quòd in defectum iuſtitiæ
non factæ per officiales inferiores, poſſit
adiri ſuperior, concordat dictum Inn. in
c. ex conquæſtione de teſtit. ſpol. & Spec.
in tit. de iu. deleg. §. ſequitur. ad finem. &
Alex. in l. de qua de iudic. & l. ſi §. illud. &
ibi Bal. de temp. appe. vbi habetur, quòd
per viam querelæ ſuperior eſt adeundus.
facit c. nullus de iure patr. non per viam
appellationis. ſecundum Bart. & Alex. in
l. de pupillo. §. ſi quis ipſi de oper. no. nũc.
44 Et hæc vera intelligas, ſi euidenter cõſtet
de iuſtitia denegata, aliàs poteſt dicere
in dubio, ſe facere iuſtitiam, & velle ſtare
ad ſyndicatum in fine officij. ſecundum
Bart. & Alex. in d. l. de pupillo. §. ſi quis
ipſi. ff. de noui oper. nunc & Bart. in l. ſi tu
tor pupillo. de author. tut. & in terminis
noſtræ cõſtitutionis, tunc dicetur euiden-
ter conſtare de iuſtitia denegata, vbi fue-
rit facta admonitio, ꝙ intra duos menſes
cauſa expediri debeat, & non fuerit expe
dita, maximè ſi iuſtum non allegetur im-
45 pedimentum. Et eſt notandum, quòd p̃-
ſides prouinciarum hodierni de facto ca-
piunt carceratos penes inferiores iudices,
& eos ad ſe trahunt, & ipſi cognoſcunt,

quod quidem, vt vides, minimè fieri põt:
46 & male faciunt. Item debent præſides ꝓuinciarũ ſeu iuſtitiarij, quod idem eſt, cõtinuo perquirere loca ſuæ prouinciæ: nec debent permittere ſubditos vocari ad loca remota propter iuſtitiã: flagrantia maleficia ſtatim debent punire; perſequi ẽt famoſos latrones, fures, itinerumq́; obſeſſores, cęterosq́; maleficos, & pro dicta ꝓſequutione poſſunt capere ex pecunijs fiſcalibus, & ij ſi capiantur, non conſideratis ſolennitatibus accuſationũ ſeu denuntiationum, illico puniantur, hoc eſt, quod uoluit conſtit. incip. iuſtitiarij non per calendas & quatenus textus dicit, ꝙ tenentur præſides perquirere loca prouinciæ, concordat cum tex. c. hac edictali. vbi plus dicitur quòd non poſſunt permanere ultra tres dietas in quolibet loco, & cõcordat tex. cap Carol. quòd decreram tibi prouinciam. & quatenus textus dicit de puniendis delictis flagrantibus, concordat cum text. d. cap. quòd decretam tibi prouinciam. in fi.

De ſacrilegio.

47 Sacrilegos pœna arbitraria eſſe plectendos iura cõmunia ſanxere l. ſacrilegij pęnam. ff. ad l. Iul. pecul. quod & iure municipali huius regni approbatũ eſſe cõſtat; vt in conſtit. incip. multæ leges. excipit tamen duos caſus, qñ videlicet templa dei manu fiã guntur, itẽ, niſi bona & vaſa ſacra furent̃ de nocte; vt his proximis duobus caſibus pęna capitalis habeat locum, & ibi Affl. intelligit de pęna capitali; videlicet mortis ciuilis ſcilicet depottationis, per gl. ſing. in l. 1. C. ne Chriſtia mancipi. intelligiturq́; quando res ſacra de loco ſacro furto ſubtracta eſt, at ſecus, ſi a loco priuato. & ita ante dicit intellexiſſe Andr. de Iſer. tu uerò dic, ꝙ ſi quis fureint vltra vnciá, ſiue de loco ſacro, ſiue priuato, ſiue de nocte, ſiue de die, pęna mortis naturalis plectit̃, ꝑ c. regni. ad hoc quòd noſtrorũ. quod & in ſacrilegis procedit, ne ſint melioris conditionis, quàm nõ ſacrilegi. & ita ſeruatũ fuit in magna curia vicaria, in quodam Salernitano, qui furto ſubtraxerat quandam crucem ab eccleſia S. Laurentij, qui ſtatim fuit ſuſpẽſus pro-
48 pe dictam eccleſiam. Quid dicendũ de caſu, quem nũc habeo in facto, videlicet in die ſacratiſſimi corporis Chriſti in caſali Ceraſij uallis noui, quidam de Fuſco ferentes pallium, ſub quo presbyter etiã de Fuſco, filius & frater ferẽtium palliũ, geſtabat in manib. ſacratiſſimum corpus Chriſti, fuerunt inſultati a quibuſdã eorũ inimicis, & fuerũt interfecti in ictu oculi pater & duo filij ferentes pallium, & presbyter ferens corpus Chriſti fuit vulneratus, & fugam faciẽs ſe ſubduxit in quoddam ſtabulũ, & nõ fuit aliter offenſus, dubitat̃, quòd crimen ſit iſtud, & qua pęna plectatur dicebant quidã, quòd ſit crimẽ læſæ maieſtatis diuinæ per tex. in c. ſiquis ſuadente diabolo. § qui autem 17. q. 4. ubi hr̃ quòd ſi quis aliquam iniuriam intulerit ſacerdotibus & miniſtris in eccleſia ad inſtar publici criminis & lęſæ maieſtatis, accuſabitur, & conuictus capitali ſententia plectet̃. quanto magis in caſu iſto, vbi ferentes ſacratiſſimum corpus Chriſti, & ferentes palliũ (qui ẽt miniſtri rectè dici poſſunt) offenſi extiterunt, non ſolũ dẽt dici crimẽ læſæ maieſtatis, ſed ultra (ſi vltrà dici fas eſt,) dici poſſet, ꝙ in caſu ꝓdicto habeat locum pęna c. fęlicis. extra de pœn. in 6. nam cum ibi ſtatuatur, ꝙ inſequentes cardinalẽ, aut percutiẽtes, in crimen læſæ maieſtatis incurrunt, adeò, ut perpetuò ſint infames, diffidati, bãniti & inteſtabiles, & inſuper eorum domus in ruinã & deſolationẽ dentur, & eorũ bona fiſco publicentur, & morti tradant̃, & aliter puniantur, ut ibi, quantò magis debẽt puniri tales offendẽtes realiter miniſtros Chriſti in cõſpectu ipſius ſacratiſſimi corporis Chriſti. & offendentes presbyterum geſtantem in manib. ipſum ſacratiſſimũ corpus Chriſti, quo caſu ipſe Chriſtus vr̃ offenſus, & tanto maius reputandum eſt delictum, quanto perſona, quæ patitur, maior eſt, ut nota. Archid. in 22. q. 5. ca. 2. & quod habetur ca cau. q. 1. mouet. & habetur in glo. c. fœlicis. ſicut enim læditur maieſtas Papæ læſo collaterali; vt 6. q. 1. c. ſi quis cum militibus, ita læditur maieſtas diuina, & non eſt dubitandum, ſi ſummi Pontifices & reges conſideraſſent talem caſum potuiſſe euenire, quin ſtatuiſſent a fortiori in caſu ꝓmiſſo, ſicut in ca-

ſu

308

ſu d.c.fœlicis.ſed cogitandū relinquo, cū pendeat adhuc in facto, & ſim aduocatus non interficientium, ſed fratrum, quos ꝓtenditur cōſenſiſſe, & auxilium præſtaſſe; & ſi non eſſet in facto, plura dicerem. de anno, 1554.

De vſuris.

49 Vſura iure etiam communi prohibita eſt ut not in authen.ad hęc. C. de vſur.& in l. cūctos populos.C.de ſum tri.& fid.catho. iure autem nouo conſtitutionū regni vſuratijs noua pęna imponitur:puniuntur.n. publicatione omnium bonorum, ut in cōſtitut.uſuratiorum nequitiam. & ita conſtit.illa continet ius nouum ut ibi dicit gl.

50 Imò uſuratium crimen adeò publicum ius cōſti.regni putauit, ut oībus, deferēdi ius,ſiue proprium damnum uel ſuorū ꝓſequantur,ſiue nō conceſſerit,ut d.conſt. vſuratioirum nequitiam,qđ quidem immutatum eſſe ſcias per ritū magnæ curiæ uicariæ incip.item, ꝙ nullus admittatur, quo cauetur, ꝙ nullus poſſit denuntiare aliquem de vſura,niſi ꝓpoſita querela, & tunc procedendum eſt ordinariè. & idem ſtatutū per c. regni. reginę Io. ut ētreſert Afflic.in d.conſtitu.vſuratorium in gl.de-

51 ferendi. Eſt etiam ſępe conſtitutum,emētes fructus ante tempus vſuram committere.c.nauiganti & ibi doctor.&c.conqueſtus.extra de vſur.concordat in hoc c. re-

52 gis Roberti incip. pro publici. Item vlterius illud indubitati iuris eſſe dignoſcitur,teſtes in facto ſi proprio,& ſingulares, regulariter nō probare,qđ quidem in crimine vſurarum minimè procedere ſcias, cum in eo tres teſtes ſingulares,& in facto proprio, deponentes conuincāt quem de vſura,ut eſt decīſum in regno per c.incip. Ludouicus & Ioanna & arguit Federi. de Sen.in conſil.117.& Barto.in l.omnes populi.ff.de iuſti.& iur.uerſ.ſed nunquid ſtatutum inualidam. & Alex. in conſ. 59. in primo vol.& conſ 38.in 4 lib.num. 19.an potuerit rex diſponere de modo probandi contractum vſurarium cum ad ipſum nō ſpectat.ſed ad hoc,ut procedat decīſio.tex. requiritur, quòd p.æced.t fama publica probata per alios teſtes,& cum omnib.requiſitis ſuis,ut decet,de quo ſupra dixi.requiritur et articulari & probari, teſtes eſſe fide dignos.ſecundum Affli. in conſtit ſi iudex fraudulenter.§. corruptelæ.nu. 5 ince:p.an autem.& Fel. in c. cum Ioannes eremita.extra de fide inſtrumen. 24.colu. uerſ.44.in fin.unum adde,quòd non videtur, quòd ſit ſpāle in hoc crimine, ut admittātur iſtis teſtes ſingulares, poſtquam lex requirit, ꝙ ſint fide digni:nam licet teſtes ſingulares non probent,attamen iuſta cauſa,vtputa,nobilitas,& magna integritas ipſorum,teſtium,poterit mouere iudicē nō obſtāte eorū ſingularitate,ad iudicandum ſecundum eos ſecundum Pau. de Caſt.in l.admonendi.ff.de iur.iuran. & in l.Lucius.in recollectis Florētinis.ff.de his qui notā.infam.refert & ſequitur Mar. in l.1.§.ſi quis ultro. ff. de quæſtion. ſed dic, quòd ſpeciale eſt,quia iſti tres teſtes depo nunt in facto proprio,& ſunt ſingulares, ſed uidetur, quod ante iſtud ca.fit hoc inductum,quòd ad probandum,quem vſurarium ſufficiunt teſtes ſingulares,ut firmat Afflict.in conſtit.vſurariorum. nu.17.ſed dic,ꝙ ſufficiūt ad probandum infamiam, ſed non ad condemnationē, ut hic decidi tur.& ſentit ibi Affli.& ad intellectū iſtius c.uidi Bal.in conſi.10.in 3.lib. attende in ſuper diligēter lector,ut tales teſtes facias renuntiare proprio cōmodo,idest repetitioni uſurarum,aliàs non probarent ſecūdum Bal.in l.dictantib. circa med. in uerſ. item facit ad aliam.q.C.de teſta.& ita ſem per practicaui.Vide Crauc.conſ 6.nu.102. & conſ.73 num.32.primo lib.& Bal con-

53 ſil 465.quarta parte Item in crimine uſurarum ex officio procedi conſtitutū fuit per regiam prag.incip. magnifico viro Berardo Sctiuerio.editam per regē Ferdinandum,quod quidem contra vſurarios mani feſtos interpretatū & ſtatutū fuit procedere,at ſecus cōtra nō manifeſtos,ut habetur in regia prag.inuictiſſimi Caro.v.inci. vſurarū.per quā caſſatur,ſupra dicta prag.

54 Item quos dubitatur, an contractus ſit uſurarius,an nō,iudex ſecularis et iudex competen.hoc eſt,quod uoluit conſtit. in

55 cip.ſtatuimus. Sed dubium erit nunquid accuſatore deſiſtente in crimine vſurarū, poſſit iudex procedere ex officio. Afflic.in d.conſtit.uſurariorum. in vlt. col. mouet difficultatem,& tandem dicit,quòd ſic refert q;

fei q d fuiſſe de intentione And. de Iſer. in u. conſt. argu. l. 3. C. de aboli. & ibi dicit ſi: mau d per Bald. poſt Cynum, ſed ſalua pace tanti viri, omnino contrarium dicit ibi And. quòd uidelicet ſi ante ſententiam deſiſtat accuſator, non poſſit ex officio ꝓcedi: fallit quãdo conſtat, per fraudem partem deſtitiſſe, & cõtra opinionem Afflict. facit, quòd tranſactio permiſſa ſit, ubi venit imponenda pœna omnium bonorũ ſecundum Moder. Peru. in l. tranſigere. C. de tranſa. & ibi Lancello. Dec. col. penult. & ſecundum Bart. ibidem col. 2. in quibus vero criminibus eſt pmiſſa tranſactio, iudex parte deſiſtente cognoſcere non pôt ergo &c. & quòd ſit licita tranſactio, vide Alex. in conſi. 91. 2. col. 2. lib. aliàs pro opinione Afflict. inducebam ritum magnæ curiæ uicariç incip. item quòd procurator curiç ubi habetur quòd cauſam vſurarum perſequi poteſt procurator curiç & inducebã alium ritum ſequentem qui incipit, item quòd in huiuſmodi cauſa, & ita pluries ſeruaui: ſed ad maiorem cautelam, quãdo recipiebam querelam, faciebam, ut querelans daret mihi licentiam procedendi ſe abſente, & non citato, & deſiſtente, quo caſu poteſt ex officio procedi. ſecundum Afflict. in conſti. grandis. penult. col. & ita refert eſſe de conſuetudine Italiç. Adde qđ in ſacro regio conſil. fuit determinatum quòd in quacunq; parte iudicij deſtiterit accuſator vſurariæ prauitatis poſſit fiſcus proſequi. et hoc in cauſa Stephani Spatani pictoris ſub die 23. Septembris anno 1533. Antonellus Falangonus ſecretarius.

Vnde ui.

56 Vim ui repellere cũ moderamine inculpatę tutelę incontinenti ubique licere, iura communia cõſtituerunt. l. ut uim. ff. de iuſt & iur. l. ſcientiam. §. qui cum aliter. ff. ad l. Aquil. l. 1. C. unde ui cum concord. ꝙ approbauit cõſtit. regni incipiẽ. pacis cultum. ibiq; declarat, quale debeat eſſe iſtud

57 moderamẽ inculpatę tutelę. Vnum tamẽ adnotandum hic eſſe putaui, quòd moderamen inculpatę tutelę non conſideratur, ſi [illegible] te, & accenſus furore iracundiæ [illegible] ex[illegible] modum in defendẽdo, nã tunc nõ imputaretur exceſſus, quia in hoc caſu non poteſt quis uti moderatio ne: quia primi motus nõ ſunt in poteſtate noſtra. & ſic patet, ꝙ in rixa non poteſt cõſiderari dictũ moderamen. ita ſingulariter dicit Afflic. in cõſtit. aſperitatem. in 7. not ſubdit tamen totum reſidere iu pectore iudicijs, & pro certo eſt uerbum aureum &

58 aliàs pract. caui Salerni. Illud inſuper nõ omitto, qđ defenſionis metam, & modũ excedens ex propoſito & deliberatè, non punitur pro toto, ſed pro exceſſu tantùm. ſecundum Bal. in l. ut vim. circa ulti. col. ff. de iuſt. & iure. & ſequit Pet. de Ancha. in clem. 1. de homi. ubi dicit, ꝙ licet gl. in ca. ſignificaſti. el 2. & gl. 24. q. 1. in ſumma teneat, quòd ſi quis ſe defendendo exceſſit modum non ex propoſito, non punitur de tali exceſſu, tamen ſecundum Petr. de Ancha. ſi ex propoſito exceſſerit modũ, & ſic doloſè, punietur, non tamen pro toto, ſed pro exceſſu, & Alex. ſequitur & refert in conſ. 140. alias 283 in 2. lib. in vlt. col. & alleg. t hoc uoluiſſe Saly. in l. Gracchus. in vlt. colu. de adulte. & Pet. Philip. Corn. conſil. 204. incipien. pro deciſione. in fin. 1. lib. & nouiſſimè per Marſ. in ſua praxi. § quoniam. nu. 92. & in l. 1. nu. 40. ff. ad l. Cor. de ſicar.

De crimine læſæ maieſtatis.

59 Guerrã in regno mouentes publicatione omnium bonorũ, & ultimo ſupplicio plectẽdos fore, ſtatuit cõſtit. regni inc p. comes & baro. quod quidem ſecũdum gl. ib eſt conforme cum iure communi, ut l. 1. C. de ſedi ſed ibi Afflict non placuit in commento dictæ conſtitu. uerſus finem quia leges allegatæ per glo. ſolum dicunt de pœna mortis, & non de pœna publicationis bonorum, nec loquũtur de mouentibus guerram. & concordat dicta conſtitut. cum c. r. gis Caroli primi incip. dum rçgię

60 conſiderationis. In crimine læſę maieſtatis non debet dari copia reo inquiſito abſque conſultatione regia, & tunc debet per inquirentem referri de conditione deferẽtis atque delati, de nomine & fama ipſius criminis, de qualitate teſtiũ atque numero, de depoſitionibus ipſorum & fama eorundem, & in hoc crimine exprimendum eſt nomẽ uelatoris, & omnes ſolennitates

ſunt

ſunt ſeruandæ, quæ de iure in delationib. ſeruari debent, præterquam quando agitur crimine iſto directe commiſſo contra principem uel niſi iuſta, & probabilis per eum, apud quem facta eſt delatio, uidebitur cauſa timoris, propter quam in publicum delator prodere formidet, & interim iudex inquirens animo circunſpecto agere dēt, ut conſideret quis ſit zelus delatoris aut cauſa, quæ ipſum ad delationem inducat, & qualitates teſtium, ut uoluit conſti tu. hi qui per inquiſitiones. & dixi ſupra in uerbo itē crimē læſæ maieſtatis cōmiſit.

6. Item inculpatus de crimine iſto nō liberatur fideiuſſoribus, ut hr̄ in conſ. humanitate. & dixi ſupra: & alia, quæ in hoc crimine ſpecialiter ſunt ſtatuta de iure regni, dixi ſupra. & ſic non repeto. uerum quia proximis diebus habui quendam caſum in facto in hoc crimine, & in eo allegaui, ideo ſubdam dictas allegationes, quia credo fore vtiles, & ſunt hæ uidelicet.

62 Poſito, ꝙ quia a principis hoſtib. literas recepperit, quibus proditiones, tractatus, & alia quæ uis obſtantia regiæ maieſtati, aut eius ſecuritati, cōtineri copertū fuerit nunquid in crimen læſæ maieſtatis incurrere uideatur? & nō arguendo ad partes, ut fieri adſolet dico indubitanter eſſe concludendum ꝙ non. & primo arg. eorū quæ no. per Marti. Lauden. in trac. de cri. læſæ maieſtatis §. 2. vbi uoluit, quòd mittens nuntium uel literas rebellibus & hoſtibus Cæſareæ maieſtatis, ita demum crimine ipſo obſtringitur, ſi eo reſpectu miſerit ut directe offeretur regia maieſtas: uerbi, gratia, ut hoſtes occuparent ciuitatem, uel dominiū illius, uel aliud machinari poſſent, non alias, à quo nō diſſenſit. Lu. Ro. in conſi. 365. in finali. & ſequitur Cœpol. in conſi. 13. colum. 7. in princip. & Oldra. in conſi. 43. in q. & Boer. in tracta. de ſedi. in 6. præmiſſo, numero 15. ſic igit & a fortiori dicendum erit in caſu, de quo agitur, ſi literæ prædictorum haud quicquam continere uidentur. Secundo prædictis ad ſtipulatur, id quod ſcriptum reliquit Bal. noſter. in l. fi. C. de priua. car. quē ſequutus fuit conſulendo Albe. Bru in cō ſi. 69. colum 2. circa medium. & And. de Iſer. in titu. quę ſint regalia, in uerbo, bona committentium crimen læſæ maieſtatis nona colum. uerſic. aduertendum eſt. & Aymo. Craue. in conſi. 6. nu. 79 cum ſeq ꝙ tunc ſolum committitur crimen læſæ maieſtatis qñ directe & principaliter aliquid ſit, ut offendatur regiæ maieſtati alias ſi aliquid ſit, non ut principaliter & directe offendatur regiæ maieſtati, licet ſecundario & per quandam conſequentiam, quod ex eo quòd ſit ſequatur offenſio in regiam maieſtatem, non tamen committitur dictum crimen in caſu uero propoſito non uideo in quo poſſet dici, quod fuit offenſa regia maieſtas, ſiue directe ſiue ſecundario, ergo nullo modo dici pōt dictum

64 crimē fore commiſſum. † Tertio & illud prædictis concinit, quòd ad hoc, ut dictū crimen commitatur, neceſſe eſt, quòd pręcedat dolus, ut eſt tex in l. 1. § dolo malo. ff. ad leg. Iul. maie. illud enim tantum dicitur crimen, quod committitur, l. 1. ff. de ſica. voluit Lu. Pen. in l. quod relictis in 3. colu de deſertō. libro, 12. hic autem nullus poteſt conſiderari dolus in recipiendo literas rebellium, præſuppoſito, quòd

65 prædicta non contineāt. † Quarto confirmatur per ea, quæ in fortioribus terminis dixit Marti. Lauden. in c. 1. §. item fidelis. quibus mo. feu. amit. & ſequitur la. in quęſtione feu. in 16. q. & nouiſſime Gramma. in deciſio. 18. quòd ſi quis contrahit amicitiam cum hoſtibus & non in perniciē domini, & ad eos acceſſerit, citra tamen armorum vſum & opem, non poteſt dici incurriſſe in crimen læſæ maieſtatis & rebellionis, quanto magis prædicta procedunt ſi ſolummodo ſimplices literas rebellium quis receperit, non in perniciem & dam-

66 num domini regis. † Quinto non à longe diſtat id, quod ſcribitur in l. ſi uehenda. §. 1. uerſi. Paul. ff. ad leg. Rho. de ia. l. & in totū. ff. de impenſ. l. is qui. ff. de ac. & obl. leg. ſi alius § eſt & alia, ff. quod ui. aut clam. Bart. in l. ſi ut certo. §. nunc uidendum, ff. commo. quòd non poteſt culpa imputari loquentibus uel aliud facientibus contra prohibitionem, legis uel officialis, qñ ex tali loquutione ſeu facto fiſcus non læderetur, uel reſpublica q̃ iura ad hoc propoſitum citat Paul. Caſtren. in conſi. 236. viſis & conſideratis omnibus ſuperius enaratis. 1. colu. ante medium. libro 1. inhibitio enim quæ fit a iure de non ſcribendo rebelli

bellibus. ſeu de nouo habẽdo commerciũ & amicitiã, ſi ea ob cauſam, ne aliquid triſte quis machinetur contra principem & eius ſecuritatem ſecundum Bal. in conſil. 159. ſuper eo, quòd quæritur colum. 3. lib. 3. per l. ſi quis ita. ff. de teſt. tut. & probatur totum titulum, ff. & C. ad l. Iul. maieſt. unde quoties id non ſit, ceſſat illa ratio inhibitionis, & per conſequens ceſſat omnis pœna pro quo ad ſaturitatem conferunt, ea quæ ſcribit Aymo Crauc. in cõſil. 3 per totum diem conſulit prohibitionem de non loquendo cum carceratis, nõ extendi ad eum, qui uerba conſolatoria dixerit. ſed diligenter perpetuoſo facto caſus noſtri, ſumus extra omnem dubitationem cum inquiſitus nullas habuit literas rebellium. nec in poſſe alterius uidit, ſed uidit literas tantum fidelium, in quibus cõtinebantur aliqua noua bellorum, quæ erant notoria, & partim erant in fauorem Cæſa. maieſtatis, & partim contra, nec in eis aliquod ſecretum continebatur, quòd quidẽ debuiſſet reuelari per tex. l. quiſqs. § id quod de prædictis. cum ſimilibus. C. ad l. Iul. maie. cum ſimilibus. & iuxta nota per Bar. in l. ſi verũ. ff. de par. & habetur in c. 1. de for ſi. & Anchar. in conſil. 277. ex prędicta facti narratione colum. 1 ad fin. ver. ſi. item dicit ibi tex. quòd conſ. eſt repetitum in conſi. 419 de quo per Roma. ſingu. 394 nunquid ꝙ Soc. conſi. 21. columna 1. libro 1. id enim procederet, quando foret aliqua conſpiratio uel tractatus, qui fieret contra principem. nam id debet reuelari. alias non reuelans eadem pœna ferietur, ut ibi. ſed cum fuerunt literæ continentes ea, q̃ ubiq; erãt nota & publica, & nullius momenti, non debebant reuelari, ac veri ſimilib. erit, quòd nullus dolus & machinatio poterit conſiderari, poſtquã p̃ſupponetur prætenſas literas in platea publi-

67 ca, & corã pluribus, fuiſſe lectas. † In his enim, quæ palam fiunt aut in publico, ceſſat omnis mala ſuſpitio. l. nõ exiſtimo. ff. de adminiſtra. tuto l. ita fidei. ff de iure. fiſci. l. cum ipſe. C. de contrahend. empt. & quod in pulchro caſu conſuluit Bal. in cõſil 487 ſuper primo puncto, libro 4. ubi ꝙ accipiens pecuniam alienam palam & bona fide, non animo occultandi, non incidit in crimen furti. tradit idem Bald. in conſil. 347. Titius geſſit libr. 4. Caſtren. ĩ conſi. 185. u. ſis & ponderatis omnibus ſupraſcriptis. colum. 1. Alexand. conſili 31. ad fin. lib. 7. & ad corroborationem oĩum prædictorum faciunt optime, e. q̃ in pulchro caſu conſulit Aymo. Craue. in conſi. 6 in lib. dum uoluit, quòd licet qui miſerit pecuniam hoſtibus regis, non committit crimen læſæ maieſtatis, niſi miſiſſet in perniciem principis aut reipublicæ, non ſi miſiſſet ex cauſa præcedentis obligatio-

68 nis. † Pro quo etiam illud facit, quòd in fortioribus terminis dixit conſulendo Aymo Crauett. in conſi 224. in 2. parte quod licet quis cauſaliter interueniat in coniuratione contra principem, & uideatur cõſentire, non puniatur pœna capitali, dicit ſemper prudentis iudicis eſſe, accuratè inſpicere qualitatem perſonæ inquiſitæ, an aliquid fecerit uel potuerit facere. & an ꝑ laſciuiam & ex lubrico linguæ quid dixerit feceritve, pro quo uerba tex. in l famoſi literis aureis ſcribenda ſunt, ff. ad legẽ

69 Iul. ma. †. Nec dicatur crimen læſæ maieſtatis, uel aliud quidpiam extraordinariã pœnam importans, ex eo, quòd dicatur, quòd cum magna lætitia & alacri uultu, legabat & indicabat bellorum noua, qua uidelicet & gaudens de proſperis hoſtium triſtans de fęlicitate regiæ maieſtatis, quia & dato, ꝙ uerbis hoc declaraſſet, non uideretur ſonare ad aliquã iniuriã uel maledictionẽ, ſed eſſent potius demonſtrationes gaudij de aliena infelicitate & ſic ꝑtinerent ad vitiũ illud inuidiæ, q̃ dupliciter cõſideratur, uel contriſtando de cõmodo alieno, uel gaudendo de incommodo. quod uitium licet capitale ſit reſpectu aĩę ſi in eo quis doloſe perſeuerat, tñ quò ad pœnam temporalem, non eſt dicendum idem eſſe. nam licet in manu, & poteſtate ſuperioris ſit, ut a ſubditis timeatur metu pœnarum, nõ æque tamẽ in facultate eſt, ab omnibus ut amet: iam deus ipſe ab inuitis amari non vult, ſed milites ſibi volũtarios eligit. cap. non eſt 25. q. 1. hæc enim ſunt uerba formalia Aymo. Cra. in propoſito caſu conſulentis, in d. conſ. 6. nu. 125. Aduerte quòd in hoc dicit Nicol. Bell. in conſi 31. quòd nulla eſt determinata pœna, ſed eſt aduertendus rex, & ad eum dẽt

70 carceratus remitti. † Imo licet tex. l. quiſquis

quis. C. ad leg. Iul. maieſta. inuere uideatur rectè non intuenti, quòd cogitationis pœnam quis patitur in hoc crimine: d ta men receptum eſt procedere, quãdo ad ali quem actũ proceſſum foret. at ſecus, ſi in meris finibus cogitationibus ſteterit, ut elegãter tradit Accur. ĩ d. loco, & ſequunt ibi omnes ſcribentes. & Bal. in c. niſi. 24. in 4. li. & Bonifa. in tra. de crim. in tit. de ſedi. uerſi. ut dixi perueniendo ad actum. & habetur per Boer. in trac. de ſedi. 7. præmiſſo. nu. 41. & hoc voluit Batto. ſi rectè inſpiciatur, in extra, qui ſint rebe. in uerbo, machinantur, & latiſſimè ea pulchrè declarat id And. de Iſer. in c. 1. § ſi voluerit. de c. qui cur. uen. ubi ſingulariter dicit, quòd in diſtinctè non punitur pœna aliqua cogitatio: & pari modo, ſi ipſa cogitatio ſit uerbis expreſſa. quia uerbum eſt ipſa cogitatio. & vox ſonus, & index cogitationis: ci tat. Auguſtinum in tit. de percuſſore non .n. poſſet ſciri, quòd quis cogitauerit, niſi quia ipſe dixit, cum Deus ſit ſcrutator cordium. ſic dicit probari turpem cogitationem, quia ipſe hoc dixit. ff. ex qui. cau. in
71 po. ca. l. Fulcinius. Ex quo ipſe infert, ꝙ licet quis dixerit ſe uelle occidere regem, ſi aliud nõ fecit, nec loborauit, ut faceret, non ex hoc punitur, niſi hoc dixiſſet cum pluribus faciendo coniurationem, & adhi
72 bendo ſocios. Minimè etiam dicatur, tale commiſſum eſſe delictum, ut pœna extraordinaria habeat locum, ex eo, quòd dicatur, quòd audiuit inquiſitus dici a quodam, quòd in aduentum hoſtium Cęſ. maieſtatis vellet impetrare officiũ magiſtri equitatus, & quòd hoc affectabat, & non reuelari, quia ad id facilis eſt reſponſio. nã dato, quòd hoc ſit uerũ, nihilominus nullam pœnã ex hoc meretur, ut in terminis determinauit Iſer. in dicto c. primo. ſecunda colu. ubi dicit, quòd ſi vnus ſolus dixiſſet, ꝙ uellet accedere ad hoſtes, & non acceſſerit, nullam pęnam pati debet. ergo quãto magis in caſu propoſito, in quo nõ eſt dictum, ſe velle accedere ad hoſtes, ſed in aduẽtum hoſtium vellet impetrare officium, hoc enim nõ ſonat in delictum, hoſtes enim poſſunt uenire cum gratia Cæſ. maieſt. & hęc coniectura ſumi debet. l. ma
73 rito. ff. pro ſoc. Præterea tunc demum nõ reuelans punitur ex ſola ſcientia, quando ſcit tractatum & coniurationem factũ de interficiendo principem, uel de perditione alicuius ciuitatis, terrę, uel caſtri, & nõ reuelat, ut dicta l. quiſquis. C. ad Iul. maieſtat. & ita in iſto caſu debet intelligi ille tex. ut dicunt omnes docto. ſecundum Ange. de Are. in lib. malefic. in uerbo, che hai tradita la tua patria. & Mar. in ſingul. 164. & in l. vtrum. ff. de partic. & expreſſe
74 text. hoc dicit, ibi. initæ factionis. Præterea dato, quòd fuiſſet tractatum, nihilominus non reuelans, non punitur, ex quo non poterat id probare ut plenè per Ang. de Are. in d. ſuo tra. in d. uerbo, che hai tra
75 dita la tua patria. Nec etiam obſtare uidebitur, quòd inquiſitus ipſe ſcripſerat no ua mala, & non bona. quia ex hoc nullum delictum oriri poteſt, quando id dolo ma lo actum non fuit, uel ex eo nullũ præiudicium ortum fuit regiæ maieſtati, ut eſt tex. in indiuiduo. & ibi not. Alexan. in l. 1. ff. de eo per quem factum er. quo quis in iu. ſi. hic autem nullum præiudicium ortũ fuit, ergo, &c. & tanto magis omnia corruunt, quantò verius ſit, quòd erat & eſt inimicitia capitalis inter hoſtes Cæſ. Maieſtatis, & hunc inquiſitum, quo caſu omnia ceſſant & ita ſentio iuris eſſe, ego Petrus Folletius.

De prohibita deportatione armorum.

76 De iure etiam communi armorum delatio ꝓhibita reperitur. l. 1. ff. de u pu blica. licet quibuſdam nobilibus permittatur l. ſi. C. de præ. ſac. cu. tamẽ de iure regni noua pœna deferentes arma plectuntur, quæ non erat de iure communi: nam ſi comes fuerit delator, quinque vncias perſoluet, ſi Baro, quatuor, ſi miles ſimplex, tres, ſi burgenſis, duas, ſi ruſticus vnã: & nõ potẽs talem perſoluere pœnam, duplicis ad tempus operibus deputabitur, ut dicta conſtit. regni. intentionis noſtræ, quod confirmatũ fuit per c. regni incip. vt inter ſubie
77 ctos noſtros. Et plus additur ibi, quòd habentes poteſtatem deferendi arma, non poſſunt deferre in propria patria, etiam ſi fuerint domeſtici, commenſales aut familiares regis, & cõtra facientes vltra pœnam prædictam, puniuntur de præſumpto
78 temeritatis exceſſu. Et ex hoc quidam

aliàs

aliàs dicebāt, quòd licet pœna ſit pecuniaria ꝓ delatione armorum, tamē quia per capitulum regni datur poteſtas puniendi nedum pecuniariter, ſecundum formā cōſti.regni,ſed vlterius poteſt puniri de præſumpto temeritatis exceſſu ſecūdum tenorem d. c.ut inter ſubiectos quòd nō habet locum oblatio fideiuſſorum, ſecundū for
79 mam traditam per conſt.humanitate. Cuius contrarium ego teneo, quia vbi certa pœna nō eſt determinatè poſita in ſtatuto illa eſt arbitraria ſeu extraordinaria.l.1.§. expilatores.& ibi Bart. ff.de effra.& expi. .ſanctio.de pœn. quę non debet excedere relegationem.d § expilatores. ſed in regno non proceditur ad torturam, niſi vbi venit imponenda pœna ultra relegationē per ca. tormenta, & ubi non habet locum tortura,non habet locum carceratio,ut ſępius dixi, ergo oblata fideiuſſoria cautione proarmorum delatione, quis liberari
80 debet. Caſtellani autem eorumq; ſeruitores, poſſunt extra caſtrū deferre arma,donec fuerint in aliquo ſeruitio curiæ,& nō aliter,ut in conſti.regni.incip. caſtellanis.
81 concordat c.inci. caſtellanos & non ſolū dicta pœna plectuntur pro portatione armorum illi, qui ſunt de regno, ſed ēt illi qui ſunt extranei, quando regnum intrauerint,ut habet' in conſti.incip.homines.
82 Et ſimili pœna plectuntur portantes cultellos feriiorios, eos videlicet qui ad aliū effectum,quàm ad offendendum non portantur per c.regni inc plectantur.

De extrahentibus contra aliquem arma.

83 Si quis animō occidendi aliqnem,extraxerit arma, licet mors non ſequatur, pęna, quę contra ueros homicidas deberet imponi.eo caſu de iure communi imponebatur.l.1.§.d uus.ff.de ſicar.hodie autem in regno. humanitate conſti. regni incip. aſperitatem. hoc innouatum eſt, ut ſi nec vulnus,nec mors ſequatur, ſed ſola extractio armorum facta fuerit,licet animo occidēdi, pœna duplicata portationis armorum locum habeat,ut ibi.

De vulnerantibus aliquem.

84 Et ſi vulnus, & non mortis periculum, quis paſſu fuerit, pœna manus, qua percuſſit,percutienti imponi debet, ut habe-
85 tur in conſti.regni ſi quis aliquem. Et eſt notādum ad practicam, quod in articulis & querela poni debet, qua manu facta ſit percuſſio. iuxta practicā traditā per Luc. Pen.in l.pen. C.de ero. mi. anno. libr. 12.
86 quod eſt notandum. Eſt tamen bene uerū quòd ſi percutiens eſt homo bonę uitę,cōditionis,& famę,& non eſt ſequuta mutilatio membri, poteſt pœna commutari in pecuniariam.per c.regni inc.p.ad peruerſorum refrenandam audaciam & eſt notādum pro intellectu illius c.ad peruerſorū quod licet ibi dicatur, ſi iudici videbit'. & ſic uideatur arbitrariū,an admittatur commutatio pœna,an non,tamen dico, quòd de neceſſitate tenetur id iudex facere.quia verbum,uidetur,importat arbitrium boni uiri.ſecundum Dec. in conſil.13.ulti. col. lib.3.& Aret.in conſil.64 pri.lib. adeo, ut ſi non faciat, quod conuenit bono uiro', poſſit appellari. quia videtur grauare partem.Felin.in c.exceptiones. 2. col. ueiſic. quòd intellige.de exce. & quādo aliquid committitur, uidetur committi æquitas. Bal.in l.ædem.C.loca. 3. colum. & bonus uir dicitur,qui in cauſa aliena,facit,qd in ſua facere,& fieri vellet,ſecundum Bal. in l.1.C.de ſolu.imò Rex in proœ. d. cap. reſpuit aſperitatem,rigorem & atrocitatem ibi.eò, quia pariter bonos & malos puniebat. ideo in homine bonæ famæ æquitas ſeruari debet. & ſic tenetur ipſum admittere ad pœnam pecuniariā, imò poſſet dici ꝙ ex quo rex prius decidit, caſum in homine nō malæ conditionis & famæ ibi admittatur in compoſitionem, illa uerba. ſi iudici viſum fuerit, referuntur ad pręcedētia,ſcilicet non malę conditionis & famę hoc eſt dicere,ſi iudici uiſum fuerit, quòd non ſit malę conditionis & famę,admittatur,& intelligēdo,ut ſupra dixi, quòd tenetur admittere, cum ſit ſuo arbitrio cōmiſſum,teneatur facere.quòd uiro bono conuenit,ut tenet Abb. in c. 1. nu.7.de dila. vbi dicit, quòd ſi non facit,quod bonus vir faceret,poteſt appellari,& iudex ad quem debet arbitrari.ſecūdum Dec. in l ſi fugitiui.5.col.C. de ſer.fug. & in arbitrarijs iudex dēt inclinare in mitiorem partem ꝓ reo,ſecundum Alexan.in conſi.5. lib.1.in fin.&

ſi.& conſi. 111.pen col.eo. lib.intellige tamen ſecundum. Afflict. quòd pcedat partis remiſſio,& ſi nõ præcedit partis remiſſio,poteſt iudex per ſententiam cõdennare ad pœnam pecuniariã, ut ibi dicit Af-
87 flict.† Et ſi vulnus factum ſit ronca,accepta mãnaria,uel cultello ſeritorio,eadem pœna habeat locum, ac ſi eſſe factum eſſer,ut per capit.regni incip.qui cum ronca ferrea.

De homicidis.

88 † Homicidæ iure antiquo & cõmuni interdũ ad mortem, interdum ad deportatiõnẽ puniebantur.l.3.§ pe.ff de ſicar.hodie uero indifferenter ad mortẽ naturalẽ condemnãtur, ut habetur in conſti.termi nũ uitæ.exceptis aliquibus caſibus, ut in eo,qui occidit ad neceſſariã deſenſionem uel furem nocturnum cum clamore, quẽ comprehendere non poteſt. infantes ẽt, & furioſi minimè comprehenduntur, in quibus exceptis caſibus conſt. illa ius cõ-
89 mune continere cõſtat, ut ibi dicit gl.Et ſi quis de alto ſe præcipitauerit, aliuque occiderit, pœna capitali plectetur, ut in cõſt.qui de alto.ſed per conſti.pœnã præcedẽn i eſt hoc correctum, & ſtatutũ eſt; quòd ſi hoc eſt factum in loco habitabili per annum carcer bus mancipari debet, ſi uero in campeſtribus contigerit, ipſo iurãte,quòd tranſeuntẽ non uiderit,quãdo ſe præcipitem dedit,uel ramũ piecit, abſoluitur.etſi ex prædictis percuſſus minimè moriatur, omnes medicorũ & aliæ impenſæ debent refici.& ſumitur illa conſtitu.ex l.ſi putator. ff.ad legem Aquil.

De defenſis.

90 † Non valentes ppter aduerſariorum potentiã ſeipſos defendere,ſub inuocatione nominis domini regis requirere eos, qui offendere cupiũt,ut non audent eos in rebus uel perſonis eorum uel ſuorũ offendere, poſſunt. & hoc etiam poſſunt facere uaſſalli aduerſus ſuos dominos, et pcos offendi timẽt,qui domini ſi ſpreta defenſa in rebus eos ſic inuocãtes offendetint, reſtitutis rebus, quas acceperint, tantundem fiſco perſoluant. & ſi uaſalli iniuſtè defenſam impoſuerint, tunc perdent. Id quod petebant, & aliud tantundem fiſco perſoluere debent,& p iſtis defenſis a uaſallis dominis factis ſup mirabilibus, ciuiliter & nõ criminaliter agitur. & erunt iudices cõpetentes iuſtitiarij regionum, & ſi uaſſallus unius domini contra alium uaſallũ alterius,domini defenſã impoſuerit,de pœna:quæ habetur regiæ curiæ,dominus illorũ habebit illam partẽ,quã haberet pro illo delicto ſi nõ eſſet impoſita defenſa & reliquum erit regiæ curiæ ſi uero ſpreta defenſa p dominos in perſonam uaſſalorum uiolentiam inferatur, ius cõmune ſeruabitur inter eos, ut dictas cõſt. regni. iuriſgentium. & non ſolum priuati talẽ deſenſam imponere poſſunt,ſed ẽt officiales,cũ uiderint aliquam rixam præparari. & de ſpreta defenſa erit iudex competens iuſtitiarius regionem, & hoc uoluit conſt.fidelium noſtrorũ, & ſi quis cõuictus fuerit per tres teſtes fide dignos, quòd ſpreuerit defenſam, ſi uiolentia fuerit cum armis cõmiſſa, punitur in tertia parte omnium ſuorum bonorum, ſi uero ſine armis in quarta parte omnium bonorum & non poteſt probare negatiuam coarctatã loco & tempore aduerſus tres teſtes omni exceptione maiores,probantes ſpretã defenſam, bene tamẽ perſonæ illorum teſtium poſſunt reprobari in termino reprobatorio,& accuſatus de ſpreta defenſa poterit opponere,quod alias de hoc fuit accuſatus & abſolutus, & ſic obſtabit exceptio rei iudicatæ.põt etiã facere alias defenſiones,ut de his omnibus habetur in cõſt.ſi quis in poſterum. & ſi iniuſta fuerit defenſa, & ob id nõ fuerit ei obtemperatum,nõ punitur contemptor,nec imponens,ſed ſi fuerit ei obtemperatũ, licet eſſet iniuſta, punitur imponẽs ad eã pœnã qua puniretur contemptor, ſi iuſta foret, ut habetur in conſtit. defenſas. & omnes, dictæ conſt.continent ius nouum.

De raptu & violentia monialibus illata.

91 † De iure communi raptores uirginũ honeſtarumque mulierum,& monialiũ pœna mortis puniebantur. l. raptores. C. de epiſ.& cler.& l.1.C.de rap.uirg.quod quidem

dem per ius regni approbatur, ut in cõſt. ſi quis taperc. & conſt capitalem pœnam.

De violentia meretricibus illata.

91 † Licet de iure communi ſit impunibilis uiolentia meretricibus illata. l. uerum. in fi. ff. de fur. l. itẽ apud Labeonem. § ſi quis uirgines ff. de iniur. tamen iure regni ultimo ſupplicio talia perpetrantes plectuntur, dummodo ſint conuicti & confeſſi, & meretrices intra octo dies clamorem emiſerint de ipſa uiolentia. aliàs eis non uidetur illata, niſi probetur quod p illos octo dies fuerunt detentæ, ut habetur in conſti. omnes uoſtri.

De probationibus.

93 † Olim aſſerentibus mulieribus ſibi eſſe uiolentiam illatã, ſi nõ erãt probationes de dicta uiolẽtia, poterat ind ci duellum, quod quidem per cõſtitutio. in quæſtionibus uiolentiarum remouetur & in hoc cõcordat. l. negantes C. de actio & obligatio. & datur modus probandi dictã uiolẽtiam per d ctam conſtitutionem, ut probetur uel per confeſſionem uiolenti, uel per teſtes de uiſu. ſed ſi hæ probationes nõ fuerint, ſed ſunt tantum indicia, uerbi gratia, quòd probatur, quod mulier, uel alius pro ea nũtiauit illi, qui dicit intuliſſe uiolentiam, tribus uicibus, quod abſtineat & deſiſtat a ſignis & actis tentantib. eius pudicitiã, uel fuerit facta fides, quòd mulier acclamauerit uociferando auxilium, quã do aſſeritur, quod fuit ei uis illata uel fuerit facta fides, quod ille, qui dicitur uim intuliſſe fuit inuentus in domo mulieris, uel uiſus fuit fugere ab ea, uel prope eius domum, uel fuit uiſus colluctari cum ea, uel alia indicia pbẽtur, ſecũdũ terminos conſtit. prædictę: tunc uerò iudex compilato proceſſu, debet regem cõſulrare, & in terim non poteſt abſoluere, nec condẽnare, & aliàs in ciuitate Salerni tẽpore aſſeſſoratus magnifici Laurentij de Licto optimi doctoris, & etiam quando ego erã auditor, euenit de facto talis caſus, & dictus Magnificus Laurentius uoluit conſultare magnam curiam uicariã, & omnes iudices dictæ magnę curię mirabantur, dicentes, quod receſſit ab aula illa conſtitutio, quod ad talem conſultationẽ, ſi modò cõſuetudo cõtra cõſtitutiones allegari licet & per dictam conſt. corrigitur auth. ſi quis ei. C. de adulter. ubi poſt tres denunciationes tradebatur denũciatus iudici puniendus.

94 † Terminus autem ad probandum debet eſſe condecens iuxta materiã cauſæ & locorum diſtãtiã, & niſi intra terminũ ſaltem ſint examinati duo teſtes, de cætero non recipientur, ut dictat ritus magnæ curiæ uicariæ, incipiens. In primis detur terminus. qui loquitur in ciuili & criminali, ſed non ſeruatur, quia datur etiã terminus ad uberius ſe defendendũ, & ſemper recipiuntur teſtes. ſecundum practicam per me ſupra traditam, in uerbo, detur terminus.

De teſtibus.

95 † Et audientia teſtium non committitur in criminalibus, niſi teſtes adeò ſenes & ualetudinarij ſint, ut ſine ſuo periculo in curia pſentare ſe nequeant, quod caſu audientia committitur, & poſt cõmiſſionẽ non auditur pars aduerſa, ſi uoluit probare, quod teſtes ad curiam uenire poterãt, & ſi examinator fuerit negligens, cum teſtes uenire nequiuerint, punietur, ut habetur in conſtit. incip. in pecuniarijs.

96 † Item ſi teſtibus citatis & condemnatis (quia fortè ad examinandum ad inſtãtiã accuſatoris uel fiſci noluerint uenire) nõ ex hoc debet retardari expeditio cauſæ inquiſiti, ſed debet ad ulteriora procedi ad liberationem uel condemnationem, ut dictat ritus magnæ curię uicarię incip. item ſeruat ipſa curia, quod citatis teſtibus, qđ eſt notãdum ad practicã hodiernam, qua utuntur nõnulli proterui iudices dicẽtes, quod curia ſtat in ſe informando & nunquam uolunt prouideri, adde hic ca. expeditum per Cæſa. maieſt. ſub die 12. menſis Martij. 1550. ſub data Bruxellis ad inſtantiã magnificæ ciuitatis Neapolis, quo cauetur, quod ita quindecim dies ad ſummum poſt capturam alicuius, debent dari defenſiones, & dictum cap. eſt impreſſum cum alijs gratijs tunc conceſſis dictę ciuitati Neapolis.

97 † Item ſi contigerit fieri nominationẽ teſtium

teſtium extra regnum, debet dari dilatio condecens ſecundum diſtantiam locorũ; ſed tunc debent nominari in ſpecie teſtes per nomen & cognomen, debetque fieri depoſitum pecuniæ neceſſariæ pro examinatione dictorũ teſtium. & nihilominus pars faciens dictam nominationem, dẽt iurare, quòd non petit dictam dilationem animo differendi & calumniandi, & ſi poſtea non vſus fuerit dicta dilatione in nõ examinãdo teſtes, ipſo facto incidit in pœnam quinquaginta florenorum, & nihilominus tenetur parti ad ſolutionem expẽſarũ, ut dicta: ritus magnæ curiæ uicariæ inci. item niſi eſſent teſtes extra regnum, eſt tamen bene uerum, quòd regia prag. incipien poſt prędictas reſponſiones, impo nit pęnam duarum vnciarum facienti nominationem in locis diſtantibus, & non utenti nec poſtea examinanti in dictis locis: & alia prag. ſequẽs, quæ incipit ſiquis petierit dilationem imponit pœnã vnius unciæ. & tamen Afflict. in conſtitu. cauſas alias in 6. nota. dicit, quòd hic ritus eſt in uiridi obſeruantia & etiam refert Moder.

98 Neapol. in dicta prag. ſi quis petierit. † Itẽ eſt notandum, quòd audientia teſtium reprob.indorum non committitur extra curiam, ut cauetur in ritu magnæ curiæ uicariæ incip. Item curia ipſa non commit

99 tit. † Item ulterius ſciendum eſt, ꝙ ſi citatur qui, ad uidendum iuramenta teſtium, ſi eſt abſẽns, põt cõparere excuſator, & ipſum excuſare. ut eſt ritus magnæ curiæ vicariæ inc p. Item fuit quæſitum, & nota quòd audientia teſtium ſenum & ualetudinariorum committitur in criminalibus ẽt ſecundum formam ritus magnæ curiæ uicariæ, ut habetur in ritus incip. Itẽ ſer-

100 uat ipſa curia alicui. † Item eſt notandum, ꝙ licet andiẽntia teſtium non committatur in criminalibus niſi prout ſupra dictum eſt; tamen actuarijs curiæ & alijs literaris committitur examen & audientia, ut in ipſa curia examinentur teſtes; & tunc uidentur examinanti p ipſam curiã; ut dictat ritus magnæ curiæ uicariæ inci. itẽ ſeruat ipſa curia, ꝙ quãuis regulariter

101 † Ex dicto ritu infero, quòd licet teſtes non faciãt indicium ad torturam, niſi examinentur corã iudice, ut dixi in uerbo, repetantur teſtes, tamẽ ſi ſunt examinati in curia per actuarium de commiſſione iudicis, idem erit; ac ſi examinati eſſent per ipſum iudicem, & hoc probat ipſe ritus.

102 Item in illo ritu probatur, quòd examinator nihil debet habere, quando examinantur teſtes ad inſtantiam fiſci in proceſſu extraordinario, ut qñ proceditur per inquiſitionem, ſed ſolummodo debet fieri ſolutio iurium competentium ipſi examinatori, quando examinantur teſtes ad inſtantiam partis, quæ defertur, quæ notes pro magnificis auditoribus regiæ prouinciæ, ut non debeant habere caualcatã, quã do uadunt ad examinandos teſtes ex officio ad inſtantiam fiſci, ſed bene, quando proceditur ad quærelam, & quærelator requirit ipſos magnificos auditores.

De non ſuccurrentibus mulieri damnati, & violentiam patienti.

103 Mulieribus violentiam patientibus & ob id adiutorium clamantibus, audientes velociter eccurrere debent, quod ſi non fecerint, quatuor auguſtales in pœnam tam nocuę deſidię perſoluere debent: excuſantur tamen iuſto & rationabili impedimẽto irretiti, ut cauetur in regni conſti. inci. quicunque mulierem. & continet hæc cõſtit. ius nouum. nam de iure ciuili non teneor defendere alium, niſi mihi præſit ratione dominicæ uel patriæ poteſtatis culpa careat. ff. de reg. iur. & habetur per glo. & Ang. de Iſer. in d. conſt.

De calumniatoribus.

104 Si mulieres conuictæ fuerint, ſe iniuſte de uiolentia quærimoniã dediſſe, capitali ſententia feriuntur, ſicut puniri deberent uiolentiam inferentes, ſi modo uere uiolentiam intuliſſent, ut habetur in conſti. peſſimam. quæ in hoc continet ius cõmune, quo ſimilitudine ſupplicij calumniantes plectuntur. l. fin. C. de accuſa.

105 † Et ſi mulieres, quæ condemnari deberent ad mortem eſſent prægnantes differtur cõdemnatio uſq; ad quadraginta dies. ut d. conſtitutio. quæ concordat cum iure communi, uidelicet l. prægnantis ff. de

106 pœn. † Et licet iure antiqo accuſatores tenebantur ſed ad pęnã talionis inſcribe-

bere c. ſuper his. de accuſa. cap. tuæ de procura. tamen hodie non tenentur, niſi ſe obligare ad pœnam de probando, nec aliter ad querulandum admittuntur, ut habetur in conſtitution. pœnam calumniæ. quod confirmatur per ritum magnæ curiæ vica riæ incip. item quòd curiæ ipſæ. & in alio
107 ritu incip. item curia ipſa cognoſcit. † Et licet accuſator non probet non propterea dicitur calumniatus eſſe, ſed tunc dicetur calumniare, quando appareat, quòd ſit in euidente calumnia, uel fuerit temerarius accuſator. & in hoc eſt correctum ius commune, quia illo iure non probans accuſationē, calumniator præſumitur. l. 1. C. de aduo. de iu. & l. fi. C. de calum. & per ius regni, ut ſupra, non punitur quis de calūnia, niſi qñ probatur, quòd eſt in euiden
108 ti calumnia. † Et ſi probaretur quem eſſe in euidenti calumnia, & iudex eum non puniret, pœna infamiæ ipſe puniretur, & duarum librarum auri puriſſimi, ut in cap. regis Roberti incip. accuſatorum temeritas. item tenetur iudex condemnare uictū uictori ad expenſas, ut in conſtit. diuorū
109 noſtrorum. † Hodie autem aboleuit illa obligatio de probando, ſed ſimpliciter recipiuntur accuſationes.

De violentijs circa poſſeſſiones.

110 Iure cōi illud quod receptum eſt, ut ſiquis p uiolentiā aliquem de re ſua immobili exuerit, teneatur ipſam poſſeſſionem reſtituere, dominiumq; illius procedat, & ſi nullū habebat dominum in ea re (quia res illa non erat ſua tenetur pro illa uiolentia æſtimationē totius rei illius in dominio & poſſeſſione ſoluere. l. ſi quis in rātam C. unde ui. & l. extat. ff. quòd met. cau. iure uero Longobardicum diſponebat, ꝙ ſi ille, qui dicebat ſe uiolenter exutū poſſeſſione rei immobilis, non poterat rei p̄dictæ dominium probare, eo caſu ſpolians puniebatur ſolum pœna ſex ſolidorum, in regno uero utroq; iure ceſſante per conſtitur uiolentias. ſpolians aliquem poſſeſſorem rei immobilis, tenetur poſſeſſionē ipſam reſtituere, una cum fructibus obuentionibusve, & pro pœna uiolentiæ commiſſæ tenetur ſoluere medietatem æſtimationis ipſius rei, in qua uiolentia eſt cōmiſſa. raptor uero bonorum mobilium punitur pœna quadrupli computata rei æſtimatione, & hoc etiam erat de iure cōmuni, ut in ſtitu ui bon. rapto. in princip.
111 † Et contra tales ſpoliatores forma procedendi datur p c. regni incip. ſubditorū noſtrorum quo cauetur, quòd ille, qui denunciare de uiolentia uoluerit, debet intrare, & ſi poterit, præſtare fideiuſſoriam cautionē de ſtando iuri in eo furto tā de poſſeſſione, quàm de proprietate eius rei, cuius poſſeſſione dixerit ſe exurū, ac parere ſuper eo curiæ mandatis demum recepto ab eo iuramento de ueritate dicenda, interrogetur & examinetur ut principalis ſup infraſcriptis in primis, quo tempore ipſe adeptus fuerit poſſeſſionem illius rei, qualiter ipſam tempore uiolentię poſſidebat, p quem & quorum auxilio uel fauore ſit ſpoliatus, & quibus præſentibus, ubi qñ qualiter qua occaſione uel cauſa & utrū cū armis, an ſine armis fuerit depulſus, tū examinantur illi, quibus præſentibus fuit uis commiſſa, uel alij, quos produxerit deferens, poſtremo examinatur principalis quærelatus ſuper prædictis omnibus. dēt tamen ipſe quærulatus factis prædictis liberari ſub fideiuſſoria cautione, & præſtare debet eam fideiuſſionem; quā pſtitit ipſe quærelator, & ſi noluerit uel non potuerit præſtare dictam fideiuſſionē, & de ſpolio adeſt aliqua præſumptio detinebitur in carcere donec præſtet eam, uel feratur ſententia. demum procedatur ad receptionē teſtiū; quos produxerit ipſe querelatus, & ſi forte querelatus ipſe cōfeſſus fuerit uel conuictus de ſpolio prædicto, debet eōdē nari ad reſtituendā poſſeſſionem querulāti, ut poſſidebat tempore ſpolij, & ad ſatiſfaciendum de damnis, expenſis, & intereſſe necnon ad pœnam ordinatā, ut ſupra per regni conſtitutionem, aut maiorē re
112 ſeruatam in arbitrio regis. † Et cōpellitur prædicta facere non obſtante appellatione & ſtatim ac conuictus aut confeſſus qs fuerit, debet notificari regi, ad hoc, vt poſſit delibera e, num maior pœna ſit imponenda, & a principio cauſæ debet mandari vtriq; parti, ne lite pendente quid innouent, nec inuicem ſe offendant, & ſi cōtrafecerint, pęnam irremiſſibiliter ſoluāt, & ſi aliqua prium dictæ pœnæ non obtēperauerit,

perauerit,uaſſalli,ſi quos habuerit, ei non teneantur ne obtemperare quidem, quod ſi fecerint contrarium,punient,& poterit iudex partem nolentem dictę pœnæ obtēperare,reputare cōtumacem,& carcerare, nec poterit eam liberare in conſulto rege: demum ſuperuenit c. de violentijs illatis. quo cauetur,ſi cauſa ſpolij ordinarie proponatur coram iudice competenti, debet procedi ſummarie ſine libello,litis conteſtatione,ſtrepitu & figura iudicij, & pōt procedi ad inſtantiam partis,& ex officio, & debet ſequi reſtitutio poſſeſſionis prædicto modo ſummariè, ſed quo ad pœnā, ad quam venit cōdemnandus querulatus, debet agi.& procedi iudiciario ordine, & ſic quo ad damna & expenſas, niſi fuerit proceſſum per uiam inquiſitionis generalis uel ſpecialis, & legitimè conſtiterit de
113 uiolentia. Et quando iudex procedit ad inſtantiam pauperis & miſerabilis perſonæ debet in principio pceſſus determinare illum eſſe pauperem,& ſic ut uidas c.ſubiectorum, de quo ſupra,corrigitur per d. c.de violentijs.ſecundum Barth. de Capu. in dictis capitulis:nā reſtitutio poſſeſſionis tantum fit ſummariè,& quo ad pęnā & damna agitur ordinariè,licet Ioan. Criſpan.in d.c.de uiolentijs dicat, quòd cap. ſubiectorum.intelligitur,quādo proceditur ad.inſtantiam partis,& c de uiolentijs quādo proceditur ex officio,& ſic nō corrigatur.& d.c.de uiolentijs. allegat Afflic. in conſti.pacis cultum. col. 17.& inquantum per c.regni,ſubditorum.ordinetur nō appellari a ſententia poſſeſſorij, concordat cū l.i.C.de mome.po. ſecūdum Barth. de Cap. in d.c

De committentibus uiolentiam in perſonis.

114 Capientes per vim aliquem de perſona, & eum arreſtantes uel detinentes, pœna capitali feriuntur,vt hr̄ in c.incip. contra effrenatas. de iure vero communi, ſiquis perſonam liberam propria authoritate ꝑſumpſerit retinere, aut rem locare uel pignorare, perdit debitum, & pœnis corporalib.ſubdi debet,ut in authen.ut nu.iu.§. quia uero.de quo per Affl.in conſt. duram
115 & diram.3.col. Et in d.c. contra effrenatas.dicit unum mirabile Pet.de Mon.for. quòd quis non poteſt propria authoritate capere bona ſui debitoris, etiam ex pacto,niſi ſit renūtiatum dicto capitulo; ſed
116 contrarium ubique ſeruatur. Eſt etiam aliud c. incip. amplius nulli. quo cautum eſt, quòd non poteſt quis propria authoritate quem capere, niſi ubi magiſtratus abeſſet, & in criminibus publicis, & tunc ſi quis aliquem cœperit, non poteſt retinere ultra duos dies. & contra faciens in pœnam priuati carceris incurrit; & prædicta procedunt etiam in domino capiēte uaſſallum; quod confirmatur per c.incip.quod nulli aliquos.& de hoc eſt aliud cap.incip.terrerij.

De maleficijs clandeſtinis punendis.

117 Statutum iure communi reperitur, vt pœna ſuos authores teneat. l.ſancimus.C. de pœn. at de iure regni eius contrariū receptum eſt, nam ſi malefactores inueniri minimè poterunt, uniuerſitates in quarū territorio factum eſt maleficium tenent, vt hr̄ in conſtit.ſuper incīſionib.ſed ſi malefactores inueniantur, ipſi vltimo ſupplicio puniuntur. & intelligitur illa conſtitutio in omnib. maleficijs, & in quolibet genere maleficij,in quo quis damnum rei familiaris proſequitur. ſecundum And.de Iſer.ibi ſuperuenit demum c. regni incip. item ſtatuimus, quòd uniuerſitas locorū. quo cauetur, quòd uniuerſitates nō tenentur ad condemnationē furtorum,quæ per ſpeciales perſonas fiunt, eſt aliud c.incip. clandeſtinis.quo datur modus procedēdi contra eos,contra quos apparuerint indicia, quod ipſi fecerint damna illa, de quo ca infra de homicidijs clandeſtinis, dicemus.extat etiam aliud ca. incip. uniuerſis præſentis quo cauetur, quòd uniuerſitates tenent de diſrobationibus & deprędationibus commiſſis in territorijs locorū ipſarum uniuerſitatum, ſi non capiant ipſos malefactores,& ducāt illos præſidi puniendos ad emendationē damni, & per c. frequens & ineffrenata. ſtatuitur, ut uniuerſitates teneantur ad emendā dānorum clandeſtinorū,ſi non manifeſtauerint malefactores, & in hoc videatur Gramm.de-

ciſ.47.ubi tenet fuiſſe deciſum, quòd vni uerſitas tenetur tantum ad emendã damnorum & non ad aliquam pœnam curię. bene tamen uerũ eſt quod Afflict. in cõſt. ſuper inciſionibus.in 4 not. refert, quòd extat unum c.regis Caroli, quod incipit. ſtatuit dominus rex quo dicit caueri, qđ vniuerſitas nedum debet condemnari ad emendationẽ damni pro damno clandeſtino, ſed dẽt condemnari ad tantundem
118 regiæ curiæ. Et forma procedendi in talibus erit, vt primo fiat inquiſitio generalis contra malefactores, qua facta ſi nõ reperiuntur malefactores,neq; ſint indicia ſufficientia, per quæ poſſit perueniri ad torturam, tunc poteſt procedi contra uniuerſitatem illius loci, vt reſarciat damnum.& ſi nolit forte,ſeruato iuris ordine condemnabitur: & ita dicit practicandũ eſſe Affl.in d.conſt.ſup inciſionis.in 4 no.

De homicidijs clandeſtinis.

119 Et ſi contigerit committi homicidiũ in perſonã alicuius in aliquo territorio, & neſcitur a quo debeat fieri inquiſitio generalis contra homicidã, ſi forte reperietur, punietur, ſin autem indicia apparebunt & perſona erit leuis proceditur ad torturam, & ſi confiteatur,punietur ultimo ſupplicio:ſi uero non reperiatur occiſor,nec appareant indicia,tenetur uniuerſitas illius loci: vt ſi erit Chriſtianus occiſus, teneatur vniuerſitas ad pęnã centũ auguſtaliũ, ſi uero Sarracenus, teneatur ad pęnã quinquaginta.hoc eſt, quod voluit conſti.inci.ſi dãna clandeſtina. & continet ius nouũ demũ ſuperuenit ca. regis Caroli primi. inci. clãdeſtinis maleficijs, quod prouidet,vt dicta cõſtitutio,preterquã in eo,quod ſtatuit,quod ſi locus,ubi repertus eſt occiſus,ſit uniuerſitas, mille ſoculariorum vel ultra,debet mulctari in vncijs centũ,ſi uero ſit quingentorũ foculariorũ uel ultra uſq; ad mille,mulctetur in uncijs quinquaginta, ſi uero ſit infra quinquaginta focular a mulctet' in vncijs uigintiquinque. ſuperuenit ẽt aliud cap. inc.quod ſi forte quo ſtatuit,ꝙ officialis regis debet notificare regiæ curiæ inquiſitionẽ, quam fecit ſuper ipſo homicidio clandeſtino cum noĩe inculpati & teſtiũ deponentium de veritate,vel ſuper argumentis vel indicijs, & interim non procedat ad exactionẽ pœnæ, itẽ notificet nomen & cognomen occiſi, & unde ſit, & finis territorij, ubi reperitur occiſus, vt dicitur in c. eiuſdẽ regis incip. uolentes, quòd quando. item ſtatuitur per eundem regem in c. incip. pridem mandatum noſtrum.quod ſi non reperiatur ille, qui poſuit ignem in reſtuchijs ante feſtũ aſſumptionis B.Mariæ, & propterea ſequatur damnum,uniuerſitas tenetur ad emendã damni:& idem dicitur in alio c.incip. nuper apud Tranum. item ſtatuitur per eundem regẽ Carolum, quod pro maleficio clandeſtino ſeruetur cõſtitutio. ſuper inciſionibus corrigendo clandeſtinis maleficijs.ut habetur in c.incip. ſtatuimus qđ conſtitutio quondam Federici.& iſtud vltimum c regis Caroli primi mandatur ſeruari per regem Carolum ſecundum, in c. incip.conſtitutionẽ domini patris noſtri. vt tunc uniuerſitas mulctetur in auguſtalib. centũ pro maleficio clandeſtino Chriſtiani occiſi, ſi vniuerſitas habet focularia mille uel plura,ſi minus vſq; ad centũ quinquaginta, mulctetur in auguſtalibus quinquaginta, ſi uero ſit foculariorum quinquaginta, in auguſtalib. duodecim, ſi uero ſit Iudæus vel Sarracenus,ſeruetur conſtitutio regis Caroli primi,incip.clãdeſtinis maleficijs.item ſimiliter fuit ſtatutum per regem Robertum; ut in c.inci. vniuerſis præſentis edicti ſeriem. ut ſeruentur conſti. & capitula regni ſuper homicidijs clandeſtinis.& iubet ad beneplacitũ dicti regis, quod vniuerſitates locorum debeant capere ipſos malefactores, alias teneant' ad emẽdã damna paſſis. itẽ p eundẽ regẽ Robertum fuit prouiſum in c.incip.incumbit nobis non minus,quod vniuerſitates locorũ, ubi commiſſa ſunt maleficia, debeãt capere ipſos malefactores,& ducere ad iuſtitiarios prouincię,aliàs ipſa uniuerſitas teneat' ad emẽdationẽ damna paſſis.in uniuerſitatib. regis & reginę duciſſę Calabrię debet ſeruari, prima ordinatio,& ſi uniuerſitas fuerit baronis pro medietate dãna paſſis ſoluant barones,& pro medietate ipſa vniuerſitas.& ad excuſãdas vniuerſitates & barones terrarũ de manij regis,& reginæ duciſſę Calabriæ

labriæ ab emendatione dami, ſufficit, ſi probetur per unum teſtem & famam publicã contra aliquam perſonam, quę commiſit tale delictum. item prouiſum fuit p cap. Papæ Honorij, quod in pœna contra uniuerſitates pro Chriſtiano, uel Iudæo clandeſtinè occiſo debet ſeruari conſtitutio. ſi dãna clãdeſtina, in locis populoſis, & nõ augmentũ pœnæ impoſitæ per regẽ Carolum primum, & incipit illud c. Papæ Honorij. in homicidijs clandeſtinis. item ſtatuit, quod pro furtis clandeſtinis uniuerſitates non teneantur ad emendationẽ dãni & dictum c. Papę Honorij fuit factũ ad ſupplicationem regis Caroli ſecundi. item fuit prouiſum per reginam Ioannã ſecundã, ut ciuitas Neapolis non teneať in aliquo ꝓ homicidio clãdeſtino uel dãno, & omnia dicta iura refert Afflic. in ru-
120 brica de homic. clan. † Et eſt ſciendum, quòd tũc demum habet locum diſpoſitio huius conſt. ſi damna clandeſtina. quando homicidium fuerit cõmiſſum extra ciuitatẽ in eius territorio, non autem ſi commiſſum eſt in ipſa ciuitate & ita fuit deciſum in ſacro regio conſ. ut teſtatur Barto.
121 de Cap. in d. conſtitu. † Forma autẽ procedendi contra uniuerſitatem hæc erit, reperto cadauere hominis occiſi ſcribi debet actus inuent. onis, ut dixi ſupra in uerbo, capiat informationem debetq; ſcribi per fines & cõfines territorium, ubi fuerit inuentum, demum debẽt examinari teſtes ſuper ipſa inuẽtione, & debent interrogari de nomine & cognomine occiſi, qui ſi depoſuerint de nomine, & cognomine, bene erit, ꝙ ſi nõ cognouerint. ſcribantur particulariter ſigna, quæ habet ipſe occiſus, cum indumentis & alij demonſtrationibus ad recognoſcendum hominẽ aptis, demum procedatuř ad inueſtigationẽ occiſoris cum diligentia examinando teſtes de illa terra, ciuitate, caſtro, uel uilla, & p̄ciſè de illo tractu, ubi fuit repertum cadauer, ſummariter interrogando affines, cognatos, & amicos illius occiſi, ſi fuit cognitus occiſus ipſe, ut ſic poſſit ſciri occiſor, ut dixi ſupra in uerbo, capiat informationẽ, & ſi cõtigerit nõ poſſe reperiri occiſorem per probationes, indicia, uel coniecturas: tunc fiſcus debet cõparere, & porrigere libellum accuſatorium cõtinentem in effectu quod reperto tali ſub tali die cadauere hominis occiſi Chriſtiani in territorio talis ciuitatis iuxta tales fines regnãtib. & c. dominante. & c. ſub præſidatu, & c. de præſentibus anno & menſe. & facta diligẽti perquiſitione. ut reperiri poſſet occiſor, ac formata deſuper requiſitione minime repertus fuit, neque per coniecturas, ut ſic potuiſſet puniri, quo circa petit procedi contra dictam ciuitatem, terram, uel caſtrum, ipſamque cõdemnari petit ad debitam pœnam iuris, iuxta formam ſacrarũ regni cõſti. & c. quo libello porrecto cũ ipſius inſertione, iudex ipſe citari faciat dictam uniuerſitatem, ut compareat legitimè & per ſyndicũ ad id ſpecialiter deputatum & legitimè electum, intra terminũ ſtatuendum ſecundum diſtantiam locorum ad dandum deſignationem ſuſpectorum de dicto homicidio. unà cũ indicijs uel coniecturis exiſtentib. aliàs ad dicẽdũ cauſam, quare nõ debeat condemnari ad pœnam in regni conſtitutionib. ſtatutam. & citata ipſa uniuerſitate ſi comparet ſyndicus, & ſit legitime ordinatus, & petierit copiam inquiſitionis factæ ex officio, uel ad querelam, tunc iudex iubeat ei dari dictam copiam, ut docet Affli. in dicta conſtitutione. ſi dãna clãdeſtina in 3. q. & pulchre ibidem docet prædicta in 8. not. & ſiue dederit, ſiue non ſuſpectos, fit litis conteſtatio, & dabiť terminus ad probãdum, legitimaturq; proceſſus, & ſi in termino nihil fuerit probatũ, ꝙ releuet ipſam uniuerſitatem, condemnabitur uniuerſitas ipſa ad ipſam pœnam.

De rapienibus aliqua de incendijs & naufragijs.

122 † De iure communi raptores rerum ex naufragijs & incẽdijs, pœna quadrupli intra annum, poſt annũ pœna ſimplici ſunt afficiendi l. in eum. C. de fur. ſed per auth. nauigia. C de fur. quæ eſt incorporata in uſibus feudorum, in tit. de ſta. contra libe. eccle. imponitur pęna publicationis omnium bonorum. & alia arbitrio regis, hodie ex conſti. regni incip. rapinas, utrumque ius correctum eſt, circa pœna impoſitionẽ. quia imponitur pęna mortis, & ſuc ceſſores raptoris tenentur ad reſtituẽdum

res rapias, quatenus ad eos peruenit una cum quadruplo dominis eorum, & in tali periculo omnes qui poſſunt, debēt ſuccurrere, ꝙ ſi nō fecerint & ſine legitima excuſatione fuerint negligentes, pœna unius auguſtalis mulctabunt, nec ualet conſuetudo de capiendis rebus ex naufragijs, & incendijs abſq; metu pęnę ut dicit. c. regis Caroli incip. abuſum contra naufragos.

123 † Cautela tamen erit, ut capientes tales res ad pœnam non teneantur, ut proteſtētur ſe eas capere pro conſeruandos ipſas domino ipſarū rerum per l. falſus §. ſi alienum. ff. de fur. & uoluit Afflict. in d. conſtitut. rapinas, in primo notab. uerſic. rurſus quæro.

De rapinis, & raptoribus aliarum rerum.

124 † Auferentes res aliquas ſine pretio conuento & ſoluto, excepta palea, pro pœna primę rapinę, ſi non ſunt nobiles, publicè fuſtigantur. & amittunt triplum ipſius rei quod applicatur regiæ curiæ, & damnum paſſo ſimplū emendare debent. ſi uero nobiles ſint, ſex uncias debent ſoluere, & triplum rapinę curiæ & damnum paſſo emēdent, niſi uoluerint potius fuſtigari. quia fuſtigabuntur, & in fronte ſignabūtur. & ſi ſoluere non poſſunt, & nolunt fuſtigari; ponātur in carcere per annum, & ſi uolue rint exire, emendet rapinam & triplū curiæ & ſimplum damnum paſſo, & ſoluāt ſex uncias; poſt uero annū liberētur ſine pœna, pro ſecūda rapina ille, qui non eſt nobilis amitit manū, ſi eſt exterus, & ſi eſt de regno, pedem, nobilis autē poſt ſecundam rapinam amittit arniſcū & gagia & quicquid illi debet curiæ, & ſi curia nihil ipſi debet, ſoluat curiæ uncias 20. & ſi non poteſt ſoluere, ſtet in carcere. & poſtea expellatur de toto regno, & ſi poſtea inueniatur in regno, capiatur perſonaliter, & carceri mancipetur. & pro tertia rapina nobilis capite puniatur. & ignobilis furcarū ſuſpēdio, ut habetur in c. incip. placuit de conſilio. & eſt contrarium ius commune, ut in toto tit. ff. de ui bo. rapto.

De furtis.

125 † Si quis furtum in re unum auguſtale uel infra ualēre, commiſerit, fuſtigabitur & ſignabitur in fronte. & de tota prouincia bannietur, ſi uero in re ultra auguſtalem uſque ad unā unciam quis furetur, manū perdere debet, ſed ſi ultra unciam, uel plura furta, licet minima fecerit quis ſuſpendio cōdennatur, ſi ignobilis eſt, & ſi nobilis, capitali pœna plectatur, hoc eſt quod uoluit c. regis Caroli. incip. ad hoc, ꝙ noſtrorum. & de iure conſti. regni publicabant bona furis pro furto, ut patet in conſti. in cip. baiulos ſi furem. & de iure communi tali pęna non puniebant fures, ut per Bal. in auth. ſed nouo iure. C. de ſer. fug. & Iaſ. in § ex maleficijs. inſti. de action. & Ang. Are. in tract. malefi. in uerbo, & ueſtem cęleſtē. & Gandi. in tit. de fur. & latro. & eſt aduertēdum, quòd Afflict. in conſti. terminum uitæ. in 7. nota. facit mentionem de

126 iſto. c. † Et tenet nō eſſe faciendam differētiam inter nobiles & ignobiles in furto ultra unam unciā, ambo ſuſpendūtur: ſed ſalua pace, quia expreſſe contrarium dicit tex. in d. c. in fin. & de iſto c. facit etiā mentionem idem Afflict. in conſti. ſuper inciſionibus. in ſi. col. ubi quærit an duo furta dicantur plura.

127 † Nunquid, hæc pœna habet locum in eo, cui mercator dedit magnam pecuniæ quantitatem, ut perferrat ad alium, qui non tradidit, ſed in proprios uſus cōuertit. Iaſ. in l. quas uero. ff. ſi cerr. per. in 3. col. dicit, quod iſtum caſum habuerūt de facto Floria. & Imo. & nihil potuerunt allegare ad euaſionem inquiſiti, taliter, quod fuit ſuſpenſus. tandem dicit ipſe, quod ſi ipſi allegaſſent doctr. Bar. nō ita forte ſuccubuiſſent, idque ubi dicit, ꝙ ſi mercator dedit pecuniam ad numerum, uidetur tranſlatū dominum in recipientem. nam ſi eſt trāſlatum dominum, ut dicit Bart. ſequitur, quod iuuenis contrectando, furtū non cōmittit rei ſuæ. poſtea tamen dicit ipſe, ꝙ talis iuuenis fuit ſuſpenſus propter tex. in in l. ſi is cui. C de fur qui ad literam decidit caſum noſtrum, licet ipſe conetur ſub

128 terfugere illum text † Finge porro quod de furto ducētorum ducatorum, quo caſu

eſt pœna mortis, non deponunt niſi tres mulieres, an procedi debeat ad condemnationem.do.Io.de Lare.dicit, quòd non, vt ff.de teſt.l.ex eo.& extra, de uerb.ſign. c.forus.& 23.q 5 cap.mulierem.niſi in caſibus,in quibus infames admitterentur.d. ca.mulierem.& eſt ratio,quia mulierum vanum & mutabile eſt cor.l.filio.ff. de inoffi.teſtam.& vide Gandinum in tit.de furibus & latronibus.in verbo,pone quæ-
129 ſtionem de facto. Sed quæro quæſtione, quam habui de facto, cum eſſem auditor in toto ſtatu principatus Salerni: quidam habuit lanam a Titio, ut faceret pannos, qui poſtea aufugit non ſoluto pretio lanæ,& aſportauit pannos ſecum, an commiſerit furtum? dubium conſiſt t in hoc, an ille, qui accepit lanam promiſerit ſoluere pretium lanæ,an uero promiſerit ex lana pannos facere,& date domino lanę. primo caſu teneo,quòd dato,quòd iſte talis factis pannis aufugiſſet non facta ſolutione pretij,non poſſet ex hoc querulari de furto,ex quo panni erãt ipſius aſportantis, licet ipſe eſſet obligatus ad pretiũ lanæ: nã poſtquam quis ex materia fecit ſpeciem,efficitur dominus illius ſpeciei, maxime, quia fecit ſpeciem nomine ſuo & bona fide. & eſt talis ſpecies, quæ non poteſt reduci ad materiam.hic eſt text.in l.adeo.§.cum quis.ff.de acq.rer.domi.ſed ſi ſurripuiſſet lanam,& non emiſſet, tunc de furto tenetur,etiam in ſpecie.ſm text. l.ſi quis vxori.§ ſi quis ex maſſa.ff.de furtis.ſecundò uerò caſu poteſt agi de furto. quia dato, quòd ipſe fecerit ſpeciem, tñ quia fecit nomine alieno,nõ efficitur dominus illius ſpeciei,& per cõſequens dominium pãnorum eſt illius,qui eſt dominus lanæ,per text.ſuprà allegatũ in §. cũ quis,iuncta gl & eſt tex.in l. quicquid §. vbi. ff.de acq.rer.dom.& ſic eum ſit domi-
30 nus, poteſt agi de furto. Item de iure cõmuni,ſi quis inuenit rem alienã,& domino nõ reſtituit,furtũ committit. l falſus. § qui alienam, ff.de fur. & hr̃ per Abb. in cap.ſæpe.de reſtit ſpol. concordat in hoc conſti.regni incip. pecuniam ſi quis inuenerit.qua cauetur, quòd inueniens pecuniam uel aliã rem, animalibus exceptis, & non reſtituens domino vel baiulis,furti,tenebit̃, & ſi tales res fuerint aſſignatę baiulis expectabitur dominus per annũ. quo elapſo applicantur fiſco: & licet furtum cõmittatur, vt ſupra, non credo tñ, ꝙ habeat locum pęna,de qua ſuprà,ſed pœna iuris cõis tantum.& eſt ratio,quia licet ſit furtum, non tamen eſt furtũ regulare.
131 Itẽ, nemo debet capere animalia aliena,& illa detinere, niſi cum latrone ceperit,& iuſtitiarijs aſſignet, quod ipſum ſi nõ fecerit iſte ut fur & latro plectendus erit & ſi quis inuenerit animalia damnũ dantia in ſua poſſeſſione, põt illa capere & iuſtitiarijs aſſignare.aliàs ſi nõ aſſignauerit, pęna furti tenebitur. & qui animalia cũ latrone curiæ aſſignauerit præmiũ conſequetur.hoc voluit conſtitutio, incipiens,peruenit ad aures.hodie autem ſufficit,ſi aſſignet baiulis locorũ, vt habet
132 in conſti.cum per partes Apuliæ. Item ſi tres latrones concordes depoſuerint cõtra receptatores,fautores, conſortios, & participes,faciunt tantã fidẽ,quantam facerent duo teſtes probi viri,niſi cauſa rationabilis ſuſpitionis adeſſet, ut eſt text. in c. frequens & ineffrænata. intelligitur tñ tex.ille, qñ ille, qui nominatur per illos tres latrones,eſſet leuis perſona & infamata, aliàs ſecus,ut hr̃ in c.incip.con-
133 ſtitutionem. Item iudex in eodem iudicio & inſtantia debet condemnare accuſatum de furto ad debitam pęnam, & ad rei furtiuæ reſtitutionem. hoc eſt, quod voluit tex.incip. ſi de furto. & concordat cum l.ſi quis ad ſe fundũ. C. ad leg. Iul. de vi.pro quo videatur Bart.in l.interdum. ff.de pub.iu.& in l.interdum. §.qui furẽ. de furt. & pro intellectu illius c. videatur Par.de Put.in lib.ſynd.in uerbo condemnatio.verſ.ſequitur modò alia quæſtio.

De iniurijs.

134 Si quis iniuriã fecerit dixeritve officiali imperatoris vel regis, duplicata pœna plecti debet, qua plectitur,ſi dixerit feceritve priuato,ut voluit conſti.regni inci.
135 vt participatio. Item iudices habentes iudicare ſuper actione iniuriarũ, debent cõſiderare qualitatem perſonæ,cui dicta factave fuerit iniuria, vt ſi ſit curialis vel in dignitate exiſtens, & etiam debet conſiderare qualitatem eius, qui dixit vel fa-

cit iniuriam,& quo tempore facta fuit,& in quo loco, & iſtis cōſideratis procedant ad ſententiam, conſiderēt etiam iudices, quòd iniuria facta dictis regijs curialibus reſpicit non tantum ipſos, ſed etiam regis dignitatem.hoc eſt,quod voluit conſ.
136 incip.obſeruent. Item tunc demum debent duplicata pęna puniri facientes vel dicentes iniuriam regis officialibus qñ dictam iniuriam facerent dictis officialibus in exercitio officij, ac prætextu officij,at ſecus,ſi ex priuato odio & particulari,vel ex eo,quod officiales aliquid iniurioſè abſtulerint ab eis.imò tunc ipſi officiales dēnt puniri pœna quadrupli eius quod ablatū fuit per eos iniurioſè ſubdito regis, applicanda paſſo iniuriam, ꝙ ſi aliter affhixerint ſubditos ꝑtextu officij, de eo conuicti cōdemnabitur ad tertiam partem bonorum ſuorum omnium regio fiſco, & in vtroq; caſu condemnantur ad perpetuam infamiam, & ad amiſſionem officiorum; & declarabitur, quòd nullo tempore ad aliquod officium domini regis admittantur.hoc eſt,quòd voluit conſtitutio.incipiens,eos tantum.
137 Item in actione iniuriarū debet conſiderari qualitas perſonæ inferentis iniuriā,& qualitas perſonæ eius, cui illata eſt iniuria, an videlicet ſint perſonæ publicę an priuatæ, & an indignitate conſtitutæ. item conſiderari debet,in quo loco ſit cōmiſſa iniuria,& quib. præſentibus, & an in iudicio,an extra. item in qua parte corporis facta ſit iniuria. Vide Soc. conſ.146.
138 primo li. Item ille,qui intentat actionē iniuriarū,debet iurare.ꝙ potius voluiſſet de ſuis proprijs bonis tantum perdere, q̄ talem iniuriam ſuſtinere,& ſecundum dictam æſtimationem debet ſubſequi condemnatio. poteſt tamen iudex taxare dictam æſtimationem ante ſententiam & a tali ſententia pōt vterq; appellare. & de tali condemnatione fiunt tres partes,duę ſunt curiæ, & tertia eius, qui paſſus fuit iniuriam hoc eſt quod uoluit conſtitutio incip.varietates pœnarū, & quaſi tota eſt conformis cum iure communi ſecundū
139 gl & Doct. Et eſt notandum,quòd pro uerbis iniurioſis nō pōt agi ad querelam vel denuntiationem ex officio curiæ ſed debet agi per libellū illegitimè ordinatum, vt dictat ritus magnæ curiæ vicariæ
140 inci.ſtatuentes. Sed hic occurrit dubiū, ꝙ ſi pars iniuriata porrigat libellum, poſtea verò deſiſtat,an poſſit curia ex officio procedere?& videbatur dicendum, ꝙ ſic & primò per tex.l. fi. ff.de pa.vbi habetur ꝙ ius mihi acquiſitum, non poteſt ſi..: facto meo tolli: vnde ſi per libellū fuit acquiſitum ius curiæ, licet pars porrigens libellum remiſerit, non tñ præiudicat fiſco. item pro hoc facit c.regni, quòd accuſatore deſiſtente,curia procedit,& pari modo cauetur per regiā prag.ergo ſumus in claris.contrarium vr̄ dicendum, & primo,quia fiſcus nullum ius habet in pęnis ante ſententiam, vt notabiliter dicit Bal. in l.fin.C.de fru.& lit.expen. vnde ſi ante ſententiam nullum hr̄ ius, nō poteſt dici ipſi fuiſſe acquiſitum ius per porrectionē libelli.ſecūdò, quia in crimine iniuriarū eſt permiſſa trāſactio. & ubi eſt permiſſa trāſactio,parte deſiſtente: curia ex officio procedere non poteſt, vt dixi ſuprà in tit. de vſur. &c. & regiæ prag. de accuſatore deſiſtente loquuntur,& habent locū in caſibus,in quibus aliàs poſſet ex officio procedi, & ita intelligo procedere dictū Ba. in l. 1. C.de abolitio. & quia pendent nūc in facto,non aliter me extendo.
141 Illud adnotandum eſt, quòd pro iniurijs,offenſis,malcficijs, atq; culpis, religioſis,clericis, & eccleſiaſticis perſonis illatis,poteſt ex officio procedi,ubi nullus accuſator apparet,ut uoluit tex. in cap.de iniurijs. debet tamen aliquis denuntiare ad hoc,vt ex officio poſſit procedi. ſecundum Io.Criſpan.in d.c.& aliàs obtinui dictum c.intelligi debere nō de ſimplici uer
142 bali.iniuria, ſed graui. Si quis ruſticus uerberauit militem non per viam defenſionis,ſed offenſionis,manus detrūcatione puniri dēt eadem pęna imponitur ual lecto. qui militē nobilioris gradus uerberare tentauerit. ſi aūt quis æque nobilem uerberauerit punitur priuatione nobilitatis, & exulabit extra regnum per annum. ſi nobilis minus nobilem uerberauit, ipſo iure eſt priuatus nobilitate, & non poterit eſſe in iudicio nobilium ſi miles militem uerberauit, priuatur amiſſione omnium equorū & armorū ſuorum, & exulabit per annum extra regnum. & ſi burgenſis

genſis aut ruſticus uerberatus ſit a milite, qui nõ eſt ipſius dominus, punietur miles iuxta ſteramentum paſſi iniuriam & taxationem iudicis. hoc voluit conſt. regni. incip. ut dignitatum. & intelligitur hęc conſtitu. de nobilibus & militibus nobiliter & militanter viuentibus, non aliàs. ſecundum Iſer. & Afflict. ibi: & ſic iſtæ perſonæ non continentur in conſtit. pręcedenti, varietates pœnarum. ſecundum Afflict. ibi. FIS. quid enim ſi fuerit oblatus libellus de iniurijs in magna curia, contra aliquem vaſſallum baronis, & iniuriæ ſunt dictę in caſt. baronis, an baroni petenti remiſſionẽ cauſę debeat fieri? IVD. dic, quòd ſic, quia uertitur ſuum intereſſe. & ad hoc Afflict. ponderat tex. in conſt. uarietates pęnarum in 5 & ultimo not. Et in quantum ſuprà tetigi illam quæſtionem, an iniuriato remittẽte, curia poſſit ex officio procedere, adde quòd conſti. poſtquam citatę partes, uidetur decidere dubium, nam dicit q̃òd de iniurijs licita eſt trãſactio, fallit in iniuria atroci. dicit ibi Afflict. in tertio nota. quòd poſt comparitionem partium & cõteſtationem litis non licita eſt tranſactio, in ciuili; ſed eſt acquiſitum ius fiſco. ergo infertur quòd actio licet iniuriarũ ſit miſta, nihilominus adhuc curia poteſt procędere; non obſtante tranſactione propter ſuum intereſſe. & hoc expreſſè uidetur ꝓbare text. in conſt. ſpõte uolentibus. in qua cauetur non licere poſt partium comparitionem & cõteſtationem facere in tranſactionem in cauſis ciuilibus in præiudiciũ fiſci. Et cui ſit prius facienda ſolutio mulctæ qua condemnatur iniurians, fiſco, an iniurato? Rebuff. in prohem. conſtitu. glo. num. 119. lib. primo. tenuit fuiſſe deciſum quod primo debet ſatisfieri parti & demũ fiſco. FIS. an iſti qui de nocte faciunt matinatas, ante domos puellarum, teneantur actione iniuriarum? IVD. dicas quòd ſic. ita Angel in l. item apud labeonem. §. meminiſſ. per illum tex de iniur.

FIS. an milites poteſtatis qui ſolent deferre baculum in manu, ſi percutiunt cum baculo aliquem, quando vadunt exercendo eorum officium, ut exiſtente in medio platearum non ſint impedimento poteſtati tranſeunti uel aliter, teneantur actione iniuriarum? IVD. dicas ꝙ non, ita Ang. in d. l. item apud labeonem. § adijcitur. ff. de iniur. in q. an petens fideiuſſionem ab eo qui eſt approbatus uir contumeliam faciat. IV. dic quod ſic ita Bal. & Alb. a Roſ. in l. teſtamento datos. ff. de teſta. tutel.

De crimine peculatus.

143 Si officialis pecuniam reipublicæ tempore ſuæ adminiſtrationis, ſubtraxiſſet, olim de iure cõmuni pœna deportationis puniebatur. l. 3. ff. ad l. pecula. hodie uerò in regno punitur pœna capitis, ut uoluit cõſtitu. regni incipien. offic. reipublicę. & gl. intelligit de pœna capitis, ideſt, mortis naturalis. ſed Afflict. dicit debere intelligi etiam de pęna deportationis, & ſic mortis ciuilis. videant tamen c. incip. nonis moribus. & cap. vulgaris famæ & c. in primis. & c. incip. cures attentè. ubi videbis, quæ & qualia ſtatuta ſint in hoc crimine.

144 Et ſi officialis ex ſua negligentia perire fecit bona publica, ipſe tenet regio fiſco de facultatibus ſuis tantundem in ęſtimatione ſoluere. hoc eſt quod uoluit cõſtit. incip. officiales, qui.

Du inquiſitionibus faciendis.

145 Inquiſitio generalis de iure communi ſolebat fieri per præſidem uel alium nouũ officialem, quando accedebat ad capiendam poſſeſſionem ſui officij, ad purgãdũ prouinciam malis hominibus, text. eſt, & ibi Bar. in l. cõgruit. ff. de offi. præſi. poſtea ſucceſſit in regno conſtit. incip. inquiſitiones generales. qua cautum eſt, quòd præſides & iuſtitiarij prouinciarũ, ubi & quãdo eis videbitur, ad libitum poſſent genq rales inquiſitiones facere, ad purgandum prouinciam malis hominibus. demũ ſucceſſit c. regni incip. generales inquiſitiones. qua cautum eſt, non ſemper & indiſtinctè licere præſidibus generales inquiſitiones facere, ſed ſemel taarum in anno. & talis inquiſitio generalis non operatur, ut ex ea poſſit quis condemnari, quiã nullus fuit cõtradictor, nec aliquis eſt citatus ad faciendas ſuas defenſiones. ſed operabitur tantum, ut ex ea poſſet perueniri ad ſpecialem, & ſic eſt præparatoria, ut dicit Fel. in ca. inquiſitionis. col. 3. de accuſ. deinde

inde

149 c. ad audientiam noſtram.† Solennitates
accuſationum ſeu denunciationum remit
tuntur in enormibus.tex.eſt in conſt.iuſti
150 tiari nō per Calēdas.†Non debet admit-
ti quis ad accuſandum , ſi eſt præſonerius
uel familiaris officialis, niſi de crīe publi
co & tūc iuſtitia mediāte procedatur hoc
uoluit ca.incipiens,item ſtatuimus, quòd
151 magnifici iuſtitiarij. Accuſatore debilten
te debet ſubſtitui per iudices unus in locū
ipſius , cum quo procedatur ad definitio-
nem cauſæ ex eiſdem actis.hoceſt , quod
uoluit c. regis Roberti , incip. ſpectat ad
152 præſides ſeu ad conſultationem. † Ac-
cuſatione pendente ipſe accuſator accuſa
ri non pōt,& alias,ut plene dixi ſupra in
uerbo, audiantur exceptiones proponēdę
153 † Licet olim popularis accuſatio uige-
ret ut in toto titulo de popu.actioni tñ ho
die in regno nullus admittit̃ ad accuſan-
dum,niſi ſuā ſuorumq; iniuriam ꝓſequa-
tur,ut dictat ritus magnę curiæ uicariæ in
ci. ꝙ nullus admittatur.& alius.ritus inc.
item,quæ nullus & in alio ritu incipente
154 item,quod nullus laicus.†Clericus non
admittitur ad accuſandum ēt circa pœnā
ſanguinis , niſi ſuam ſuorumq; iniuriam
proſequatur,ad denuntiandum autem ad-
mittitur cum obligatione ad pœnā , facta
per la[illegible]im pro parte ipſius clerici.hoc vo
luit ritus magnæ curiæ uicariæ incipiens
itē,quòd nullus clericus & eſt alius ritus,
incip.item ſeruat ipſa curia, quòd quādo.
155 Tam accuſator quā accuſatus , tenetur
ſe in curia ꝑſentare in quolibet termino,
& ſi accuſatus in aliquo termino non cō
paret,& accuſator cōparet, accuſabit̃ con
tumaci contra ipſum accuſatū,& ſequen-
ti die ad petitionē accuſatoris uel fiſci pa
troni , poteſt idē accuſatus ſeu inquiſitus
condemnari ad pœnā fideiuſſionis & ban
niri:& fideiuſſor condemnatur ad pęnam
fideiuſſionis,hoc voluit ritus incip.itē ſer
uat ipſa curia,quòd ubicunq; & item vult
alius ritus incipiens,item nota, quòd die
156 ultimo.† Accuſator & accuſatus ſi collu
dunt & in termino eis dato non cōparēt
in iudicio uel terminum prorogant,quē
ſpōte ceperunt,puniuntur in. centū augu-
ſtales,eius pro medietate,ut in conſti.ſæ
157 pe contingit.de pœna collu Et eſt notan
dū,quòd accuſator de adulterio, ſi xxx.diē
receperit , uidetur deſtitiſſe.adeo ut ulte-
rius nō admittatur ad querulandū.hoc vo
158 luit conſtit.qui poſt crimē.†Licet olim
de iure communi ſi de minori crimine ac
cuſans,rea accuſaretur de maiori crimine,
antequā nomen eſſet receptum inter reos
impediebatur prima accuſatio. l. 1. C.qui
accu.non poſ.tñ de iure regni corrigitur,
& in utraque accuſatione procedit̃ , hoc
159 uoluit conſti.ſi ciuiliter agens.†Si com-
miſſo delicto in aliquem,ita ille eſt læſus
ut nō poſſit ſuam iniuriam proſequi , nec
iudicio adeſſe,tum ſi accuſator deſit & cō
ſtet ſummarie , ſuppleat iudicis officiū &
ex officio procedat , ut in ca.regis Caroli
incip.plerunque.

Ne filius pro patre, vel e diuerſo.

160 Pater pro filio delinquente non tene-
tur, nec econtra , niſi filius delinquerit in
crimine læſæ maieſtatis . quia tunc pater
tenetur denunciare filiū regi,& ducere fi-
liū ad ſatisfaciendū regi,ut in authē.ut li-
ceat matri & auiæ.§.ſi uero contra impe-
riū.& eſt cap.regis Caroli primi incipiēs,
ad dictā. & ecōtra, ſi pater delinqt in cri
mine læſæ maieſtatis,filius punit̃ pœna l.
quiſquis. C.ad leg. Iul.maieſt.item ſi fra-
ter delinquat, alij fratres non tenētur pro
eo. & idem dicendum eſt in coniugibus,
ut ſi maritus delinquat , uxor nullū dānū
pati debet in iuribus dotalibus fallit ſi per
ſonæ ꝑſentes filio delinquenti exuli uel
fugitiuo uel foriudicato , uel fratri exuli
uel foriudicato,pręſentibus ꝑſtitiſſent ali
moniam,tunc enim bona eis dimiſſa pu-
blicantur regiæ curiæ:& quando filius ve
nit puniendus pœna pecuniaria,& nō pōt
ſoluere,nō poteſt cogi pater,ut pro eo ſol
uat.hæc omnia uoluit conſtit.inc. patres
pro filijs.concordat cum conſti.ob filiorū
culpas.& cum conſt pœna carcere nolen-
tes. idē uoluit c. regis Caroli in planicie
ſancti Martini,inci.item ſtatuimus,quòd
ſi contingat aliquos damnari.itē eſt ſcien
dum,quòd non licet filijs proditorum cō
trahere matrimonium ſine aſſenſu regis ,
ut in c.regis Caroli primi ſatis cōſtat.& p
capitulum regis Caroli ſecundi inc.item
ſtatuimus,quòd filię proditorū eſt ordina
tum,quòd filiæ proditorum non poſſunt
dotari

dotari de bonis, quæ eis obuenerũt ex ſubſtantia paterna, ſed tãtum de illis, quę eis obuenerunt aliunde legitime. & per c. incip. humanitatem qu q; ſectantes eſt, ſtatutum, quòd filiæ proditorum & hęreticorum non poſſunt cõtrahere matrimoniũ abſq; abſcenſu regis, ſed filiæ forIud: caro-rum pro alijs criminibus, libere poſſunt matrimonium contrahere ſed corrigit p̃dicta aliud ca. incip. item ſtatuimus, quòd licitum & in alio c. incip. item ſeruetur c. de uerbo ad uerbum.

De foro competenti.

161 Siquis traxerit aliquem pro aliqua cauſa coram alio iudice, quàm regis, in caſu, quo ipſe regis officiales deberẽt cognoſcere, punitur pœna publicationis omnium bonorum mobilium & immobilium etiã feudalium, hoc eſt, quod uoluit conſtitut. inci. cum iuſtitiæ.

De reorum cuſtodia.

162 Carcerati ſi nõ pernoctauerit in carceribus, nihil ſoluere tenentur, ſed ſi pernoctauerint, pro liberatione ſua quilibet eorum granos decẽ ſoluere debent: hoc eſt, quod uoluit conſtit. incipiens. caſtellani & ſeruientes & ſi quis caſtellanorũ uel ſeruientium ultra receperit, nõuplum curiæ ſoluere debet. & reſtituere domino, id qđ iniuſte recepit. hoc uoluit conſtit ſequẽs incip. ſiquis caſtellanorum. ſed prima conſtitutio in quantum permittitur poſſe exigi granos decẽ, corrigitur per c. regis Caroli inci. magiſtro iurato, iuſtitiario, caſtellanis, ut dicit Affli. in d. conſt. extat aliud c. regis Caroli primi inci. item a collectoribus. quo cauetur, quòd nihil debet recipi a carceratis pro debito fiſcali, quando liberant, ſub pœna quadrupli ſuperueniẽ demũ ritus magnæ curiæ uicariæ inc. itẽ, quòd carceratus quo cauetur, quòd carcerati pernoctantes tenentur ſoluere granos 13. de quo ritu meminit Affl. ĩ d. cõſt. caſtellani. & dicit, quòd neſcit, quomodo potuit illud itroduci cõtra ca. regni eſt ẽt aliud c. incip item ſtatuimus, quòd priſonerij. quo cauetur, quòd nihil poteſt recipi præter id, quod ſtatutum eſt adde quòd extat regia pragmatica Cæſa. maieſtatis, incip. item uolumus & mandamus, quòd carcer, qua cauetur, quòd nihil d bet ſol-

163 ui a carceratis. † Si carcerati euaſerint negligentiam cuſtodum, puniuntur cuſtodes ipſi pœna publicationis omnium bonorum, & incarcerantur per annum, ſed ſi doloſe & fraudulenter permiſerint carceratos fugere capitali ſententia cõdẽnantur, hoc eſt, quod tex. in conſtitu. cuſtodes, de quorum cuſtodia. ſed de communi puniuntur eadem pœna qua debebant puniri ipſi carcerati. l. ad commentarienſem.

164 C. de cuſto. reo. † Carceribus mancipari minime debent parati dare fideiuſſoriam cautionem l. diuus ff. de cuſt. reorum concordat in hoc conſtit. regni, inci. humanitate fallit in crimine notorio. itẽ in crimine lęſę maieſtatis, & alijs caſib. ut plene dixi ſupra in uerbo, liberentur, ſub fideiuſſoria cautione. idem uoluit ca. incip. item iuſtitiarij delatos ubi plus dr, ꝙ ſub pœna intra decem dies poſtquàm eſt cõcluſum in cauſa debent carcerati expediri. adde, ꝙ extat regia pragma. inci. inoluerit quæ mandat ad capturam procedi ſeruato iu-

165 ris ordine ſub pœna. Incidentes in pęnã pecuniariam, uel bannũ de perſona ſi idonee caueant non debent capi, hoc eſt qđ

166 uoluit tex. cap. ſtatuimus, ut nui : s. † Nõ debet quis capi de perſona abſque conſilio iudicis, ſi idonee cauerit, niſi in caſib. a regni conſtitutionibus permiſſis, & officialis contrafaciens, perdit medietatem gagiorum unius anni, & inſuper alia pęna plectitur ad arbitrium regis. & ſi iudices in caſib. prohibitis cõſilium dederint capiatur aliquis, ipſi tenentur ad eã pęnã & officiales liberanẽ & ſi officiales aliquẽ ceperint contra ius, niſi iudices reſiſtant, tenentur pœna prædicta. ſi ipſis reſiſtentibus nihilominus officiales ceperint, ſub eadẽ pœna tenentur regi denuntiare. hoc eſt quod uoluit. c. inci. item caueant iuſtitiarij, ne al qnos. idem uoluit capitu. item

167 quod prædicti iuſtiarij † Non debent p̃textu cuſtodie carceratorũ uel portandorum de loco ad locum grauari ſubditi & uaſſalli, ſed proprijs expenſis curiæ; & per ipſius ſeruos cuſtoſtodiri. hoc eſt quod uoluit. c. incipiẽs. prouiſum eſt pro meliori & ſimiliter eſt ſtatutum in capitulis Pa-

pæ

pæ Honorijs in c.quod incip. ad captiuorum cuſtodiam.de quo meminit Afflic.in conſti.caſtellani.

De caſtellanis.

168 Caſtellani non debet ſe intromittere de aliquo negotio terræ, ubi eſt caſtrum, palam vel occultè, alias puniuntur pœna priuationis officij, & quinquaginta auguſtalis, & ſeruiẽtes caſtrorum abſq; licẽtia caſtellani, non exeãt ſub pæna auguſtaliũ quatuor, quos ſi non poſſunt ſoluere, ad opus publicum condẽnantur. & cõcordat hoc c.cum c.regis Catol. primi. incip. caſtellani & ſeruientes, & cum alio c. incip.

169 quod caſtellanis noſtrarũ arcium. Cauſę criminales caſtellanorũ per iuſtitiarios regionum tractãtur, hoc eſt quod voluit conſtit.caſtellanorum.

De contumacibus, & pæna contumacium.

170 Cõtumaces in cauſis criminalibus hodie in regno puniũtur pęna publicationis tertiæ partis bonorũ mobiliũ. & eius nomen & alia bona annotantur:ut erat de iure communi.l.1.ff.de requi.re. uerũ ẽ differentia inter ius cõmune & regni.quia de iure regni reſeruantur bona filijs ſecũdum diſpoſitionem conſtitu.incip. grandis utilitas & aliud ius nouum ibi adducitur, qa contumaces banniuntur ſecũdum formã ibi traditam, de quo dixi ſupra in verbo, reputentur contumaces & in verbo, bannientur.& perſeuerentes in contumacia p annum, foriudicantur:ut in cõſtitutio pęnã eorũ ut ſatis ſupra dixi in uerbo, foriu-

171 dicentur. Contumaces ſecurè poſſunt cõparere intra duos menſes a die bãni, & intra illud tẽpus offendi nõ poſſunt, hoc voluit conſt. incip. clementię. idẽ voluit ritus incip.itẽ ꝙ nullatenus bannitus.

172 Siquis fuerit contumax reputatus, & de ſero comparuit ad purgandam contumaciam tenetur ſequenti curia perſonaliter cõparere, & dare fideiuſſoriã cautionẽ de ſtando iuri, & petere, quod procedatur in cauſa;alias contumax remanebit, hoc eſt, quod uoluit ritus incip.item, quod plerũque. & qđ poſſit cõparere de ſero, & purgare contumaciam, eſt ritus incipiens, itẽ ſeruat ipſa curia, quòd ſi aliquis bãnitus. & fideiuſſor cõdemnatus purgat cõtumaciam, ſi cõparet de ſero, & prę́ſentat principalem alias ſecus;in eodem ritu.

173 Et nota, quòd nullus debet de æquitate condemnari prima die poſt ferias; ut uoluit ritus incip. item ſeruat ipſa curia, qđ

174 primo. Et contumax citatus in cauſa ciuili, non põt per procuratorem comparere niſi prius purgauerit cõtumaciã. hoc voluit ritus inc.p.item quod ſi aliquis uel aliqua bannitus, &c. de alijs dixi ſupra in uerbo contumaces reputentur.

De citatis ad informandum.

175 Vniuerſitas citata in criminalibus, poteſt comparere per ſyndicum ſpecialiter conſtitutũ: idẽ permiſſum ẽ in mulierib. coniugatis: ut uidelicet poſſint cõparere per procuratorem cum ſpeciali mandato, hoc uoluit cõſtitutio, generalia iura. & eſt ius nouum ſecundum gl. ibi citari nõ poſſunt ad noueni homines locorum ut in c. item quod iuſtitiarij de cætero.

De foriudicatis & bonis foriudicatorum.

Quia ſupra in uerbo, foriudicentur, plenius retuli iura regni, ideo hic non repetam.

De citatis coram maiori iudice.

176 Si aliquis eſt citatus coram iuſtitiario regionis pro aliqua cauſa, ibiq; cauſa eſt incepta: & demum citatur coram magna curia vicaria. non poteſt deſerere illã cauſam, & comparere in magna curia uicaria: niſi crimẽ, de quo citatur eſſet maius hæc diſtinctio non cadit in crimen læſę maieſtatis hoc uoluit conſti. incip. cõtingit in interdum.

De pœna iudicis qui male iudicauit.

177 Si iudex in cauſis ciuilib. doloſè iudicat, eius bona publicantur: ſed ſi per ignorantiam deliquit, pœna arbitrio regis inferenda plectitur, ut eſt cõſti. regni: ſi iudex

178 fraudulenter. Et ſi male iudicauit in cauſis criminalibus accepta pecunia, pœna capitali punitur, ut eſt conſti. incip. iudex ſi accepta.

accepta. ſecundũ capitula regni iudex condemnans ad mortem, ubi nõ debuit, punitur pœna ſimilitudinis ſupplicij: ut in c. regis Caroli incip. ſi iuſtè quis appellauerit. de iure verò cõmuni non punitur iudex, quando male iudicauit in cauſa ciuili, pęna publicationis bonorum: ſed quãdo dolosè iudicauit ĩ cauſa criminalis, ut patet in auth. nouo iure. C. de pœn. iudi qui ma. iud. ſecundum Af. in d. conſt. ſi iudex fraudulenter.

De crimine corruptelæ.

179 Crimen corruptelæ eſt publicũ, adeò, vt omnibus in iudicio liceat deferre officialem de corruptela, & donatorem uel ꝓmiſſorem, & ſi per legitimas probationes conſtiterit de corruptela, accuſans uel denuntians præmiabitur: & erit præmiũ, qa officialis cõdemnabitur ad ſoluendum dicto accuſatori vel denuntiatori tantũ, quãtum fuerit promiſſum dicto officiali, & ſi dictum promiſſum non ſit certũ, cõſiderata qualitate cauſæ & perſonarum, puniet iudex arbitrio iudicãtis. hoc eſt quod voluit cõſtitutio, corruptelæ. & ſi quis dederit uel promiſerit certum quid iudici, & intra tres dies nõ detulerit, punitur in tantundem ut in d. cõſt. in fi. de iure vete cõmuni, qui corrupit iudicem, litem perdit, ſiue ſit perſona priuata, ſiue publica, ſiue fiſcalis, ut l. 1. C. de pœn. iu. qui mal. iudi. uerũ ſi ipſemet corrũpens id detulerit iudici & ꝓbauerit, ẽ immunis ab omni pęna, ubi verò deferens nõ probat, ſi delatus iurauerit ſe non recepiſſe, liberatur ipſe delatus, ſed deferens in æſtimatione litis punitur, & ſi delatus per iuramentum ſe purgare recuſauerit, punitur, ac ſi contra eũ probatũ eſſet, ut in auth. nouo iure. C. de pęn. iu. qui mal. iud. & iudex corruptus efficit̃ infamis, & damna reſarcire debet l. fin. C. eodem tit. idem uoluit conſtitutio incip. litigator autem. item de iure commvni. ſi qs non pecunia, ſed precibus corrumpit iudicem, punitur pœna cẽtum aureorum. l. prima in fin. cum gloſ ff. ad legem Iuliam de

180 ambi. Et nota vnum notabile verbum, quòd ſi inquiſitus corrũpit iudicem, ut certam pro ſe ferat ſententiam, non punitur de corruptela, nec ipſe, nec iudex, doctrina ẽ Bar in l. q explicãdi. C. de accuſatio.

181 Et de iure ciuili attentans corrumpere punitur ac ſi corrupiſſet. l. imperator Seuerus ff. de iure fiſ. & Bal. in authenti. ſed nouo iure. C. de pœn. iu. qui mal. iudi. in pri. quæſtio. idem eſt de iure regni, ut in cõſti

182 tutu. incip. litigatur autem. Demum ſuperuenit cap. incip. vulgaris famæ proloquium, quo datur forma procedẽdi cõtra iudicem impetitũ de corruptela, & in primis ſtatuit capiendam eſſe informationẽ ex fama iudicis, demum procedatur examẽ teſtium ſuper corruptela: & ſi duo aut tres teſtes cõditionis electę & morum depoſuerint de corruptela, tũc ſi iudex fuerit bonæ famæ, dat̃ ipſi copia nominũ teſtium, non autem dictorum, & niſi aliqd probauerit, quod ipſius innocẽtiã demonſtret, ad condemnationem ipſius procedi debet. ſi uerò fuerit malæ famę, nulla ipſi data copia condemnabitur. debet tamẽ iudex in hoc circũſpectę ꝓcedere, ut ad teſtimonium inimici minimè admittantur, & ſic debet inueſtigare, qui ſint teſtes, & cuius qualitatis, quis ſit zelus delatoris, quæ cã ipſum moueat ad deferendum, & ſi per vnum teſtem tantummodò bonę exiſtimationis & uitę contra iudicem probetur, & deferens inter ſe dediſſe pecuniam iudici & quãtitas non ſit magna, & dans ſit honeſta perſona, cõdemnabitur iudex. ſed ſi per teſtes non põt probari de corruptione prædicta, & delatus ſit malæ famæ, & aliqua ſaltẽ præſumptiue probentur contra eũ, ut quia probatur datis captio & abſolutio ſine cauſa, uel tractatus ſeu pactiones cum officiali habitę ꝓ liberatione, uel alię cõiecturæ appareant in c. deſcriptę, & deferens iuret ſe dediſſe, & quantitas non eſt magna, tunc poteſt ſimiliter iudex condẽnari. at ſi officialis fuerit bonę famę, quantũcunque probẽtur præſumptiones & cõiecturę, uel indicia cõtra eum, præcipuè, ubi deferens leuis uitę compertus fuerit, tũc ad condemnationem minimè deueniri poteſt: ſed ſi deferens ſit perſona approbatæ uitæ, & probentur contra officialem uiolenta indicia, quantumcunque ſit officialis bonæ famæ repertus, ſi quantitas data nõ eſt magna condẽnabit̃ officialis ſed vbicũque propter defectum probationis condẽnatio ſequi non poteſt, & ſunt indi-

cia,

cia, debet delatus per iuramentũ ſe purgare, & ſi officiales fuerint de corruptela cõdemnati non poſſunt appellare: ſed tantũ modò ſupplicare, & ipſa ſupplicatio non ſuſpendit pronuntiatũ niſi quouſque ipſa ſupplicatio corã principe præſentetur & dictum cap. fuit factum ad beneplacitum, de cuius intellectu uideatur Par. de Put. in lib. ſyndica. in uerbo, corruptio. & uide ca. inci itē, quod in omni caſu, quo cauetur, quòd quando contra officialem legitimè nõ probatur, poteſt ſe per iuramentũ purgare, ſi uero iurare recuſauerit, debet ſtari iuramento partis aduerſæ de eo, quod dicit ei dediſſe.

De non opprimendis uaſallis a dominis.

183 † Non debent barones ſuos uaſſallos indebitè opprimere, uel eis aliquid auferre, & ſi contrafecerint, puniuntur in refectione expenſarum, & rē ablatam tenentur reſtituere, & ſoluere duplũ curię. ſi uero uaſſalli indebitè querelantur cõtra dominos debent in expenſis condemnari hoc eſt ꝙ uoluit cõſti. incip. pręſenti conſtitutione. demum ſuperuenit regia pragma. inci. magnifico uiro Aloyſio Coppulæ quæ eſt regis Ferdinãdi, qua cauetur, quòd barones exigentes & extorquentes a uaſſallis adiutoria in caſibus nõ permiſſis. ultra emēdationem damni faciēdam illis, quibus illatum eſt, tenentur ad duplum regiæ curię, nec poſſunt barones ſuos uaſſallos prohibere uendere, uel cogere, ut uendant, ſub pœna ducatorum mille, & eſt pragm. Cęſ. ma. Caro. V. imp. inci. quinetiã qua cauetur uaſſallos non opprimi a ſuis dominis. item eiuſdem eſt alia pragm. inci. item ex quo diuino qua cauet, ꝙ barones non debēt impedire matrimonia inter ſuos uaſſallos directè uel indirectè, ſub pęna reſeruata regiæ maieſtati ſeu uiceregi. item eſt alia prag. incip. audiuimus etiam. quæ mãdat nõ imponi nouas angarias & gabellas ſubditis per barones; niſi in caſibus a iure permiſſis. item eſt alia pragma. incip. graues inſuper. quæ mandat baronibus, ut nõ cogant ſuos uaſſallos ad emendum ſua bona, ſub pœna reſeruata regi, & perditionis pretij coactę uēditionis, & quod uenditio ſit nulla, item eſt alia prag. inc. audiuimus etiam complures barones, quę mandat baronib. ut non conſtringant ſuos uaſſallos accedere ad ſua molendia, furnos, uel torcularia, niſi habuerint barones ius prohibendi ex conſuetudine uel priuilegio.

De ſeruis fugitiuis.

184 † Seruos fugitiuos nullus capere debet, & ſi cęperit, ſtatim domino reſtituat: & ſi ignorauerit dominum, aſſignet baiulis & officialib. locorum qui contrafecerit, ipſe & omnia eius bona, regis efficiuntur. hoc uoluit conſtitutio incip. ſeruos & ancillas & eſt alia pœna de iure communi, quàm ſecundum hanc conſtitutio. ut habetur in l. quicunque. C. de ſeruis fugi. & hæc conſtit. in parte corrigitur per conſtitut. incipien. mancipia.

De falſis.

185 † Falſificantes literas regias, aut ſigillũ capitaliter debent puniri ut habetur in cõſtitu. qui literas. & non eſt diſtinguendum an literæ regiæ continebant iuſtitiam, an gratiam: an fiat falſitas per notarios cancellariæ, an partem, an talis falſitas ſit alicui nocitura, an non, an modica ſit raſura, nec an ille, qui falſificauit, uſus fuit, an non, nec an illę literæ falſificatæ ſint iuſtę an iniuſtæ, ut habetur per Afflict. ibi. & dicit Afflict. quòd intelligitur de pęna capitali, quæ eſt deportatio. ſed ſuperuenit ca. regni regis Caroli incipien. ut quæ ab excellentia, quod ſtatuit pœnam ultimi ſupplicij in falſificantes literas & ſigillum regis; ut refert etiam Afflict. in cõſtit. in fin.

186 † Vtens falſo inſtrumēto ignoranter, excuſatur a pęna falſi; ut eſt conſtit. inci. qui falſo & cõcordat cum l. ſi falſos. C. eo. ſed dicit ſubaudiendum eſſe Affl. ibi, ſi deſiſtat ab uſu: & in hoc eſt emanata regia pragmat. incip. teſtem falſum. qua cauetur, ꝙ niſi ꝓducēs renuntiauerit uſui infra octo dies poſt proceſſum publicatũ, poteſt de

187 falſo puniri. † Et qui inſtruit teſtes ad falſum deponendũ, pœna falſi coercetur; ut habetur in conſtit. qui falſitatem. quæ concordat cum l. j. in prin. & § j. ff. ad leg. Cor. de falſ. & intelligetur de pęna ſecundũ ius cõmune, quæ in homine libero eſt deportatio

tatio cum publicatione bonorum, ſecun-
188 dum Affli.ibi.† Et qui celat teſtamentū uel aliud inſtrumentum, tenetur de falſo: ut habetur in conſtit.teſtamentorum con cordat tex.l Paulus.§.Paulus.ff.ad legem
189 Corn.de falſ.† Et ſimiliter de falſo tenetur qui aboleuit teſtamentū patris,in hūc finē,ut ei ſuccedat ab inteſtato, & perdit hæreditatem,ut in conſtitu.ſi quis patris.
190 † Et in pęna falſi qualitas perſonę eſt in ſpicienda & ſatis attendēda,ut in conſtit.
191 qualitas perſonæ. † Et ſi teſtes in aliqua cauſa falſum depoſuerint, poſsūt ex eodē proceſſu pœna falſi puniri,& ſufficit ſi citentur ad dicendum cauſam, quare nō debeat puniri de falſo; qui ſi non comparue rint,illa contumacia ſufficit ad eos condē nandum; ut hr̄ in regia prag. teſtem fal-
192 ſum.† Et ſi teſtis de falſo condemnatus iterato falſum committat,ultimo ſupplicio punietur,ut eſt alia regia prag.incip. teſtes inſuper falſos.Et per querelā de falſo contra teſtes & partem, non retardatur curſus cauſæ principalis, ut in regia prag. incip.Raymundus uniuerſis.

De falſa moneta.

193 † Cudētes falſam monetam,uel ſcientes accipientes aut conſentientes, pœna capitis & publicatione bonorum plectuntur: ut in conſti.incip. adulterinam monetam quæ concordat cum l.2. C. de falſ. mone.
194 †Et qui pecuniam argēteam uel auream raſerit aut diminuerit,pœna eadem plecti tur;ut in cōſt.qui nummos.& eſt cōfirma tūm per regem Carolum, ut habetur in c. iam ſæpe ad nos.& ultra ſtatuitur,quòd tales punientur,ſicut de crimine læſæ maieſtatis;& quod accuſator talium ipſis cōui ctis,debet habere uiginti auguſtales, & plenam fidem facit in tali crimine unus teſtis fide dignus de uiſu,& fama publica.

De veneficijs.

195 † Capitali ſententia debēt plecti,qui ad alienandos animos;uidelicet ad amorem uel odium:aut ad fatuitatem cauſandam, mala medicamenta homini dederint, aut uenenu,ut homo moriatur,& ſimile ſi aliquis habuerit uenenum penes ſe uel in domo,uel illud uēdiderit, ſimili pęna plecti tur;ut in conſti.mala noxia.concordat cū c.homicidas.23.q 5.& in l.3.ff.ad l.Corn. de ſicar.& intelligitur text.de uendente & habente penes ſe,ita uidelicet ſi cauſa occidendi hominē habuerit, uel uendiderit & ibi dicit Afflic.quod eadē pœna plecta tur & emptor;ut in conſtitu.incip. eadem pœna.& in quantum ſupra dicitur, quòd eadē pęna punitur uendens uenenū ad nocendum,idem ſtatuitur in cōſti.incip.qui
196 cunque toxicum. † Et qui inſtiuxerit poculum amatorum, etiā ſi neminem læſerit,non erit impunis,ut in conſt.incip.poculum amatorium.ſed punitur,ſi eſt honeſtæ uitæ,relegatione ad inſulā, amiſſa par te bonorum;& ſi eſt ſeruus,ad metallum damnatur.l.ſiquis § abortionis.ff.de pęn. & porrigentes uel dantes amatoria pocula, ſi ſequatur mors,pœna mortis plectentur; ſi uerò ſumens in aliquo non lædatur publicantur omnia bona, & per annū carcerantur;ut habetur in conſtitu amatoria pocula.

De adulterijs.

197 † Adultera licet de iure communi pœna mortis plectebatur, ut C.eo.tit.l.caſtitatem.& l.quamuis. tamen de iure regni punitur aliter.quia traditur uito, ut ille ipſi trūcet naſum:& ſi uir noluerit naſum trūcare,publicè flagellabitur; ut in conſti.legum aſperitate & ſic ſolum in adultero eſt hodie pœna mortis.per d.l. quamuis.quæ per conſti.regni non immutatur. & de iure etiam canonum eſt pœna capitis in adultero,ut extra de pro.c.tuæ.inſt de pu. in.§.ſed & lex.
198 † Et maritus ſi reperit vxorem in adulterio, nulla mora protracta utrunq; occidere poteſt;ut in conſtit.ſi maritus.& eſt notandum,quod iudex eccleſiaſticus, eſt iudex competens in cauſa adulterij,ut in cō ſtitu.inci.maieſtati noſtræ. quod qualiter intelligatur,uide Afflict ibi.

De lenonibus.

De lenocinio dixi ſatis ſupra in uerbo, & lenociniū commiſit.ubi habes,quę ſint de iure regni ſtatuta,quæ hic non repeto.

De vendente liberum hominem.

9 Qui ſciens liberum hominem uēdiderit, debet redimere ipſum ſic venditum, & ipſe vendens efficitur ſeruus curiæ, & omnia eius bona publicantur, & ſi non poteſt redimere illum ſic vēditum, debet ipſe tradi parentibus venditi, & nihilominus omnia eius bona publicantur, & ſi cōtigerit, ut quòmodocunque ille ſeruus vēditus redeat, debet ipſe vendens tradi pro ſeruo regiæ curiæ in perpetuam ſeruitutē. hoc eſt quod uoluit conſtitu. incip. qui ſciens.

De incendijs.

00 Incendiarij domorum de nocte, puniūtur pœna mortis, ut prouiſum eſt per cōſt. inci. ſuper incendiarijs. & per conſt. regni incip. qui doloſè ſtatutum eſt generaliter quòd incēdiarij domorum in ciuitate, capite puniātur, ut in conſt. qui doloſè. ſunt etiam duo capitula regis Caroli de imponente ignem in ſtuchijs camporum, quæ aliter non refero.

De ludentibus ad dados.

01 Ludentes quotidie ad alvam & dados, & tabernarum frequentatores, inter infames habentur, & proinde a teſtimonio repelluntur, ut in conſtit. mores diſſoluti.

De blaſphemantibus.

02 Blaſphemantes Deum linguæ amputatione plectuntur, ut in conſti. blaſphemantes. de iure communi erat pœna mortis, ut in auth. ut non luxu. contra na. colla. 6. ſuperuenit demum regia pragma. regis Ferdinandi incip. maxima nobis ingratitudo. qua cautum eſt, quòd blaſphemantes non attenta qualitate perſonarum, ſemper corporaliter puniātur, iuxta formā regni conſtitu. & ſi officiales tales blaſphemātes nō puniant, priuantur ſuis officijs, & alijs pœnis plectantur de iure verò canonico ſi ſacerdos vel clericus blaſphemauerit, priuabitur fructibus beneficiorum per annū pro prima vice, & pro ſecunda vice, ſi vnicum habuerit beneficiū debet eo priuari, ſi autem plura, illud quod uoluerit ordinarius debet amittere, & pro tertia vice dignitatibus & beneficijs omnibus priuabitur eaq; liberè impetrari & cōferri poterunt, & eſt ius nouiſſimum ſtatutum in concilio Lateranenſi ſub Leone decimo, ut refert Io. Dia. in practic. crimin cano. in verbo, blaſphemijs.

De periurijs.

203 Periurium committētes in iudicio, vel extra ſcienter, manus amputatione plectētur, ut eſt conſtit. eos qui ſcienter, & nota quòd extant duo ritus magnæ curię vicarię: unus incipit, item nota quòd ille. alter īcipit, idē ſeruat ipſa curia, quòd ſi aliquis quibus cauetur, quòd contra eum, ſ contra quem pręſentatum, & liquidatū eſt inſtrumentum proceditur ad mutilationem manus. hodie tamen in periurijs, quę extraiudicium committuntur in cōtractibus, nō proceditur ad mutilationem manus. & eſt notandum, quòd eſt noua pœna, quę non erat de iure communi. ſecundum Affli. ibi. Et aduerte quòd aduerſus citationes de periurio & crimine ſtellionatus poſſunt allegari exceptiones abſentiæ infirmitatis carceris nullitatis, & ſubmonitionis. Eſtq; notādum, quòd citatus & actor, debēt perſonaliter comparere, tam in accuſando primam contumaciam, quàm vltimam. Et ſi reus non cōparet remanet condemnatus, & à die condemnationis per menſem nō poſſunt expediri literę exequutoriales. Elapſo menſe expediuntur tantū, de capiēdo reum contumacem de perſo. ad hoc vt veniat recepturus copiam libelli, & adimpleturus adimplenda. Et nota quòd condēnatus de periurio, & crimine ſtellionatus poteſt cōparere de ſero, & ſequenti curia tenetur comparere recepturus libellum, & ſi actor adeſt, fit mādatum debitori quòd nō diſcedat, & recta curia recipiat libellū videlicet, cōteſtat litem coram iudice de faciē ad faciē cū creditore, & præſtet cautionem de ſtando iuri in forma; & ſi actor abſit, fit mandatum quòd durāte curia nō diſcedat, & recta curia licentiatur, & deletur à lib. condemnatorum. Item eſt aduertendum quòd in cauſis periurij & crimine ſtellionatus, pro mulieribus honeſtis, pro

eccleſijs,& pro uniuerſitatibus,pro cicatri ce & conuentis poteſt comparere procurator cum ſpeciali mandato, & admittitur, ac ſi reus pſonaliter cõparuiſſet. Et ſi petatur edi inſtrumentum tempore condẽnationis,non debet edi; ſed eſt exhibendum tempore offerendi libelli & litis cõteſtandæ, etiam ſi opponatur non eſſe ſtipulatũ de facie ad faciem. Item notandum eſt, ꝙ pro condemnato de periurio,ſeu crimine ſtellionatus,quãdo uocatur ciuilis citatio pro debito nõ poteſt comparere procurator;ex quo pro bannito nemo loquatur,& remanet etiã cõtumax,& poſſunt ſequenti die expediri literæ exequutoriales ex primo decreto,& facta exequutione, non expectatur trimeſtre tẽpus, ſed ſtatim poteſt expediri mandatum ad releuendum re uocato precario & ad ſe reuocato, ſi dicta citatio fuerit expedita ſuper inſtrumento iurata, & iſte ordo ſeruatur in magna curia. Itẽ aduerte quòd in cauſa periurij fit; publicatio,ſalua de emptione,& ſtatim facta publicatione citatur fideiuſſor ad præſentandum,& eſt neceſſe quòd reus cõpareat & pręſtet aliam fideiuſſionem de ſtando iuri etiam poſt ſententiã, quod ſi factũ non fuerit,fide uſſio pręſtita extinguitur. & lata ſententia fideiuſſor non tenetur ad præſentationem principalis, & hæc ſcias practicare.

De ſepulchro uiolato.

204 Qui ſpoliat mortuum vel occiſum, pęna mannus punitur, & nõ ex hoc cẽſentur ſublata diſpoſitio per ius cõmune circa violatores ſepulchrorum, ut habetur conſtit. ſi quis aliquem occiſum.

De occupantibus rem ad fiſcum pertinentibus.

205 Qui occupatã tenuerit terram, vel baroniam ad fiſcum pertinẽtem, publicatione omnium ſuorum bonorũ plectetur, vt habetur in c. inci. prædeceſſorũ noſtrorũ, & ſimiliter qui occupat aliquam rẽ particularem de demanio regis punitur pœna quadrupli omniũ redituum & prouentuũ quos percepit occupator ex re demaniali ſpectante ad regium fiſcum,ut in d.c.& illud allegat Afflict. in conſti. inter multas.
206 in quarto no. in fi. Et eſt notandũ,quòd debet ſeruari ordo iuris,quando fiſcus pręcẽdit,quòd aliqua perſona priuata detineat res uel iura fiſci occupata, & antequam legitimè conuincatur occupator,non debet ſpoliari vt habetur in ca. itẽ ſtatuimus quòd ſi procuratores fiſci. de quo meminit Afflic in d. conſtit. inter multas. in quarto no. in fi eſt etiam aliud c. inci. ex commiſſi nobis. quo cauetur,ꝙ ſub pœna unciarum mille occupatores rerum demanialium debent bona occupata relaxare, alias ſine alio proceſſu procedetur ad exactionem dictæ pœnę.

Vt nullus retineat commendatos in terris demanij.

207 In terris demanij nemini licet tenere affidatos,aliàs tenetur reſtituere, ipſos cõmendatos,& ad pęnam decem librarũ auri pro prima uice, & pro ſecũda vice tenetur ad pœnam publicationis omniũ bonorũ,& pro tertia uice vltimo ſupplicio condemnabitur,ut eſt tex. in c. regis Caroli in
208 cip prædeceſſorum noſtrorum. Item in terris baronis nõ poſſũt recipi vaſſalli demaniales ſub pœna omnium bonorũ,quę tenet baro in regis dominio,ut habetur in c. regis Roberti, incip. cum ex noſtra cura.

De proditoribus eorumq; pœna.

209 Proditores puniuntur pœna mortis & publicatione omnium bonorum;ut habetur in c. nuper apud Tranum. & qui dederit cõſilium uel fauorem,aut receptauerit, eadem pœna punietur,& qui liberos receptauerit vel dederit auxiliũ vel cõſilium, grauiſſimis pœnis arbitrio regis punietur. & ſi quis ſciuerit eſſe proditores in regno et celauerit;uel ubi potuiſſet capere,nõ cepit,uel ſi non potuit capere,nõ acclamauerit alta uoce,ut ꝓditor regis in pſona &
210 rebus grauiſſimè puniatur. Et poſtquã captus fuerit quis ꝑ crimine lęſę maieſtatis,non poteſt abſolui,nec datis uel nõ datis fideiuſſoribus carcerare liberari, vel eorum bona reſtitui,ſine regis ſpeciali mandato, & quando denuntiatur regi; debet denuntiari in forma deſcripta in d.c. nuper

211 per apud Tranum. Et ſi ex cauſa proditionis bona proditorum ad curiam deuoluta fuerint intra annum unũ uel bienniũ ſeruata diſtinctione abſentium uel præſentium qui in dictis bonis ius habere confidit, contra curiam regiam, cumque qui à curia tenet, ius ſuum intẽtare debet; quòd ſi non intentare curet, ultra nõ auditur; ut
212 habetur in cap. & ſi frequenter. † Et filię filijve proditorum nõ poſſunt matrimonia contrahere abſque aſſenſu regio, ſub pœna publicationis omniũ bonorum: ut in cap. ſatis conſt de quo dixi ſuprà, ne filij pro pa. & idem ſtatuitur in filijs & filiabus bannitorum & forjudicatorum ut ibi ſed iſtud ultimũ corrigitur per cap. incip. humanitatem quoque & probatur primũ.
213 † Et bona proditorũ ipſo iure ſunt fiſci abſque ademptione poſſeſſionis; & intra annos uiginti numerandos à die commiſſi delicti, poteſt ea fiſcus uendicare à quibuslibet detẽtoribus; & poſſeſſores iuuentur legitimis exceptionibus; ſed ꝓditores & filij nulla exceptione iuuantur: ut habetur in cap. incip. bona proditorum.

De quæſtionibus & tormentis.

214 † Ad torturam procedi nõ poteſt, niſi ſecundum ordinationem & formã cõſtitutionem regni & iuris communis; vt in ca. incip. item caueant. nec ad torturã procedi poteſt ſine conſilio iudicum, ut in cap. itẽ quòd in cognitionibus omnium cauſarum. & per regiam prag. incip. mandamus quoq;. cautum eſt, ſi ſunt quatuor iudices, omnes debent notare & ſubſcribere
215 decretum de torquendo † Et tortura habet locum in his delictis, in quibus uenit imponenda pœna ultra relegationem in conuictis; & debet dari præcedentibus legitimis indicijs, argumentis ſuſpicionib. & excuſſione qualitatis & cõditionis perſonæ quæſtionibus exponen̄ ꝗ, ut in c. tor-
216 menta. † Et torturã debet dari in publico coram aſſeſſoribus, actorũ notario, & aduocatis; ſed ex cauſa in occulto datur. ſed confeſſio facienda per tortum fit in ſecreto: ut habetur in cap. habebitur. ſed de facto non ſeruatur; quia datur tortura in occulto & abſentib. aduocatis licet aduocatus fiſci ex quodam abuſu interueniat.
217 † Et ante torturam debet dari copia indiciorum, argumentorum, & ſuſpitionum, propter quæ deuenitur ad torturam; aliàs proceſſus erit nullus; ut in eodem cap. de quo die, ut ſupra, in loco ſuo dixi.
218 † Et in accuſatis de crimine læſæ maieſtatis, hæreſis; & in publicis latronibus; & diſrobatoribus ſtratarum, captis in flagrãti crimine, aut in fuga; & in teſte uacillante, & in eo qui deliquit iudice ſedente pro tribunali, debet ſeruari ius commune, ut præter formam & modũ præſentis edicti ſubdantur quæſtionibus, ſicut iudici uide-
219 bitur; ut in cap. in accuſatis. † Et ſi contra formam a iure introductã fuerit quis per officiales tormentis expoſitus de conſilio iudicis & aſſeſſoris, debet puniri ipſe aſſeſſor, niſi arguatur officialis de dolo, quo caſu uterq; puniatur, ut in d. cap. in accuſatis, & ſi officialis tormẽtauit aliquem abſque cõſilio aſſeſſoris, ipſe officialis punitur, & excuſatur aſſeſſor, ſi ignorauit; uel ſi ſciuit & pertinaciter reſiſtit.
220 † Et quando aſſeſſor reſiſtit tenetur notarius actorum ſub pęna ſcribere illam reſiſtentiam; ut in dicto cap. in accuſatis.
221 † Item per cap. incip. tormentis. eſt ſimiliter prouiſum, ut tormenta inferantur in crimine læſæ maieſtatis, aut in diſrobationibus ſtratarum, ita ſi contra tales publica fama ſit, & ſufficientia præcedant indicia: ſic etiam in homicida, aut aliàs delinquẽte enormiter, capto in flagrãti crimine: ut habetur in cap. incip. tormentis. & adde; quòd iſtud capit. licet ſit poſterius in ordine, quàm capitu. in accuſatis. tamen illud corrigitur per iſtud, ut etiã tortura habeat locum in teſte uacillante, ut hic dicũt moderni. & intellige hoc & illud, ut tortura habeat locũ in iſtis caſibus præter formã capitulorũ regni, ſed ſeruata forma iuris
222 communis. † Item per capit. incip. item prouiſa iuris ſanctio, eſt cautum, ut tormenta etiam die feriato inferãtur latronibus, & ſtratarum diſrobatoribus, aut alijs enormiter delinquentibus, qui etiam poſſunt & debent tormentari, ſi & prout uidebitur officiali, ut ex dicto capi. ex ſumpta præeminentia magnæ curiæ uicariæ. & ſimiliter eſt ſtatutum per capitul. incipien. idem magiſtris. quo cauetur, ut in talibus caſibus non obſeruatis capitulis regni, de.

iure communi tormententur tales.

De appellationibus recipiendis.

223 † Si contigerit appellari a decreto de tor quendo, & iuſta eſt appellatio, debet admitti, & interim ad torturam nõ procedi, quod ſi non admiſſa appellatione iudex ad torturam proceſſerit, ut dictum eſt, appellatio interpoſita erit iuſta; uel proceſſerit ad torturam, ubi non debuit; aut contra formam iuris, ſi tortus ex tormentis ipſis, propter confeſſa in tormentis, mortuus fuerit iudex ipſe ad ultimũ ſupplicium propterea tenetur: & ſimili pœna tenetur iudices, qui reiecta appellatione a diffinitiua condemnatoria ad mortem, exequutioni ſententiam ipſam demandauerunt. & ſi tortus ex tormentis mortuus non fuerit: iudex ipſe in pœnam carceris biennalis incurrit, & tertia pars bonorum ipſius omnium commodis curiæ ipſo facto applicatur. & ſimiliter ſi damnatus ad mortem non admiſſa appellatione, non fuerit traditus morti, ſed ad aliud ſupplicium, iudex in ſimilem pœnam incurrat; & officialis ſic ſemel punitus ad aliud officium nunquam recipiatur & ſi per proceſſum apparuerit, quod contra formam iuris & capitulorum fuerit ad torturam proceſſum, etiam ſi tortus cõfeſſus fuerit ſpõte illa talis confeſſio nulla erit; ut habetur

224 in cap. ſi iuſtè quis appellauerit. † Et eſt notandum, quòd fiſcus nũquam appellat à ſententia abſolutoria; ut habetur in ritu incipien. ubi uero denuntiatus. de quo ſupra in loco ſuo dixi. eſt tamen bene uerũ, quod de iure capitulorum regni ubicunque ex officio procederetur & daretur ſententia abſolutoria, à qua nullus appellabat, debebat ipſa ſententia abſolutoria notificari ſuperiori, ad quem deberet appellari; iſque debebat intra decẽ dies reſcribere iudici, qui tulit ſententiam, & interim cognoſcere de meritis cauſæ; & ſi appellatum ab aliquo fuiſſet, uel infra menſem a die, quo inferioris ſuſcepiſſet literas, de iuribus ſententiæ & proceſſus nõ cognouiſſet, ſententia in rem iudicatam tranſibat; ut habetur in capitul. plerunque contingit. quod eſt ſublatum per ritum, poſtquam appellari non poteſt.

De inuentore theſauri.

225 † Si quis inuenerit theſaurum, ſine ſpeciali mandato regis capi non poteſt, niſi de theſauro inuentor conſtet, uel uériſimilibus indicijs appareat; quo caſu poteſt capi & carcerari, & inde ſtatim debet referri ipſi regi tenor totius proceſſus, & quicquid inde inuentum eſt; ut habetur in c. prædicti magiſtri procuratores.

De excommunicatis.

226 † Excommunicati qui ultra annum in excommunicatione perdurauerint, debẽt curiæ ſeculari denuntiari; ac per eam pœna debita plecti. hoc dicit tex. in cap. item ſtatuimus, quòd ſi contingat. & hæc pœna ſtatuitur per aliud c. inci. ſi quis excommunicatione. quo cauetur, quòd talis excommunicatus ultra annum in excõmunicatione perdurãs, ſi comes fuerit, ſoluat curiæ uncias uiginti quatuor; ſi Baro 12. ſi miles ſimplex, ſex, ſi burgenſis, tres, ſi ruſticus, unciam unam & ſemis, & ſi ſecundo anno perdurauerit, eſt pœna dupli quantitatis prædictæ, & ſi tertio, triplum; & ſic

227 de ſingulis. † Item ſtatutum eſt, quod ſi agatur criminaliter, uel de ſpolio uel ex quauis alia cauſa cõtra aliquem & per accuſatum excipiatur quòd accuſator eſt ex communicatus, ne cauſa impediatur, debet procedi in cauſa per iudicem, ac ſi nullus accuſator foret, & nihilominus ipſum ſic excipientem de excommunicatione iurare faciat, quod exceptionem ipſam non calumniæ cauſa obijciat, uel animo differẽdi iudicium; & deinde debet aſſignari terminus ipſi excipienti, intra quem probet dictam exceptionẽ, qui ſi defecerit in eius probatione debet priuari poſſeſſione ipſo facto; ut habetur in cap. Regis Roberti in

228 cip. pro bono ſtatu. † Et, ſi fuerint teſtes allegati excommunicati, debent ad cautelam abſolui; & ſi per eos ſententia fuerit lata, retractatur ſententia ipſa ac ſi foret lata per falſos teſtes uel inſtrumenta; ut habetur in cap. eiuſdem regis Roberti incip. ne per exceptionis anfractum.

Vbi de crimine agi oporteat.

229 De crimine eccleſiaſtico non dẽt agi coram ſeculari, ſed corã eccleſiaſtico tm̃: ut in cap. item ſtatuimus, quod officiales.

230 ¶ Item uaſſalli eccleſiarum in ciuilibus non trahuntur coram ſeculari ſed pro criminalibus: pro ſpretis uidelicet defenſis, portatione armorum, & alijs, ut habetur in cap. item ſtatuimus quod iuſtitiari.

231 Item de grauaminibus illatis per prælatos, uel alias perſonas eccleſiaſticas uaſſallis eccleſiæ uel alijs, poteſt cognoſcere iuſtitiarius prouinciæ; ut habetur in

232 c. ad regale faſtigium.† Item malefactores aufugientes de vna prouincia in aliam poſſunt inſequi per 15. militia intra aliã prouinciam, & per capientem puniri; vt in c. Regis Roberti. incip. diu iam.

233 † Itẽ ſi delinquentes aufugerint de vna ciuitate in aliam, debẽt capi ad requiſitionem iudicis delicti, & ad eũ remmitti, ut puniantur; ut habetur in pragmatica regis Ferdinãdi, inci. licet ut uniuerſalis Italiæ

234 par.† Item ſciendum eſt, quod pro priuatis cauſis nõ debent extrahi extra diſtrictum proprij incolatus, ut in pragm. regis Ferdinãdi inc. item quod officiales regis. eſt cautum, quod non põt capi delinquentes extra territorium, & remitti ad iudicẽ loci delicti ibidem puniẽdi: niſi eſſent latrones publici & diſrobatores ſtratarum, qui quoſcunque puniri poſſunt.

De confeſſis

235 Confeſſiones extortæ per ſuggeſtionẽ & promiſſionem gratiæ, ſunt nullius momenti, ut habetur in c. inci. multorum ad aures noſtras.

De procuratoribus.

236 †Si ultra decem accuſantur uel inquiruntur poſſunt conſtituere procuratorem niſi in crimine hæreſis, & læſæ maieſtatis, ut habetur in c. incip. idem ſtudio. idẽ ſtatuitur in c. incip. ſtatuimus, ut quoties. ſed ibi eſt unum plus quod corrigit præcedẽs cap. in quantum uolebat, quod ad hoc ut procurator conſtitui poſſet, debebant eſſe vltra decem, ſed iſtud cap. voluit, quod ſi ſunt decem, licet non vltra, poſſunt procuratorem conſtituere.

De pœnis.

237 In pœnis fiſco aquirendis pecuniarijs proceditur ſummarie, ſimpliciter, & de plano, ut habetur in cap. reg. s Caroli inci

238 pien ab olim.† Pœna portationis armorum, homicidij cladeſtini, aliæque pœnæ, ſiue certæ ſiue arbitrariæ, poſſunt ſi pecuniariæ ſunt componi & moderari, ubi paupertas, impotẽtia uel alia rationabilis cauſa ſuaſerit; ut habetur in c. regis Roberti incipient. exercere volentes.

239 †Sed ſi proceditur contra latrones famoſos aliosque maleficos grauium ſcelerum labe reſperſos non põt eorum pœna corporalis in pecuniariam commutari ut habetur in c. regis Roberti incip. ne peruerſo

240 iudicio. † Demum extat aliud c. eiuſdẽ regis, quo pinguius prouidetur, ne in vllo delicto, ubi pœna corporalis ueniret imponenda, ea in pecuniariam commutetur ſub pœna; ut in c. ne quis ſua malitia.

241 †Sed ſiquis bonæ conditionis & fam. aliquem vulnerauerit, & vulnus non eſt lætale, nec membri mutilatio ſequitur ad cõpoſitionem pecuniariam admitti poteſt, ut in cap. incipi. ad peruerſorum, de quo ſupra dixi.

242 † Item per prag. Cæſ. maieſt. incipien. & quia facilitas. cautum eſt, quod pœnæ mortis, & membri mutilationis, inconſulto pro rege, minime commutari queũt; ſub

243 pœna, de qua ibi. † Et per ritum magnæ curiæ uicariæ eſt cautum, quod nunquam deuenitur ad commutationem pœnæ, uel compoſitionem, niſi parte denũtiante, remittente, ut in ritu. item, quod ubi proceditur ex officio. & in alio ritu. incip. item quod dictus locum tenens. licet in alio ritu ſtatuatur, ꝙ poſſet cõponi de quocunq; maleficio, ſaluo iure partis, & quando fit cõpoſitio, debet fieri in præſentia iudicũ, actorum notarij, & ærarij curiæ & idem, quod ſupra, ſtatuitur per alium ritum in cap. item ſeruat ipſa curia nullum.

244 † Item per alium ritum incip. itẽ quod nullus accuſatus eſt ordinatum, ut nõ poſſit deueniri ad compoſitionem, niſi proba

to delicto per teſtes, uel per cōfeſſionem
245 rei.† Compoſitiones non debēt ueri abſ que interueniu officialium, ærarij, & magiſtri actorum; vt in conſt. cauſas.

De receptatoribus.

246 Receeptatores malefactorum eadē pœna puniēdi, ſunt qua ipſi malefactores ꝓ ſuis criminibus puniendi eſſent. & terra, vbi fuerint receprari per barones, ꝑ quinquennium erit fiſci. & ſi vniuerſitates receptauerint, illi, q̄ ſunt maiores de ipſa vniuerſitate, & potuerunt prohibere receptationem, puniātur alias tota vniuerſitas puniatur; vt pro quolibet foculari auguſtale vnum ſoluatur; vt habetur in c. regis Ro-
247 berti inci. licet cōtra receptatores.† Sed per aliud c. eiuſdem regis Roberti incip. ad iniuſta remouenda grauamina eſt ſtatutum, quòd non poſſint vniuerſitates componere & puniri de receptatione bannitorum & aliorum malefactorum. alia uero iura regni ſuper hoc vide ſupra in uerbo, banniantur.

De fideiuſſoribus.

248 Fideiuſſores in criminalibus iurant, ſicut ipſi principales, ut hr̄ in ritu incipiē. in primis: & quando fideiuſſores ſe obligant pro principali inquiſito de eum præſentando, ſi, & quoties fuerit ipſe principalis requiſitus, vel ipſi fuerint requiſiti de præſentando, ſi curia uoluerit præſentiam inquiſiti habere, & extraiudicialiter voluerit requirere fideiuſſores, vt ꝑſentet, debēt requirere ipſum principalem, vt ſe ꝑſentet. & fideiuſſores, vt præſentēt ad pœnam fideiuſſionis tenebunt, & ipſe principalis ad pœnam vnciarum quatuor iuxta ritum magnæ curiæ vicariæ inci. itē notā
249 dū eſt.† Et ex hoc infero, quòd licet forma fideiuſſionis ſit, quod quoties fuerit requiſitus ipſe principalis, ut ſe præſentet toties teneātur fideiuſſores præſentare, tamen ſi non præſentarit ſe reus, nō ex hoc ſunt in pœna fideiuſſores ipſi. quia debuerunt requiri iuxta formā dicti ritus, licet cōtrarium voluerit Bal. in addi. Spe in tit.
250 de dol. & cōtum. in rubrica.† Item debēt requiri ipſi fideiuſſores cū inſerta forma fideiuſſionis, & licet requirantur in eodē loco ubi ſunt ipſi fideiuſſores, debet fieri citatio clauſula ſigillo iuſtitiæ; quo curia vti᷑ iuxta ritū magnæ curiæ uicariæ inci. itē qn̄ requiritur. ego non vidi fieri citationem clauſam, ſed cum ſigillo & cū in-
251 ſerta forma fideiuſſionis, ſic.† Sed nunquid iudices, ſi, & quando uidebitur, & ad ſuum libitum poſſit requirere fideiuſſores vt præſentet principalem. Bart. & Alex. in l. pe. ff. de quæſtio. dicunt, quòd non; ſed bene ſi poſtquā ipſe principalis liberatus fuit ſuperuenerunt noua indicia, ex q̄bus poſſet ad torturam deueniri; & non aliter, & tunc ſi fideiuſſores non præſentauit, cōdemnantur ad pœnam, & ipſe principalis contumax reputatur, ac ſi, & ꝑut a principio poterat, ut ibidem habetur per Bartolum, & intellige ſi ſuperuenerunt noua indicia in eo delicto, pro quo fideiuſſores ꝑ ſtitit. adde quod hoc eſt uerū, quādo reus fuit liberatus ſub fideiuſſoribus factis defenſionibus & purgatis iudicijs ac ſecus, ſi ante cognitionē dilecti fuerit libertatus, quia eo caſu poſſunt citari fideiuſſores ad pręſentādum, ēt ſi noua nō ſuperuenerint indicia, ut bene concludit dom. Dyn. de Mux. in conſ. 39 quidam nomine Citadinus. quod nota. Vide Alexan. in conſ. 80. alias in ueteri impreſſione. 375. ſecūdo li. col. pe. verſ. Vlterius autē ad inducendū.
252 † Sed pone quòd reus liberatus ſub fideiuſſoribus nouum commiſit delictū, cuius rei cauſa iudex citat fideiuſſores, ut ꝑſentent reū illum, dicens, ꝙ ſuperueneriit noua indicia in illo delicto, pro quo liberatus fuit ille, & quod pro illo delicto eū comparere uelit, cum reuera non uelit ꝓ eo delicto, ſed pro nouo, quod quæſo hic remedium dabitur fideiuſſoribus? dicas, ꝙ poſſunt cōparere, & petere, ut iutet iudex pro qua cauſa uelit illam rei præſentationem, & num noua ſuperuenerint indicia in eo delicto pro quo fideiuſſerunt, & tene᷑ iurare, vt notabiliter conſuluit Alber. Bru. in conſ. 87. inci. circa primū uidendū eſt in fine. ſi tn̄ ipſi fideiuſſores offerāt ſtare ſuo iuramento. & ita ſæpe practicam
253 & practicari uidi.† Sed pone quod reuera curia eum uoluerit pro illa cauſa, cū inſuper ex nouo delicto effectus ſit rebellis an tenetur fideiuſſores cum præſentare

in quo Afflict.in conſt.humanitate.in 4. nota.uerſ.iterum quæro.dicit,quod nõ teneantur,ex quo cũ ſit rebellis , habetur ꝓ mortuo , & morte ciuili finitur fideiuſſio iudicio ſiſtẽdi cauſa facta,ut dicũt doc.in
254 l.ſi deceſſerit.ff qui ſatiſda.cog.† Sed ſinge quòd pro nouo delicto eſt bannitus tãtum ſecundum formam conſtitutionũ regni , & practicam traditã per me ſupra in uerbo,banniantur nũquid fideiuſſores teneantur præſentare , in quo quidẽ Bart.in l.ſi uero ff.de ſatiſd.cogan.inquit, quod ſi fuit ille bannitus abſque culpa fideiuſſorũ,tũc quidem ſi ipſe reus eſt bãnitus tm̃, & bona non ſunt publicata,fideiuſſores tenentur eum præſentare, quia poteſt uenire reus,& purgare contumaciam & ſiſtere in iudicio,at ſecus (dicit ipſe) dicendum eſt in deportato , qui amittit omnia, quæ iuris ciuilis ſũt,& idẽ (dicit ipſe) poteſt dici in eo deportato.ſi eſſet talis,cauſa, in qua ẽt poſt deportationem poſſet ſiſtere in iudicio : quia fideiuſſor remanet obligatus & ſi bona eſſent publicata , & fiſcus accepiſſet illa bona,tunc ſi fideiuſſor promiſiſſet fiſco de iudicio ſiſti, ad fiſci utilitatẽ fideiuſſor liberatur ; quia creditor ſuccedit debitori:ſed ſi fiſcus illa bona nõ accepiſſet,quod nõ eſſent ſoluẽdo, uel ꝓmiſiſſet de iudicio ſiſti priuato,tũc nõ liberatur fideiuſſor.& ſic,ut uides,in regno,cũ bannitus non ſtatim amittat bona,tenetur fideiuſſor eum præſentare, non obſtãte quod ſit bannitus reus pro alio delicto,ſecundũ Bar.ubi ſupra.ſed Spec.in tit de accuſa.in §.de contumacia accuſati,uerſi.item quæritur:ecce Titius promiſit tenere ſimpliciter.quod ſi eſt bãnitus reus propter aliud maleficium,fideiuſſor eſt liberatus & amplius non tenetur, & ita dicit debere intelligi text. in l. ſed ſi quis. ff. ſi quis cautio. & l.2.§ fi.ff.de cuſto.& exh.reo.Gãd.in ti. de aliqui.quæſt.uar.in malef.uer itẽ pone quæſtionẽ,quã Bononiæ.antepe.colu.ponit quæſtionem in eo,qui ꝓpter aliud maleficium fuerat bannitus bãno perpetuo, & eius bona fuerãt publicata,& ſic; prout dicit Bart.& tenet in eo caſu non teneri fideiuſſores , & ſic nõ loquit in caſu noſtro ſed Ang. in leg. ſi quis ſeruus. § qui exhibẽdi.ff.de cuſto.reo.tenet ſimpliciter opinionem Spec.ut ſi reus ſit bannitus ꝓpter aliud maleficium,fideiuſſores ſint liberati,& amplius non teneantur, at ſecus; ſi eſſet bannitus pro eodem delicto , pro quo ipſi fideiuſſerunt,quia tũc non cenſetur liberari , & idẽ uidetur teneri in l.capitis. ff.de fideiuſſorib.in fi.& cũ hac opinione
255 nũc trãſeo † Sed quod ſi iudex dederit cauſam ut reus aufugeret,ut quia iactabat ſe uelle carcerare inquiſitum,eũque male tractare,uel quia dixit inquiſito,quod aufugeret,an fideiuſſores citati ad præſentiã dũ teneantur,an minus.& in hoc reperio Bar.Cœpol.in conſi.25.inci.cũ per ſer Iacobũ,qui arguit pro & contra,tandem dicit quod fideiuſſores nõ ex hoc ſunt liberati,ſed adhuc tenẽtur:fatetur tñ , quod ſi pœna deberet applicari ipſi iudici , quod non teneantur ad pœnam.puto tamẽ,ſi iudex dediſſet cauſam fugę,ut quia inſequutus fuit eum , uel ſe iactauit de eum malẽ & peſſimẽ tractando, & ſit ſolitus ſimilia facere cum effectu , uel perſuaſit expreſſe reo,qđ fugeret,quòd tũc fideiuſſores non teneantur.arg.eius,quod notabiliter dixit Pet.de Anch.in conſi.409.probata tãta ſæuitia , uoluit,ꝙ ſi accuſator dedit cauſam fugæ inquiſito & accuſato,eius contumacia non obeſt.& ita refert & ſequitur Gra. in conſi.primo,poſt regias deciſiones.nu. 23.& ſic cum cõtumacia ob dictas cauſas inquiſito non obſit , minimẽ debet obeſſe fideiuſſoribus,cogitate tamen. & pro hoc facit glo.no.in l.lege Corne.ff.ad Sylla.& multũ notabiliter tenet Cæpol.in l. idem
256 ait.ff.de ædi.edi. † Illud tamẽ adnotandũ eſt,quod ad hoc,ut pœna fideiuſſionis poſsit a fideiuſſoribus exigi , eſt neceſſe, quod fiſcus accuſet pœnam; aliàs non poteſt exigi,bene tamẽ uerum eſt,ſi eſt factũ mandatum fideiuſſoribus quod comparerent ad dicendum cauſam quare nõ debet accuſari & exequi pro pęna fideiuſsionis, quod tunc debet declarari per iudicẽ pœnam poſſe accuſari & poſſe exequi ut fuit deci.in ſacro regio conſilio, ut teſtatur Afflict.in deciſion.tertia,extat obſeruantia.
257 † Quod ſi carceratus fuerit reus per iudicem pro eadẽ cauſa , pro qua fideiuſſores præſtitit , & demũ aufugerit a carceribus uel a manibus familiæ an ipſi fideiuſſores ſint liberati,hæc quæſtio late pertractatur per Affli. in deciſio. 130.habuimus iſtum caſum.

catum.qui tãdem refert in ſacro regio cõ
ſil.Neapolitano fuiſſe deciſum,quod fide
iuſſores ipſi ſint liberati, at ſecus, ſi fuiſſet
captus ſeu carceratus reus pro alia cauſa,
quo caſu ſi fideiuſſores cõparuiſſent & di-
xiſſent curiæ,quod eum præſentant, & ꝙ
nolunt amplius teneri , etiam dicẽdũ eſt,
quod ſint liberati, ut ibi dicit idem Afflic.
per doctri. Ioan. And. in addi. Specul.in
258 tit.de accuſ § ſequitur.† Sed pone quòd
curia cum habet carceratum, nec requiſi-
uit fideiuſſores,ut præſentarent eũ, an fi-
deiuſſores poſſint ex ſe reum præſentare,
ut ſic amplius non teneantur, & curia te-
neatur dictam præſentationem acceptare
in hoc dico,quòd non,ut in terminis con
ſuluit Lud. Rom in conſil.137. incip.iſta
ꝓmiſſio.tamẽ quando eſt carceratus reus
pro alia cauſa,tenet́ curia acceptare illam
præſentationem, ut dicit idem Rom.in d.
cõſi.dum ſequitur opinio.Io.And.quę no
259 tes. † Quòd ſi fideiuſſores promiſerunt
reum pręſentare,non adiecta certa pœna,
qualiter puniuntur ipſi fideiuſſores,ſi nõ
præſentant ipſum reum ? Spec.in tit.de ac
cuſa.§.ſequitur uidere. nu.15.dicit , quod
quando certa pœna fideiuſſioni nõ eſt ad
iecta,tunc iudex puniet fideiuſſores pęna
pecuniaria ſuo arbitrio, ſecundũ qualita-
260 tem & conditionem perſonæ. † Sed po-
ne quòd qui fideiuſſit pro aliquo de eum
præſentando toties quoties , uel de eum
ſiſtendo iuri,& non præſentauit, nec fecit
eum in iudicio ſiſtere , quo caſu fiſcus ac-
cuſat & pœnam exigit,an ultra pœnam fi
deiuſſionis teneatur ipſe fideiuſſor ad in-
tereſſe parti , ad cuius inſtantiam ille erat
carceratus , & breuiter in hoc caſu habe-
mus deciſionẽ Affli.in deciſio.234.inci.fi
deiuſſor. ubi refert fuiſſe deciſum , quòd
ultra pœnam debitã fiſco tenetur parti ad
261 intereſſe.† Quid operetur illa uerba poſi
ta in ritu;toties quoties;quę communiter
apponũtur in fideiuſſorib Ang.in l. quòd
ſi nolit § ſi quis ita. ff.de ædi.dicit , quòd
operantur,quod fideiuſſores tenentur pręſ
ſentare uſque ad ſententiam ſed ſi dicatur
in fideiuſſione,toties quoties, quandocũ
que curiæ placuerit,tunc tenentur fideiuſ
ſores & poſt ſententiam repræſentare. de
huius dicti ueritate ne præteream , uidere
Rodori.Xuar. in declaration l. 2.foro lib.
2.tit.delos empluxamiento nu 3.cum ſe-
quen.ubi pro hac opinio.citat tex.in l.pe.
C.de fideiu.ibi tunc enim in tantum eam
extendi,in quantum atteſtatio fuerit ex-
preſſa,& ſic licet iura dicant quod fideiuſ-
ſio ſimpliciter capta non extendatur poſt
ſententiam,tamen quando appoſitum eſt
maius tẽpus erit ſecus,ergo cum ſit dictũ,
toties quoties , extẽditur,ut etiã poſt ſen-
tentiam,& hac dicit communem opinio-
nem & etiam quãdo eſt dictum ſimplici-
ter,toties quoties,per binam præſentatio-
nem liberatur fideiuſſores,ut euitetur in-
finitas ſecundum eundem Ang. in l. ſi fini
ta.ff de damno infe.num.1. Vide eundem
Rodori. Xuar. ubi ſupra nu.37.ſed in hoc
ultimo dicto cõtrariũ expꝛſſe tenuit Imo.
in d.l.ſi finita.& quem ſequitur Alex.laiẽ
in d.l ſi finita. & ibi uide Paul. de Caſt.&
Lud.Roma.& uide Spec. in titu. de fideiu.
262 nume.12.† Sed finge quòd quis fideiuſ-
ſit pro Titio inquiſito de uulnere illato in
perſonam Sẽpronij, qui ex dicto uulnere
mortuus fuit,an teneatur fideiuſſor ille ꝓ
ſentare Titium;Bart.in l.fideiuſſores ma-
giſtratuum.ff.de.fideiuſ.dicit,quod ſi fuit
ꝓpoſita accuſatio de uulnere;& pro ea ac
cuſatione interceſſerit fideiuſſor,ſequuta
morte,nõ tenetur.ſed ſi nulla fuit propoſi
ta accuſatio, ſed tantum quis interceſſit ꝓ
inquiſito de uulnere,tũc etiã ſequuta mor
te tenetur,& idem cõſulendo tenuit Barr.
Soc.in conſi. 273.in 2 lib. ſed contrarium
tenuit Albe.de Roſa.in l.diuerſum.ff.quo
263 lega.† Sed pone quòd quis promiſit ad
certam pœnam non offendere Titium,&
dedit fideiuſſores,tãdem uero offendit,ꝓ
quo fuit citatus & contumax reputatus &
tãdem foriud catus, & ſic ficte habetur ꝓ
confeſſo,nunquid illa ficta cõfeſſio ſit tã
tæ potẽtiæ,quòd operetur,ut fideiuſſores
poſſint condemnari?Philipp.Cor.in cõſi.
212.in 3.l b decidit , quod non, ſed debet
aliter conſtare , aliàs non poteſt agi cõtra
fideiuſſores:imo quod plus eſt, dicit Alb.
de Roſ.in le.cum procurator. ff de fideiu.
quod nec ſufficit in caſu propoſito cõfeſ-
ſio uera ipſius inquiſiti principalis , ut ex
eą poſſint fideiuſſores cõdẽnari. Adde qđ
ſi inter me & te ſunt dati fideiuſſores de
uiuẽdo pacifice,& nõ offendendo, ſi con-
tigerit mę accedere cum ſcio,& tu offen-

dis ſeium venientem mecum, rūpitur pax
& fideiuſſores tenentur ſecundū Io. And.
in Addi. Spec. in tit. de tregua & pa. § 1. &
ſequitur Alexa. & Are. in l. 5. ſtipulatus. ff.
de uer. obli. & pōtelle ratio, quia qui of-
fendit me aſſociatem, me uidetur offende
re adeo quòd poſſim ipſum offendere. Ita
ſignanter uoluit Gand. in ſuo trac malefi.
ſub rubrica. de defenſio a reo fac. in 1 col.
uer. ſed quid ſi inferatur, & referr ac ſequi
tur Acu. de Ialco. in addi. do. Abb. in c. cū
264 ſit generale. de for. compe nu. 18. † Item
notandū eſt, quòd in regno certa mera ca
p ēdarū ſi le uſſionum data repetitur per
ritum magnæ curiæ uicariæ incip. irē no-
ta, quòd in criminalib. quo canetur, quod
in cauſa homicidij debet fideiuſſores tales
eſſe, qui ſe obligent ad pœnam unciarum
centum, & in cauſa priuati carceris, uel ēt
falſitatis, ad pœnam vnciarū 50. & in alijs
265 delictis ad pęnam unciarum 25. † Sed po
ne quòd eſt aliquis inquiſitus, qui non po
teſt modo aliquo præſtare fideiuſſores ꝑ
d. ſumma, an præſtabit tales quales præſta
re poterit, & quid ſi nullos præſtare pote-
rit? hanc q. poſuit Ioan. Mil. in ſua praxi.
cri. in uerbo, Andreas Irus, n. 8 & 9. fo. 50
ubi dicit, quòd ſi nullos pręſtare poteſt fi
deiuſſores, præſtabit iuratoriam cautionē
ꝙ ſtabit iuri & affirmabit ſe fideiuſſorem
dare nan poſſe. & ſi poteſt pręſtare fideiuſ
ſores, non tamen pro prædicta ſumma, ꝓ-
ſtabit tales, quales, pōt: & ita uidi millies
practicari in utroque membro in magna
curia uicaria. & ego ipſe tp. meo practi-
caui, licet tex in e. ab illo inchoādū. a fi.
ſatis reſtagetur prædictæ opinioni. tamē
utcunq; ſit de iure, ita practicaſ; ut ſupra
266 proxime dixi. Item notandum eſt, quòd
fideiuſſores debent eſſe habiles ad conue-
niendum & faciendum exequutione con-
tra eos, adeo ut nullus nobilis de Capua-
no uel de Nido recipi debeat ſed unus de
Nido recipitur pro alio, & ſic de ſedili Ca
puano. hoc eſt quod uoluit ritus magnæ
curiæ uicariæ incip. itē quòd nullus. & in
eo, qd dicit tex. ꝙ fideiuſſor debet eſſe ido
neus concordat cū l. 1. & ibi Alex. ff. in ius
267 uocar. ut ea. † Item ulterius ſciendū eſt
ꝙ fideiuſſiones omni die recipi poſſunt ſi
ue curia regatur, ſiue nō, ſiue de mane, ſiue
de ſero, & in quacunque hora, die, præſen
tibus uel abſentibus iudicib. ſufficit enim
quòd magiſter actorū eas capiat, & ſtipu-
letur nomine & pro parte curiæ, quo caſu
ſufficit, & perinde habetur, ac ſi fideiuſſio-
nes ipſæ eſſent receptæ per ipſos iudices
& per hunc ritū eſt ſopita illa longa diſce
ptatio, quam facit do. Pet. Phili Cor. in cō
ſi 211. in 3. l. b. quatenus diſcutit. annquid
ualeat fideiuſſio capta per actuariū nomi
ne curiæ, nam, ut uides, hic ritus approbat
talem fideiuſſionem ex hoc apparet male
(ſalua pace) dixiſſe Affl. in conſti. mag. ſtri
camerarij. in 13. no. qui immemor diſpoſi
tionis huiuſmodi ritus, dixit, quòd ſemel
exclamauit in ſacro regio conſi. quòd fide
iuſſio unius carcerati capta p actuariū ab-
ſente iudice, non ualebat. nam ſecundum
eū de neceſſitate requiritur, quòd fiat pę
ſente iudice, cuius cōtrarium, ut ſupra pa
tet. Aduerte, ꝙ quatenus hic ritus diſpo-
nit fideiuſſiones poſſe etiā die feriato ca-
pi, corrigitur per alium ritum, quē infra
referam, quia tunc per inſtrm publicum
268 cum conſignatur carceratus. † Itē eſt ſciē
dum, quòd pro quolibet inquiſito debent
eſſe duo fideiuſſores, qui non ſint clerici
nec filij ſimilia, & debent iurare quantū
uacant ſua bona detractis debitis & doti-
bus mulierū. & licet ipſi fideiuſſores fide-
iubeant ad certā ſummam, tamen qlibet
eorū tenetur inſolidum, & ſi ſunt tres de-
nuntiati curia recipit quatuor uel quinq;
fideiuſſores, ſi ſunt diuites, & quando ſunt
quatuor denūtiati ſufficiūt ſex vel ſeptem
fideiuſſores diuites; ſed qn̄ ſunt multi de-
nūtiati, curia debet recipere ꝑ medietate
eos fideiuſſores, quos deberet recipere ſe-
cūdum ordinem prædictum, & pro alia
medietate ipſi denūtiati inter ſe vnus ꝑ
alio, fideiubet, & uocaſ fideiuſſio vicaria.
hoc uoluit ritus magnæ curiæ vicariæ in-
269 c. pien. item pro quolibet † Ex dicto ri-
tu notes perpetuo, ꝙ ſi ſunt plures fideiuſ-
ſores, q ſe obligant de præſentādo reū ad
certam pœnam, licet non dicaſ in fideiuſ
ſione, quòd inſolidū promittūt, tamen q
libet eorū tenetur inſolidum ex diſpoſi-
tione iſtius ritus, contra diſpoſitionem
text. l. hoc ita. C. de duo. re. & nota, qa ne-
270 mo aduertit. † Item notatur ex eo, ꝙ qn̄
ſunt plures denuntiati ſeu inquiſiti, tunc
danſ fideiuſſores ꝑ medietate, & pro alia
medieta-

medietate ipſi denunciati inter ſe, alius pro alio fideiubet; & ſic in regno admittitur uicaria fideiuſſio; quod quidem cōcordat cum l.oes.§ in hac ante regia.C.de epi.& cler.& notat Din.in l. Romanus Appulus ff.de tu.& cura da.ab his & plene per Spe. in ti.de ſatiſda.& dicto,uerſi.quid de ſcholaribus.& habetur per Bar.de Cap.in con-
271 ſtitu.humanitate.nu.46.† Item eſt ad aduertendum,quòd quoties contigerit iudice uelle liberare aliquē inquiſitū aliquo die feriato, tunc non liberat ſub fideiuſſoribus. ſed eo caſu ille inquiſitus cōſignatur per iudicem pro carcerato per chlamydē aliquibus recipientib.eū,& de dicta cōſignatione rogatur notarius publicus,& conficitur publicum inſtrm ; recipiētes uero dictum inquiſitum promittunt eum præſentare primo die iuridico. & adueniente die iur dico,ut ſupra,ipſum in curia præſentant, & tunc capienda eſt fideiuſſio, ut ſupra dictū eſt. hoc uoluit ritus magnæ curiæ, ui-
272 cariæ inci.item ſi eſſet.† Et ex dicto ritu notes unum pulchrum dictum; quod licet dictum ſit ſupra, quod fideiuſſio pōt capi in abſentia iudicis, & per ſolum actuarium tñ conſignatio inquiſiti, quæ ſit modo prędicto die feriato, nullo modo poteſt fieri per actuarium abſente iudice; ſed neceſſario fieri debet per ipſum iudicem ſtipulantē nomine & pro parte curiæ, & licet ritus non procedat ultra annullando actū ſi cōtrarium fieret,tamen,quia ritus ille procedit dando formam qualiter capiatur uel fiat illa conſignatio,ſequitur,quod forma nō ſeruata,actus ille redditur nullus;licet ritus ultra non procedat annullādo actum ſecundum Alex.in conſi.73.in 4. parte.& ſic intelligitur id quod dicit Bald. in l.nō poſſunt.ff.de legi.& in l. ſiquis mihi bona §.coram. ff.de acqui. hære. & habetur per Card.in clem. 1. §.uolumus. 2. q. de foro compe. & per Bald.in l. 1. ant. p.co.C.qui admitti ad bo. per Spec. in ti. de in inſtru. edi.§ 4.uerſi.ſed nunquid. de quo plene per Feli.in c.cum dilecta.de reſcrip.6.col.uer ſi. forma.& quod ritus ille procedat dādo formam probatur manifeſte,quia ubicunque eſt prius, & poſterius ibi eſt ſecundum Bald. in l.1.3. colum. incip. ex dicto ergo Roffre.C.ne li. ter. pro. ſed ritus ille dicit, quod quando aſſignatur captiuus aliquibus,non aſſignatur illius fideiuſſoribus ſed regens aſſignabit illum per chlamydem illis, qui promittant ad primam diem iuridicam eum præſentare, & ſic ad hoc, ut conficiatur illud inſtrm conſignationis, eſt neceſſe quòd præcedat illa aſſignatio fiēda per iudicem per chlamydem captiui,& de illa cōſignatione rogatur notarius, ut conficiat inſtrm ergo manifeſte liquet requiri pro forma,quòd iudex conſignet carceratum, & ſtipuletur, nomine & pro parte curiæ, & ita arguit Fel.in d.c.cum dilecta,in uerbo,ſextum ſignum.& ulterius dicit Bald.in l.uniuerſa. C de preci.imperat.offer.quòd forma quæ debet præcedere,eſt de ſubſtantia,adeo ut non poſſit ſubſequi, & ſic ex prædictis te-
273 neo id quod ſupra dixi.† Item eſt aduertendum, quòd fideiuſſores, qui promiſerunt præſentare reum in eū ſuū intra certum terminum,uel ad mandatū curiæ, & nō præſentauerunt,incidunt ſtatim in pœnam, adeo ut non poſſit ad illam euitandum purgare moram,licet ſecundum formam iuris communis per l.& ſi poſt tres, ff. ſiquis cau. & ſecundum formam, c.regni inci.legem ueterē poterant fideiuſſores purgare moram. ſecundum n.ritū magnæ curiæ uicariæ incipientem, item nō poſſunt.eſt ſtatutum,quòd mora per fideiuſſores purgari non pōt.tu tamen uideas Gramm.in deciſion.95. inci. in cauſa magnifici.ubi apparet in ſacro regio concil. Nepolitano fuiſſe cōtrarium deciſum ex æquitate. l.apud Celſum. § Lab. o ff. de do.exce. quatenus ibi dicitur, quòd durū eſt hominem poſſidere & pœnā ex gere.
274 †Item eſt ſciendum,quòd ciuitatis fideiuſſoribus ad præſentandum,& non comparentibus in ultimo peremptorio,& eſſectis contumacibus,licet poſtea cōpareant eodem die, non purgant contumaciā,niſi eodem die pręſentauerint principalem, ut dictat ritus magnæ curiæ uicariæ incipien.item,quòd ſi condemnatus. & eſt ratio,quia fideiuſſores ipſi ad duo erant citati,uidelicet ad comparendum & præſentandum.unde licet comparuerint,non tamen,cum alterum non adimpleant, purgant contumaciam:& pro hoc facit, quia citatus ad reſpondendum libello, dicitur contumax,etiam ſi compareat, ſed nō reſpondeat

ſpondeat libello. quia ad duo tenetur, vt l. de ætate: § qui tacuit. ff. de interro. act. & Bal. & Paul. & Alex. no. in l. 2. §. in fideiuſſorem. ff. qui ſatiſda. cog. & Barr in authen. qui ſemel. C quomodo & quãdo iu. putarem tamen ita demum procedere diſpoſitionem ritus, quãdo cõpareret fideiuſſor, & nihil allegaret, ſed ſi talia allegaret, ex quibus meritò ad præſentãdum reũ non teneretur, tunc credo, ꝙ admittitur. quia cõparere eodẽ die operatur taliter, ꝙ reponit in priſtinum ſtatum, ac ſi à principio comparuiſſet, vt habetur in ritu incip. item, ꝙ illi qui ſunt banniti, debent præſtare, &c. per comparitionem enim ſatisfactum eſt, quò ad vnum caput citationis, & quo ad caput præſentationis rei ſatis vr̃ fieri, ſi talia allegantur, quæ ſi vera eſſent. fideiuſſor non tenetur præſentare: vt probatur in l. 2. § ſi quis in iudicio. cum § ſequentib. & l. ſi is, qui fideiuſſo-

275 rem ff. ſi quis cautio. Item eſt vlterius aduertendum, ꝙ ſi fuerit requiſitus principalis, vt ſe præſentet, & minimè ſe p̃ſentauit, poſſunt ſine alia requiſitione fideiuſſorum, condemnari tam ipſe principalis, quàm fideiuſſores ad pœnã fideiuſſionis. & hoc procedit attenta forma fideiuſſionis, ꝙ præſentabunt eum, ſi, & quoties ipſe principalis fuerit inquiſitus. hoc eſt quod voluit rit, incip. item eodẽ ſero ſeu d e faciant, & ſic, vt vides, iſte ritus vr̃ approbare opinionem Bal. in rubr. de dol. & contu. quatenus voluit, ꝙ tenentur fideiuſſores ad pœnam, ſi fuerit factum præceptum reo, licet non ſit factum præceptum fideiuſſoribus, licet durũ nimis videatur, cum regula ſit, quòd nunquã ſuña alteri præiudicat, quando lata eſt in contumaciam patris ſe non defendentis [g ẽ ſi fertur contra reum ſe non defendentem & in eius contumaciam, non debet fideiuſſoribus nocere, vt voluit Romanus conſ. 230. vt refert & ſequitur Marſil. in ſing. quarto, de quo ſupra dixi. imò in indiuiduo, ſi fideiuſſor promiſit aliquẽ præſentare intra certum terminum; non tenetur ad pœnã, ſi in termino non præſentauit, eò quia non fuit requiſitus, vt habetur plenè per Marſ. in l. vnius. § cognitutum. ff. de quæſtionib. & contrariũ voluit ritus; de quo ſuprà mentionẽ feci, qui incipit, item notandum eſt. quare cogitandũ eſt ſuper prædicta facti contingentia, & teſtor Deum, ꝙ nunquam vidi practicarum illum ritũ, ſed ſemper vidi requiri fideiuſſores & principalem: eſt tamen bene uerùm, quòd alius ritus incip. item ꝙ à banni tos. in fin. confirmat illum ritum expreſsè. quia dicit attendendam eſſe formam fideiuſſionis, quæ vult quòd quoties ipſi principales fuerint requiſiti, & non ſe præſentauerint, uel fuerint requiſiti ipſi fideiuſſores ut præſentent & non præſentauerint, teneantur ad pœnam.

De ſodomia.

276 Committens ſodomiam igne concremantur, ut in prag. Ferdinandus & Eliſabet, in qua aliàs quædam cumulaui, & ideò breuitatis cauſa eò me remitto.

De ſcopetis & baliſtis.

277 Item proijcientes ſcoppectis & baliſtis ad nocumendum alicui, licet nõ nocuerint, pœna mortis puniuntur, vt in prag. inci. ad reſtringendum, ubi ſcripſi. Et ſic impono finẽ iſtis fragmentis ad laudẽ omnipotentis Dei & Beati Matthæi, 16 menſis Iulij die, anno 1537. & licet non omnia iuta regni contineantur in iſtis fragmentis quò ad criminum materiam, comprehenduntur tamen frequentiora, & quæ uerſantur in palatijs vt plurimum.

F I N I S.

Series Chartarum.

a b c. A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.
Aa Bb Cc

Omnes ſunt Quaterniones præter M Duerniones, & Cc Terniones.

U.F.

1 4 OTT 1974